Completo

103

LIBRAIRIE ANCIENNE & MODERNE
Alph.se PICARD
82, rue Bonaparte
PARIS
Lith. C. Paillart · Abbeville

F-3

ICOR
270.61
A844
v.5

INSTITUTE OF CHRISTIAN
ORIENTAL RESEARCH
CATH. UNIV. OF AMER.

CODEX LITURGICUS
ECCLESIÆ UNIVERSÆ
LIBER IV.

In quo Eucharistiæ Liturgiæ *omnes antiquæ ac recentes, cum editæ, tum ineditæ Eccleſiarum Occidentis, & Orientis,*


Nunc Primum Prodeunt.

JOSEPH ALOYSIUS ASSEMANUS

Ad Mſſ. Vaticanos alioſque caſtigavit, recenſuit, Latine convertit, variantibus Lectionibus, Præfatione, & monumentis variis illuſtravit.

PARS SECUNDA

MISSALE HIEROSOLYMITANUM.



ROMÆ MDCCLII.

Apud Hæredes Barbiellini ad Forum Pasquini.

SUPERIORUM PERMISSU.

Rev. H. HYVER
Catholic Universit
Washin


VI. 6 7

B SALA TERZA D

H103

ICOR
270.61
A844

INSTITUTE OF CHRISTIAN
ORIENTAL RESEARCH
CATH. UNIV. OF AMER.



CAROLO EMANUELI

SARDINIAE, CYPRI, HIERUSALEM REGI

SABAUDIAE DUCI, &c. &c.

Pio, Victori, Pacifico

JOSEPH ALOYSIUS ASSEMANUS

PP. F.

Hieruſalem, & Cypri Liturgia e manibus Otthomanorum erepta maria tranſnavit, ad Regium Tuae Majestatis Thronum, Stationem ſci-

licet ſibi tutiſſimam, convolatura, REX Auguſtiſſime, Auguſto tuo Nomine inſignita nunc primum prodit ex MMſs. Codd. Vaticanis, aliiſque editis, ac ineditis exemplaribus collecta, & Antiquorum Inſignium Hieroſolymitanorum Scriptorum monumentis illuſtrata.

Eccuinam, quam Tibi, ea juſtius inſcribi potuit? Norunt omnes Te glorioſiſſimum eorum Regnorum Dominum ſalutari, Pientiſſimum Chriſtianum REGEM Te omnes depraedicant; Religionis, Literarum, bonarumque omnium Artium Vindicem, & Patronum Munificentiſſimum Te omnes ſuſpiciunt. Jamverò ſi operis ratio id exigit, quam longe potiori jure id ipſum ſibi poſtulat offerentis conditio! In Phoenicia natus Te REGE potentiſſimo glorior, illudque animo ſemper proſpexi, ut occaſionem nactus peropportunam, meae erga Te obſervantiae, ac

reverentiae publicum ederem argumentum, quod Tibi gratum foret, & acceptum. Jamdiu meditatum conſilium in publicam lucem proferre decrevi, quippe certus, nihil Te dignius, nihil Pietati Tuae, ac Religioni ſuavius ab Eccleſiaſtico, Tuique juris homine offerri Tibi potuiſſe, quam hocce meum Volumen, mole quidem exiguum, Antiquitate tamen, & Rei Sacrae praeſtantia maximum.

Multa ſane me diu ancipitem detinuere, quin Tibi hoc praeſentarem munuſculum. Aſt vacillantem erèxerunt, confirmaruntque ſingularis Tua Clementia, Humanitas, & in ſubditos Tibi populos Benignitas. Clementiam hanc Tuam, munificentiam, vigilantiam, vel qui Hieroſolymae, & in Cypro degunt Chriſtiani abunde experiuntur, quibus, abſens licet, largitate tamen Tua praeſentiſſimus ades

ſem-

ſemper. Qui nihil ex Regno Cypri commodi, Tributique percipias, non levia tamen pluries ſubſidia, & Regalis Munificentiae Tuae, ac Avitae numquam intermiſſae Pietatis monumenta Epiſcopis, Eccleſiis, & Pauperibus ejus Regni ſub Turcarum Imperio gementis praebuiſti. Ingentem ſoepe numero pecuniae vim ad Sacra Paleſtinae Loca beneficentiſſimus tranſmittis: Eorum Locorum homines, quicumque ad Te accedunt, benignus excipit, illorum inopiam commiſeraris, ac ſublevas.

Quibus, aliiſque praeclaris Factis Tuis eorum populorum deſideria non extinguis, ſed addis ſtimulos, quibus preſſi publicis Sacriſque Officiis Deum O. M. exorant quotidie, ut immani ſervitute finita, quietam, foelicemque ſub Te Principe vitam agant. Votum hoc eorum conſtans, quod in hac Liturgia paſſim expreſſum le-

gitur

gitur, ſaxit DEUS, ut irritum non ſit, & vacuum; Victricia Tua ſigna loeti ſentiant Orientales, qui illorum fama exſultarunt.

Coeterum Audaciae notam non effugerem, ſi pluribus Tuam MAJESTATEM interpellem, meos propterea labores, curas, vigilias in hoc uno Volumine Tibi ſiſto, perpetuum meae erga Te ſervitutis, & obſequii monumentum.

E Romano Sapientiae Gymnaſio
XI. Kal. Aprilis 1752.

Poterit imprimi, ſi iis ita videbitur ad quos pertinet.

Clemens Argenvillieres Rector deputatus.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriar. Conſtant. Viceſg.

ADPROBATIONES

ALteram Partem Libri 4. Codicis Liturg. ECCLESIAE UNIVERSAE Cl: Viri D. Joſephi Aloyſii Aſſemani in Rom: Archigymnaſio Sapientiae Publici Profeſſoris meritiſſimi legimus ex commiſſione Reverendiſſimi Patris Joſephi Auguſtini Orſi S. P. A. Magiſtri, ac nihil in ea deprehendimus, quod alienum ſit a Canone Fidei, & Regulis Morum, quin omnia Chriſtianae & Literariae Reipublicae utillima. In quorum Fidem &c. Romae die XI. Kal. Aprilis anni 1752.

Ego D. Fridericus de Judice Abbas Coeleſtinorum, ac in praedicto Archigymnaſio Sacrorum dogmatum Profeſſor.

Silverius Orbini in eodem Archigymnaſio J. V. Profeſſor Pub.

IMPRIMATUR

Fr. Joſephus Auguſtinus Orſi Sac. Pal. Apoſtol. Magiſt. Ord. Praed.

PRÆ-

PRÆFATIO

De Liturgia Eccleſiarum Hieruſalem & Cypri.

QVoniam Inſtituti noſtri ratio exigit, ut Miſſales omnium Eccleſiarum libros antiquos ac recentes ſive editos, ſive nondum publica luce donatos in unum librum, qui Codicis Noſtri IV. *eſt, coagmentemus, quin certa methodo ad eos publici juris faciendos ſimus adſtricti, ut in diſſertatione de Origine Liturgiarum plenius dixi, hinc a Romanæ Eccleſiæ Miſſali antiquo, ad Hieroſolymitanæ Miſſales evulgandos BENEDICTO XIV. Sapientiſſimo Pontifice demandante, cl. viro CLEMENTE ARGENVILLIERES noſtri Gymnaſii Rectore meritiſſimo probante, digredior, quemadmodum enim Romana Eccleſia dignitate, & auctoritate, ſic Hieroſolymitana antiquitate coeteras Orbis longe antecellit. In Betlehem namque Hieroſolymæ civitate ab ea non multum diſtante, natus Orbis ſervator, & Chriſtiani nominis Princeps, in Paleſtina Religionem docuit, Eccleſiam ſibi ſponſam conflavit, myſteria inſtituit, atque in coelum aſcendens ſelectis ex iis locis Apoſtolis ſuis in mandatis dedit, ut ubique terrarum Chriſtianam Religionem, & Eccleſiam propagarent, & ad alterum uſque ipſius Chriſti adventum, cum per ſe, cum per ſuos idoneos Succeſſores regerent & confirmarent.*

Quid autem in altera hac libri quarti parte componenda præſtiterim, paucis tibi, Lector Benevole, aperire decrevi. Primum ergo Miſſam vulgatiſſimam S. Jacobi Apoſtoli fratris Domini primi Hieroſolymorum Epiſcopi Græco latine repreſento. Eandem poſtea ex quodam Meſſanenſi Mſ. Quod hactenus lucem non vidit, produco. Succedunt ad illuſtrandam Miſſam Hieroſolymitanam quædam monumenta Antiquorum inſignium Scriptorum, quorum primum ex Juſtini Apologia ad Antoninum

Imperatorem depromptum eſt, alterum ex libris Conſtitutionum Apoſtolicarum. III. demum ex Cyrilli Hieroſolymitani Epiſcopi myſtagogicis catecheſibus.

Excipit laudata monumenta Miſſa Syriaca S. Jacobi Apoſtoli. Hanc conſequitur Miſſa Syriaca S. Cyrilli, pro utriuſque ſupplemento, integra ex Miſſalibus libris Syriacis ea profero, quorum initia in antedictis Miſſis indicantur. Poſtremum ad perfectam Miſſæ Hieroſolymitanæ dilucidationem, S. Johannis Maronis commentarium in Liturgiam S. Jacobi, nunc primum latine converſum evulgo. Appendicis deinde loco variantes quaſdam lectiones ex Mſſ. quodam S. Baſilii de Urbe codice depromptas Miſſæ Græcæ S. Jacobi produco.

Sed cum docti viri ſæpius a nobis efflagitaverint, ut de præfatis capitibus noſtram ſententiam clare exponeremus, & argumentis certis, ſi quæ ſuppetunt, vel idoneis ſaltem conjecturis confirmare ſatageremus, non abs re fore cenſui ſi in hac præfatione de iis diſſererem, ut eorum votis obſecundarem, atque inprimis voluntati ac deſiderio Eminentiſ. Cardinalis DE LANCEIS *annuerem, qui ſæpe ſæpius ut meam excitaret diligentiam meumque ſtudendi deſiderium acueret, diſſertationem hanc expoſtulavit, atque utiliſſimam fori Rei Literariæ, & Chriſtianæ publicæ humaniſſime mihi ſignificavit, cum ſuperioribus annis Romæ morem traheret.*

SECTIO PRIMA

De Miſſa Hieroſolymitana.

C*ondita a Melchiſedecho, Civitas Sancta,* Salem *nomen habuit, a Jebuſeis deinde capta, JEBUS dicta fuit, aſt cum ex horum manibus ereptam David in Regiam Urbem ſibi vindicavit, illam compoſito nomine, & alquantiſper immutatis literis* Jeruſalem *nominavit, quod nomen* pacis viſio *ſonat.*

Quam-

Quamqnam autem illa in Beniamini portione ſita eſſet, Tribus nihitominus Levi princeps Vrbs exſtitit, & Sacerdotalis, Regiaque effecta, populorum frequentia, ædificiorum præſtantia, coeteriſque commodis coeteras omnes Paleſtinæ Civitates longe ſuperavit.

Verum circa an. æræ Chriſtianæ 72. *juxta Chriſti Domini prædictionem a Tito obſidione cincta ac diruta, ab Aelio Adriano Imperatore Romano iterum ædificata* Aelia *ab ejus nomine audiit. Quo tempore Metropolis Paleſtinæ Coeſarea fuit, donec a Concilio Chalcedonen act.* 7. *Patriarchali titulo, ac privilegio fuit condecorata.*

Aſt pro ſublunarium rerum conditione, illam Saraceni occuparunt poſtmodum, quibus pulſis poſt an. Chriſti 1100. *in poteſtatem Latinorum, quos Francos dicunt, venit, quibus a Mahometanis abactis longe, a multis ſeculis ſub Lunæ Otthomanæ Imperio deſolata gemit. Jamvero varia pariter fuit civilis Regiminis forma, varius pariter Religioſus cultus, qui licet ſuam Originem ex civili politia non agnoſcat, illam tamen plerumque conſequitur: longus eſſem, & inutili repetitione Lectores fatigarem, ſi quæ brevibus concluſi periodis, pluribus deſcribere, atque Scriptorum, qui pone innumeri circumferuntur, indubiis monumentts firmare vellem; propterea, ut Miſſis iis, ad rem propius accedam, Hieroſolymis collectam primum Chriſti Eccleſiam, & Sacra ibidem Myſteria primum fuiſſe a Chriſto Domino inſtituta, atque celebrata, eaque ab Apoſtolis frequentata, ſuperius innui, & ex Canonicis Bibliis evidenter conſtat. Ac propterea Hieroſolymitana Liturgia prima omnium jure dicenda eſt, & forma, ad quam coeteræ omnes Chriſtiani Orbis expreſſæ. Aſt quænam fuerit, vel quæ ſuperſit Liturgia Hieroſolymitana, quis primus eam tradiderit, Scripto ne, an viva voce tradita, qua lingua tradita, ſeu celebrata, quas mutationes ſubjerit, ubinam locorum frequentata fuerit, & ſi quæ ſimilia quæſtionum capita Doctorum ingenia torſerunt, cum ex defectu*

 mo-

numentorum Antiquorum ad illuſtrandam Hieroſolymitanam Liturgiam maxime conducentium, tum ex non ſatis adcurata ratiocinandi methodo, quam non pauci inſtituerunt in veritatis indagatione, cum etiam quod nonnulli privatis ſtudiis magis indulgendum cenſuerunt, quam ad rectæ critices regulam ſuas ratiocinationes exigere.

ARTICULUS UNICUS

Quæſtionibus ſit ſatis.

IN tanta rerum obſcuritate, & opinionum varietate, quid nobis veroſimilius adpareat, paucis in hoc Articulo exponemus, atque ex præiactis fundamentis in diſſertationibus noſtris de Auctoritate, & Origine Liturgiarum, quæſtiones omnes reſolvemus,

Atque illud omnino conſtare arbitror, Hieroſolymis Liturgiam extitiſſe & quidem ab Apoſtolorum ævo; ibi namque exſtitit Plebs Fidelis ſuo Paſtori adhærens; ibi Chriſti mandatum de perenni Sacrificii Euchariſtici celebratione executioni fuit mandatum; Cum autem Liturgiæ nomine proprie veniat Sacrificii Euchariſtici confectio, conſequitur aperte Hieroſolymis Liturgiam fuiſſe ſollennem.

Hoec Hieroſolymitana Liturgia ſtatis certiſque contenta fuit formulis, moribus, genio, & conſuetudinibus cum civilibus tum ſacris eorum locorum hominum congruis & adtemperatis; neque cujuſvis hominis arbitrio illæ formulæ ſubjectæ eſſe potuere. Hoec ſatis comprobata ſunt ex iis, quæ longo calamo in laudatis diſſertationibus recitavimus, quibus lubet addere Johannis Calvini doctrinam, contentam lib. 4. Inſtitut. cap. 10. ibi „ Si „ Eccleſiæ incolumnitati bene proſpectum volumus, diligenter „ omnino curandum eſt, quod Paulus jubet, ut decenter omnia, „ & ſecundum ordinem fiant. At cum in hominum moribus

tan-

„ *tanta inſit diverſitas, tanta in animis varietas, tanta in judiciis,*
„ *ingeniiſque pugna: neque politia ulla ſatis firma eſt, niſi certis*
„ *legibus conſtituta: nec ſine ſtata quadam forma ſervari ritus*
„ *quiſpiam poteſt. Huc ergo, quæ conducunt leges, tantum abeſt ut*
„ *damnemus, ut his ablatis, diſſolvi ſuis nervis Eccleſias, totaſque*
„ *deformari, ac diſſipari contendamus. Neque enim haberi poteſt,*
„ *quod Paulus exigit, ut decenter omnia, & ordine fiant, niſi ad-*
„ *ditis obſervationibus, tamquam vinculis quibuſdam, Ordo ipſe,*
„ *& decorum conſiſtat... Decori quidem finis eſt, partim ut dum*
„ *adhibentur ritus, qui venerationem rebus ſacris concilient, ta-*
„ *libus adminiculis ad pietatim excitemur; partim etiam, ut mode-*
„ *ſtia, & gravitas, quæ in omnibus honeſtis actionibus ſpectari*
„ *debet, illic maxime eluceat. In Ordine hoc primum eſt, ut qui*
„ *præſunt, regulam, ac legem bene regendi noverint. Plebs vero,*
„ *quæ regitur ad obedientiam Dei, rectamque diſciplinam adſue-*
„ *fiat: Deinde ut bene compoſito Eccleſiæ ſtatu paci, ac traquillitati*
conſulatur„ *Diverſa exempla in utroque genere ſuppeditat, & tan-*
dem concludit „ *Ita omnes Eccleſiaſticas conſtitutiones, quas pro*
„ *ſanctis, & ſalutaribus recipimus, in duo capita referre licet: al-*
„ *teræ enim ad ritus, & ceremonias; alteræ ad diſciplinam, &*
„ *pacem reſpiciunt*„ *Hactenus Calvinus, cujus, quemadmodum &*
aliorum Hereticorum hominum textus infra citabimus, ſenten-
tiam in medium protulimus, ut quiſque facile perſpiciat nefarios
homines vertiginis ſpiritu duci, ſibique contradicere, ex quo Ec-
cleſ. Cathol. membra eſſe deſierunt, ac ea etiam de cauſſa, ut aurum
in luto, ac foece quæramus, uti Hieronymus faciendum monet.

Contra tamen tria ſolent objectari ab Eterodoxis hominibus, qui lapidem nullum immotum reliquere, ut Chriſtianæ Eccleſiæ vel ipſa fundamenta convellerent. Ac primo formulas ſtatas, certaſque coeremonias contrarias eſſe volunt libertati Chriſtianæ, hinc & prioribus ſæculis potiſſimum in Eccleſia Hieroſolymitana nullas tales extitiſſe contendunt. Secundo eas utpote additiones ad verbum Dei ſcriptum, omnino a Chriſtianis improbandas propugnant,

gnant. Tertio Coeremonias omnes, ut ſuperſtitioſas damnant, atque a ſincero ſimplici Chriſtianæ Religionis cultu eliminandas pronunciant. Sed infirmitatem horum argumentorum nemo ſanæ mentis non videt. Nos ne a propoſito ſcopo ſatis aberremus, brevibus periodis audaciam notabimus & temeritatem inconcuſſis principiis comprimere ſatagemus.

Libertatis humanæ ergo, & Chriſtianæ nomine abutitur quicumque illius beneficio ſe exemtum putat ab obſervantia mandatorum Dei, & Eccleſiæ, ac nemini ſeſe ſubjectum autumat. Hanc qui fingit libertatem, jura omnia humana, ac divina ſubvertat neceſſum eſt; eo ni fallat me conjectura Irreligioſorum hominum collimat ſententia, qui ex Patre diabolo cum ſint, hujus opera aguntur, atque ejus ſuperbia animati, ac Spiritu inflammati dicunt inſipientes in corde ſuo non eſt Deus; ſeque ita ſui juris eſſe volunt, ut nullum ſibi ſuperiorem agnoſcant, neque ulli ſeſe obligatos credant; vel ſi Deum ullum agnoſcunt, ita ſimiles illi eſſe ambiunt, ut quemadmodum ille nullam legem novit, obligatione nulla tenetur, niſi, quæ ab ejus liberrima profluit voluntate; ita & iſti ſuam voluntatem legem, ac regulam unicam omnium ſuorum actuum cum internorum, cum externorum habent, ea propter Principatum civilem ac politiam omnem excludere nituntur, quod illa a tyrannide oborta libertati naturali ac ingenitæ ſint contraria, juris ac injuriæ legem nullam norunt, niſi quæ a propria cujuſque voluntate profluat; voluntatis quidem objectum bonum dicunt, aſt illud bonum aſſerunt, quod cuique congruit, ac quiſque appetit ſive ordinatus ſit motus hic animi, ſive inordinatus. Sed ſi metu Poteſtatis ſummorum Imperantium talem opinionem manifeſtare nequeant, neque ad eam regulam ſuas actiones dirigere, in Religionis negocio ſine ullo ſenſibili proximo periculo fundamentale hoc ipſorum principium facile poſſunt vel manifeſtare, vel ſi Eccleſiaſtico ſubſint Principatui, tegere, atque ad illud ſuas actiones componere; jam enim Deum in coelo nihil noſtra curare dicunt, jam noſtra obſequia Deo nihil conferre, jam Deum puris actibus internis cuj-

juſ-

juſque arbitrio determinandis colendum dictitant, jam externas leges ſacras, ac coeremonias ſtatas vanas, inutiles, ſuperſtitioſas, libertati contrarias; modo eas, ut fictas perſonas, ſicut & Religionem ipſam, habendas temporũ, locorũ, ac perſonarũ circumſtantiis inſpectis. Eccleſ. Hierarchiam, ac Religionem ab uvaritia, metu, deceptione, illuſione, vel dominantium politica inductas muſſitant.

Hunc eſſe Spiritum, hanc animam Principis tenebrarum qui a mundi primordiis ad noſtram ætatem homines a Dei cultu & a vera felicitate avertere, & longe agere ſtuduit in varias mutatus formas, & innumeris artibus, atque Stratagematis antiquus hoſtis invidus procuravit, non ſolum certiſſima omnium ſæculorum monumenta, ſed & ipſæ ſacræ literæ aperte nobis demonſtrant. Vera ergo Chriſtiana libertas in eo ſita eſt, quod liberi a peccatis, atque a legalium, quæ in figura Judeis fuerant conſtituta, obſervantia, charitatis, juſtitiæque legibus animati ac informati, omnia honeſte, & ſecundum ordinem faciamus, reddendo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ ſunt Dei, Deo, cui honorem, honorem, cui vectigal, vectigal.

Jamvero tantum abeſt ut huic libertati contrariæ ſint certæ, ſtatæque Liturgiæ, ut ſine iis illa conſiſtere nequeat, quandoquidem ſine iſtis vera Religio erga Deum haberi, vera inter homin es pax concordia firmari, & homo ipſe honeſte agere non poſſit. Sed ſatis jam de primo argumento.

Ad alterum itaque Calvini verbis Reſponſio plana fiet. Fuerunt quidam meticuloſi, qui cum Flaccianis in Germania, & Brovuniſtis in Anglia omnes leges, ritus, & coeremonias Eccleſiaſticas tamquam mere humanas Conſtitutiones rejiciebant, quod non eſſent in Verbo Dei ſpeciatim præſcriptæ. Horum ſcrupulis reſpondens Calvinus l.4. inſtit. n.30. dicit,, Hic teſtari operæ pretium eſt, ,, eas demum humanas Conſtitutiones me probare, quæ & Dei ,, auctoritate fundatæ, & ex Scriptura deſumptæ, adeoque prorſus divinæ ſunt,, Hoc illuſtrat exemplo geniculationis ad ſollennes precationes,, Queritur, inquit, *ſint ne humana traditio, quam*

,, repu-

„ *repudiare, vel negligere cuivis liceat: dico ſic eſſe humanam, ut*
„ *ſimul ſit divina; Dei eſt, quatenus pars eſt decori illius, cujus cu-*
„ *ra & obſervatio nobis per Apoſtolum commendatur; hominum*
„ *autem, quatenus ſpecialiter deſignat, quod in genere ſuerat ma-*
„ *gis indicatum, quam expoſitum. Ab hoc uno exemplo æſtimare*
„ *licet; quid de toto hoc genere ſit ſentiendum; nempe, quia Domi-*
„ *nus, & totam veræ juſtitiæ ſummam, & omnes Cultus nominis*
„ *ſui partes, & quidquid ad ſalutem neceſſarium erat, ſacris ſuis*
„ *oraculis, tum fideliter complexus eſt, tum perſpicue enarravit,*
„ *in his ſolus magiſter eſt audiendus. Quia autem in externa di-*
„ *ſciplina, & coeremoniis non voluit ſigillatim præſcribere quid*
„ *ſequi debeamus (quod iſtud pendere a temporum conditione pro-*
„ *videret, neque judicaret, unam ſæculis omnibus formam conve-*
„ *nire) confugere hic oportet ad generales quas dedit regulas, ut*
„ *ad eas exigantur quæcumque ad decorum & ordinem præcipi*
„ *neceſſitas Eccleſiæ poſtulabit*,, *Hactenus Calvinus. Verbo ita-que Divino nihil addendum eſt ut fide divina credendum, & quævis additio facta ad Verbum divinum ſive illud Canonicis ſcripturis conſignatum ſit, ſive traditum, & ab Eccleſia declaratum, reprobanda eſt, nec ullus fidei articulus conſtitui poteſt, qui Verbo Divino contrarius ſit, vel illo non ſit revelatus. Aſt quemadmodum Eccleſia ex regulis communibus fidei ſcriptis in Bibliis, & traditis coetera omnia dijudicat, ac conſtituit; & errores hæreſeſque ſuborientes damnat, quin hæc Eccleſiæ praxis additio ad verbum Divinum jure dici poſſit, ſic & ex regulis communibus diſciplinæ, plura dijudicare poteſt, & conſtituere: hoc intereſt autem inter Regulas fidei, & Regulas diſciplinæ, quod nullam fidei veritatem Eccleſia proponere poteſt, quæ verbo Divino, ſeu ſcripto, ſeu tradito non ſit expreſſe revelata; in rebus autem ad politiam ac diſciplinam pertinentibus, quædam ab Eccleſia præſcribi poſſunt, quæ nova ſint, antiquiſque incognita, cum ipſius libertati, & Sapientiæ Deus reliquerit ut ſalva ſubſtantia Religionis, & Sacramentorum, ad Regulam honeſtatis, & ordinis pro filiorum ſuorum utilitate opportuna conſtituat.*

Ad

Ad tertium argumentum, dico, illud vel ex Supina ignoratione, vel ex aperta malitia originem ſuam trahere. Superſtitio ergo ibi ſolum intervenit, ubi vel creatura ut Deus colitur, vel Deus aliter, quam oporteat, colitur, ut pluribus S. Thomas 2. 2. q. 92. Propterea Auguſtinus lib. de unic. Baptiſm. contra Petilianum cap. 4. ſcribit „ De ipſis gentilibus, Idolorumque Cultoribus multa utique a nobis diverſitate diſtantibus, nihil aliud nobis demonſtrat Apoſtolus, niſi, ut in ipſis quoque ita quidquid pravum eſt corrigamus, ut quod ſorte rectum eſt, approbemus „ & ep. 49. q. 3. ad Deogratias „ Qui Chriſtianas literas ſciunt, non hoc culpant in ſacrilegis Ritibus Paganorum, quod conſtruant templa, & inſtituant Sacerdotes, & faciant ſacriſicia, ſed quod hæc idolis exhibeant „ Rationem profert Ep. ad public. 154. „ Sacriſicia cum exhibentur Deo, vera Religio eſt, quum autem dæmonibus, noxia ſuperſtitio „

Quare Chriſti Domini & Apoſtolorum mos fuit, quem Gregorius Magnus ab Auguſtino Cantuarienſi imitandum propoſuit, ut mores gentilicos & patrios hæbreorum, ac ethnicorum paulatim emendarent Deus ipſe (ſcribente Chriſoſtomo homil. 6. in Matth. cui conſonant Cyrill. Alexand. lib. 16. de adoratione Theodoret. ſerm. 7. de Sacriſ.) per ea ipſa ſe coli paſſus ob deceptorum ſalutem eſt, (ab Hebreis, de quorum Ritibus verba facit) per quæ illi dæmones ante coluerant, aliquando illa in melius inflectens, ut eos paulatim, & a conſuetudine ſua reduceret, & ad philoſophiam perduceret altiorem „

Adeo hæc veritas conſtans eſt, ut vel ipſi hæretici eam inviti licet probaverint aliquando. Hopperus uſum ſuperpellicei in ſacris functionibus improbabat, atque diſcrimen veſtium ſacrarum a civilibus rejiciendum contendebat 1. quod eſſet rituum Judaicorum imitatio. Secundo, quia eſſet inventum Antichriſti (Papam intelligit ſacrilegus homo) Tertio, quod conſequenter inventum humanum ſit. Quarto demum, quod nullam honeſtam ſigniſicatio-

 nem

nem congruam Scripturæ habeat. Petrus Martyr Epiſtola 4. ad Hopperum reſpondit „ Non eo me adducunt rationes abs te allatæ, ut ſtatuam uſum hujuſmodi veſtium exitioſum eſſe, aut natura ſua Verbo Dei contrarium, quem omnino adiaforon arbitror .... licet retinendum veſtium in ſacris diſcrimen haud putem, impium eſſe nequaquam dicerem, itaut quoſcumque viderem illud uſurpare damnare audeam. Certe ſi perſuaſum id haberem, numquam cum Eccleſia hic in Anglia communicaſſem, in qua diſcrimen hujuſmodi adhuc eſt conſervatum. Nam, licet, ut dixi, parum illud approbem, attamen video quandoque in his indifferentibus nonnulla quamvis moleſta ſint, & oneroſa, quoad non aliter liceat, ferenda eſſe, ne ſi pro illis acerbius, quam oportet contendatur, id & progreſſui Evangelii ſit impedimento, & quæ natura ſua ſunt indifferentia, noſtra vehementi contentione doceantur impia .... Si illa, quæ indifferentia ſunt, ut impia prædicemus, adeo fere omnium animi a nobis alienantur, ut doctrinæ ſolidæ, atque Concionibus neceſſariis attentos, & patientes Auditores amplius non ſe præbeant. Si pergamus hæc indifferentia, quaſi pernicioſa, & impia diſſuadere, permultas Eccleſias non ab Evangelio alienas damnamus & innumeras, quæ antiquitus ut laudatiſſimæ celebrantur, nimis acerbe taxamus. Non me latet, Eccleſiarum auctoritatem ſive præſentium, ſive præteritarum non debere valere, ut illis Verbi Dei veritas prematur, nam ea, etſi fractus Orbis illabatur, inconcuſſa, & immota permanere debet, Sed propter adiàfora id minime faciendum eſſe contendo, vel ut damnentur, vel ut de eis minus honeſte loquamur „ Tum ad rationes Hopperi reſpondens ſtatuit. Primo, non omnem Rituum judaicorum imitationem eſſe illicitam. Secundo diſcrimina veſtium nonnulla fuiſſe in Eccleſia ante Romani Pontificis tyrannidem, ſic loquitur nefarius homo. Tertio non omnia humana inventa eſſe damnanda, alioquin humanum inventum eſſe, ut mane potius, quam a prandio communicemus. Quarto uſum ſuperpellicei habere poſſe aliquam

quam juſtam ſignificationem a ſcripturis non alienam.

Calvinus etiam de Reformation. Eccl. cap. 16. „ *Ne quis (ſcribit) calumnietur nos in rebus externis nimium eſſe moroſos . . . hic teſtatum velim piis Lectoribus, me non de coeremoniis litigare, quæ decori tantum & ordini ſerviant, vel etiam Symbola ſunt, & incitamenta ejus, quam Deo deferimus reverentiæ* „ *Ac Inſtit. lib.* 4. „ *Illud (ait) nobis decorum erit, quod ita erit ad ſacrorum myſteriorum reverentiam aptum, ut ſit idoneum ad pietatem exercitium, vel ſaltem quod ad ornatum faciat actioni congruentem; neque idipſum ſine fructu, ſed ut fideles admoneat, quanta modeſtia, religione, obſervantia ſacra tractare debeant . . . ut pietatis exercitia ſint Coeremoniæ ad Chriſtum recta deducant, neceſſe eſt* „

Tantum propterea abeſt, ut ſimplex Chriſtianæ Religionis cultus excludat ſtatas Coeremonias, ut vel ipſa Eccleſia Anglicana articulo 20. *apud Joſeph Bingham Anglum in Apologia Eccleſiæ Gallicanæ pro Eccleſia Anglicana edita an.* 1738. *Halæ, & latine converſa a Johanne Henrico Griſcovio libro* 2. *cap.* 7. *conſtituat Eccleſiæ ineſſe poteſtatem decernendi Ritus ac Coeremonias, quem articulum contra Baxterum idem Bingham defendit ſcribens ab aliis oſtenſum eſſe,„quod quaſ-*
„ *dam Coeremonias in ſe indifferentes neceſſe ſit præſcribi ad ſer-*
„ *vandum ordinem in Religioſis conventibus, ut tempus, locus &*
„ *cætera, nihil enim niſi confuſionem exſiſtere poſſe ſine illis. Se-*
„ *cundo, quod alias præſcribi neceſſe ſit decori cauſſa in cultu Di-*
„ *vino, ne publici cultus ſimulatione, publica Deo imponatur con-*
„ *tumelia. Tertio quod omnes externas religionis circumſtan-*
„ *tias libertati relinquere, adeo non ſit ſanare diſſidia, ut veren-*
„ *dum ſit, ne tanto plura inde naſcantur diſſidia, & odia na-*
„ *ſcantur. Quarto, quod adverſariorum opinio, res indifferen-*
„ *rentes eſſe illicitas in cultu Dei, non ſit idonea, & neceſſaria*
„ *cauſſa eas reijciendi, quum Religio numquam ita denundari poſ-*
„ *ſit, quin aliquot indifferentes ritus, & conſuetudines reman-*

 „*ſu-*

„ ſumere ſint, quas hi illi homines ſint damnaturi, aut certe in
„ controverſiam diſceptationemque vocaturi, quemadmodum a
„ Quakeris vituperamur, quod aperto capite preces facimus
„ & peculiares domus cultui Divino dedicamus, &c. Quinto
„ quod multo majori emolumento ſit Rei Chriſtianæ homines a
„ ſuperſtitieſis opinionibus (cujuſmodi ea eſt, res indifferentes
„ eſſe vitioſas) deducere, & vere Evangelicam libertatem tue-
„ ri, quam tales homines, ſuperſtitioni eorum indulgendo, in
„ Eccleſiam admittere. Sexto, quod licet duarum, triumve Coere-
„ moniarum abrogatio non multum momenti habitura eſſet ad ſa-
„ nandum Schiſma, deſertio tamen doctrinæ de legitima rerum
„ indifferentium ratione, & rejectio omnium ex iſto principio
„ facta, Evangelium depravatura, & Chriſtianorum conſcien-
„ tias in ſervitutem redactura ſit „ Hactenus Bingham, qui ex principiis, & praxi Eccleſiæ Gallicanæ hæc demonſtrare pergit, ac decreta Synodorum earum Eccleſiarum producit, quæ uniformitatem ritus inculcant, & tam privatis, quam miniſtris inferioribus facultatem omnem tollunt aliter agendi vel decernendi, quæ omnia ex Anglicanarum etiam Eccleſiarum diſciplina comprobat, & a Baxteri objectis vindicat. Ut ergo primæ quæſtioni ſatis ſuperque fiat, ſecernendus eſt cultus Religionis publicus a privato, ac coeremoniæ, quæ in publica fiunt ab iis, quæ in privato exercentur, quo pacto in moralibus diſciplinis politia diſcernitur ab Æconomia, ſive Ethica, ſeu privata ac domeſtica agendi ratione. Etſi cujuſque arbitrio committi quidem poſſint, quæ ad privatum, ac domeſticum religioſum cultum pertinent, dummodo tamen actus cum interni, tum externi ad Dei voluntatem tamquam ad regulam exigantur, cum vel ipſi Æthnici philoſophi, ut Socrates apud S. Auguſtinum lib. 1. de conſenſu Evangeliſtarum cap. 18. ſenſerint, unumquemque Deum ſic coli oportere, quo modo ſe ipſe colendum præcepit. Aſt quæ ad publicum cultum attinent, ſtabili, certaque lege deſignanda ſunt, a qua lege recedere non licet, quo pacto quam-

vis

vis unicuique fas ſit privatim, & inter domeſticos lares mente ac corpore ita ſe gerere, quomodo ipſi placuerit, ſervatis tamen ſemper charitatis, Religioniſque legibus; in publicis tamen negociis, contractibus, aliiſque exterioribus politicis rebus ad leges certas, ac ſtatas ſe ſuaque componere debet, quin ab iis latum unquam deflectere poſſit ſine juſta legittimaque auctoritate. Jamvero ſicuti in privato cultu Religioſo ea omnia cum interna, cum externa exercitia prohibentur ut divinæ voluntati contraria, quæ vel mala ſunt, & falſum deſignant; vel veram pietatem, ac Religionem ſeu non promovent, ſeu labefactant; ſic & in publico cultu ii tantum ritus, actuſque conſtitui poſſunt, qui ſuperſtitionem nullam redoleant, qui ſcandalum, vel juſtam offenſionem puſillis non præbeant. Sed ſatis jam de prima quæſtione.

Hieroſolymitana Liturgia ita certis fuit, ſtatiſque contenta formulis, ut illæ novitatis converſationem admitterent, ac reformationi obnoxiæ fuerint pro temporum locorum, ac perſonarum circumſtantiis, neque ab Apoſtolis ita traditæ fuere, ut perpetuæ ac irreformabiles eſſent. Norant quidem optime Apoſtoli involucra neceſſaria infanti ad rectam membrorum conformationem & conſolidationem, & lac parvulo tribuendum eſſe, aſt adulto cibus, & eſca congruit, cui involucra, & lac non ſolum incongrua, ſed & noxia evadunt; vivendi agendique ratio corporis ipſius indumenta, habitus, ac forma ætati, ſtatui, ac tempori adtemperari debent; nec una eademque ſemper congruit, ſed quæ modo congrua, modo omnino incongrua eſt. Si ergo nedum humana omnia, ſed & ſublunaria viciſſitudini perpetuæ ſubjecta ſunt, cujus viciſſitudinis exemplum vel in ipſo homine cernimus aſſidue, qui ſenſim in ipſam delabitur mortem; mirum nemini eſſe debet; ſi cæremoniæ ac ritus irreformabiles ab Apoſtolis non fuerint conſtituti.

Verum contra opponi poteſt, quod ſi ſemel liturgiam reformabilem ſuſtineamus, conſequitur damnandos non eſſe, qui Eccle-

cleſiæ Ritus conſuetudineſque in ſcripto Dei Verbo expreſſe non contentas, pro ſuo lubitu mutant, vel nova diſciplinæ capita invehunt, atque fidelibus Chriſti ovibus proponunt.

Id ſane non ſequitur, quemadmodum enim in rebus polititicis, & humanis nulla legum, conſuetudinum, ac præſcriptionum mutatio admittitur, niſi publica auctoritate fiat, ut ſcilicet pars capiti congruat, & membrum corpori conformetur; non diſſimili ratione quævis mutatio reprobatur in Liturgia, niſi ea legittima poteſtate fiat. Ergo illi non ſunt audiendi, qui nulla publica auctoritate præditi innocuas diſciplinas a legittimis paſtoribus, ſeu juſta probataque conſuetudine invectas; ac generatim pias Fidelium praxes in publicis, privatiſque officiis, qua voce, qua ſcriptis damnant cum fidelium offenſione, illaſque cum Antiquorum temporum diſciplina, ac moribus committunt, unius loci cum alterius ritus confundunt, ac unam eandemque omnibus locis, Perſonis ac temporibus formam præſcribunt, & ad eam omnia exigunt. Hoec tamen a me dicta non ſunto, ut eorum temerario Auſui conſentiam, qui ſuæ prudentiæ innitentes, terminos a Patribus conſtitutos tranſgrediuntur, & cum non ſint legittime miſſi, Chriſti ovibus nova paſcua proponunt, ea diſciplina exterioris capita propugnant, quæ vel Fideles offendunt, turbantque, vel conſcientias nimis onerant, vel a debita Religione ſenſim abalienant. Utrique nempe cum ſint Religionis Chriſtianæ inimici ſive aperte foris ſint, ſive intus eſſe videantur, Pſeudo Chriſtiani ſunt & Antichriſti, neque vero Chriſti zelo ſunt animati, cum ille inſiſtat ſcientiæ, juſtiſque coerceatur limitibus, quos ſi tranſgredi contingat, delirantis anim (ſi non iniqui) æſtus is dicendus erit, non verus divinæ gloriæ zelus.

Ad tertiam quæſtionem enodandam procedo, ac illud ex Alibi diſputatis adſero, Chriſtum Dominum Sacrificii eſſentialem formam inſtituiſſe, ac Apoſtolos docuiſſe, quibus & generales regulas ordinis, & decori tradidit, ad quas & ipſi cætera exigerent inſpecta populorum utilitate. Apoſtoli diſpenſatores fide-

ſideleſque miniſtri a Chriſto conſtituti Sacramentorum formam communem, ac diſpoſitionem ſervarunt, & Eccleſiis, quas fundabant, tradiderunt ſervandam; ea propter haud levis conjectura me inceſſit, communi Apoſtolorum ſuffragio omnes formulas formularumque ritus fuiſſe ſtatutos. Ergo quemadmodum Paulus ſegratus in Evangelium Dei, ubi prædicabat, omnia diſponebat, ſic & Jacobus Apoſtolus frater Domini adpellatus, Sive quod Chriſto Sanguine fuerit devinctus, ſive quod Chriſti corpoream formam referret, & minor nuncupatus, ut ab altero Johannis Evangeliſtæ Fratre diſcriminaretur, cum Epiſcopus Hieroſolymæ fuiſſet ab Apoſtolis ordinatus, ejus Eccleſiæ Liturgiam tradidit, atque ex parte compoſuit: Hac ni fallor de cauſſa, Hieroſolymitanam Liturgiam Jacobo adtribuunt Auctor tractatus de traditione divinæ miſſæ, qui Proclus Conſtantinopolitanus dicitur, ſed reapſe de ipſo non ſatis exploratum eſt, Trullanum Concilium can. 32. & ferme omnes recentiores Græci ſyrique Scriptores, quibus & latini non pauci conceſſerunt. Ex Antiquis S. Epiphanius eandem ſententiam videtur ſupponere in hæreſi. 79. n. 3.

Neque enim in Recentium quorundam criticorum ſententiam deſcendo, qui Hieroſolymitanam Liturgiam Jacobo tributam ſcribunt, quod moris eſſet olim liturgias, quando certus Auctor non ſuppeteret, primo, vel celebratisſimo. illius Eccleſiæ, ad cujus uſum eæ conſcriptæ perhibentur, Epiſcopo adtribuere. Enimvero ſi morem ita intelligant, ut jure ac merito Epiſcopo illi adſcriberetur, quod reapſe ejus genuinum opus eſſet, licet omnino non integrum, & varias mutationes ſubierit, iis lubens ſubſcribam; aſt ſi Liturgias ſine ulla idonea ratione inſcriptas contendant, & nonniſi ob hanc cauſſam, quod is primus, vel celebratiſſimus fuerit Epiſcopus, quin revera quidquam e Liturgia compoſuerit, vel ſubſtantialem formam diſpoſuerit, id conſtanter nego, certiſque argumentis propugno deductis ex praxi omnium Eccleſiarum, quæ ſuis primis Fundatoribus Epiſcopis; li-

licet Apoſtoli ii eſſent, liturgias haudquaquam tribuiſſe exhibentur. Quot enim Eccleſias fundavit S. Andræas, quot S. Paulus, quot S. Thomas, S. Bartholomæus &c. Et tamen his Apoſtolis nulla legitur tributa Liturgia. Quot celebratiſſimi Rectores variarum Eccleſiarum exſtitere, quibus tamen illæ Eccleſiæ nullam inſcripſerunt Liturgiam.

In opinione aliorum Scriptorum recentium confutanda immorandum non duco, qui Jacobo Liturgiam adtributam inquiunt, quod in ejus feſto ea celebraretur, enim vero duplici argumento manifeſtæ falſitatis ea opinio convincitur, cum neque ſingulis Apoſtolis ſeu primis ac celebratiſſimis Epiſcopis Liturgiæ tributæ fuerint, licet in ſingulorum feſtis illæ ſolemni exercerentur ritu; quin & Liturgias quibuſdam tributas Eccleſiæ multæ celeberrimas habeant in feſtis dominiciſque diebus.

Conſtituto Auctore Hieroſolymitanæ Liturgia, de idiomate, quo tradita fuit, ac primum compoſita, inquirendum venit; in Lingua Syriaca ſeu dialecto Hieroſolymitana, quæ ex pura Hebraica & Chaldaica conflata Chriſti Domini, & Apoſtolorum ætate Hieroſolymis vernacula fuit, traditam, compoſitamque a D. Jacobo Liturgiam mihi prorſus certum ad paret, neque enim ratio ulla ſeu conjectura idonea occurrit, quæ aliter ſentire cuique cordato viro ſuadere poteſt.

Sed quandonam ea ſcripto fuerit conſignata, & a quo, quæſtio non levis, nec facilis inſtituitur. Ego ſane inhærens iis, quæ in diſſertat. de origine Liturgiarum fuſius diſputavi, in ea ſum opinione, quod ab Apoſtolo ipſo fuerit ſcripto tradita, ſi non cum primum illam celebravit, ſaltem antequam ex hac luce migravit, nulla namque certa epocha, nullus certus auctor ſcriptionis; nulla probabilis ratio adſignari poſſunt, quæ contrarium prudenti viro ſuadere poſſint.

Cæterum, quæ partes, quæ cæremoniæ, quæ voces ab Apoſtolo fuerint traditæ, quæ ſuperſint, quæ ſuperadditæ ſint, id certis argumentis deſignare non poſſum, quandoquidem res in-

ob-

obſcuro eſt, ſi conjecturæ aliquid ſit dandum, ea omnia Apoſtolum auctorem agnoſcunt, quæ in omnibus Hieroſolymitanis Liturgiis eadem habentur, & antiquorum ſcriptorum conſenſu, ac teſtimoniis comprobantur, neque ulla idonea ratione vel immutata, vel ſuperaddita demonſtrantur. Ex hac rectæ Criticæs regula facile dijudicari poteſt, & nos infra ad eam examinabimus, ac exigemus Liturgias, quæ circumferuntur, Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, cujus Auctoritas non ideo perit, quod additionibus vel detractionibus ſubjecta fuerit, enimvero Liturgiarum auctoritas ex Eccleſiarum, qui eas probant, auctoritate petenda eſt, ut dixi in diſſert. de Auctoritate Liturgiarum: atque recta critice docet opus jure tribui poſſe auctori, licet quaſdam ſubjerit mutationes, unde Moyſi Pentateuchum optimo jure adjudicatur; quamvis quædam occurrant vocabula, imo, & quidam verſus, quæ Moyſis ætatem non ſapiunt. Gregorianam dicimus Romanam Miſſam, licet Sanctorum, qui nonniſi poſt annos a Gregorio multos vixerunt, nomina contineat. Vetus Gallicana antiquior divo Martino exiſtimatur, quamvis Miſſam ad ejus feſtum celebrandam repræſentet; & Mozarabica Vrbano IV. vetuſtior eſt, etſi officium feſti corporis Chriſti habeat adjunctum a Card. Ximenio, cum ejus Miſſalis editionem procuravit.

Hieroſolymitanam Liturgiam amplexi ſunt nedum omnes ſubjectæ Eccleſiæ; Verum & aliæ quamplures, quin fere omnes Orientales ad illam ſuas Liturgias expreſſerunt, & adeo mmodarunt. Syri ergo fere omnes illam probarunt, eaque etiam modo utuntur, quamvis in nonnullis pro diverſitate locorum, & libertate Epiſcoporum non omnes ſibi conſentiant. Vnde & eam jam contractam, jam productam adhibent; & plures alias ad illius exemplar compoſitas celebrant. Primi tamen ex Antiocheno Patriarchatu, qui eam rejecerunt, fuere Græci Melchitæ circa tempora Theodori Balſamonis, quos imitati coeteri omnes, qui Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſeſe devoverunt, eam neglexerunt, Cum enim ut alibi enarravi, Eccleſia laudata peculiares ſibi Liturgias

 nor-

nonnihil ab antiquis variantes compoſuiſſet, omnibus ſuam celebrandi ſacra formam tradere ſategit; Unde & Hieroſolymæ degentes Chriſtiani Conſtantinopolitanæ communionis, Liturgiam Conſtantinopolitanam frequentant. Coeterum auctoritas Conſtantinopolitanorum Patriarcharum efficere non potuit, quin ad præſens uſque tempus Hieroſotymitana S. Jacobi Liturgia in Eccleſiis etiam ipſis immediate ſubjectis celebretur; nam in die feſto S. Jacobi die 23. Octobris in nonnullis Græciæ Eccleſiis ea uſurpatur. Cypri etiam Regni Eccleſiæ bene multæ, puta Syrorum Maronitarum, illam frequentant, antiquum morem retinentes, quo omnes Cypri Eccleſiæ nonniſi hanc adhibebant Liturgiam, uti ex Epiphanio citato non obſcure colligitur. In Sicilia eadem miſſa uſque ad ſæculum X. multis in locis celeberrima fuit, ut ex Meſſanen. Codice Liturgiæ S. Jacobi, quem vulgamus, conijcere licet. Atque hæc dicta ſunto ſatis de Liturgia Hieroſolymitana generatim; nunc ad peculiaria deſcendamus.

SECTIO SECUNDA

De Græca Jacobi Liturgia.

HÆc Liturgia ſæpe græce edita fuit, aſt nonniſi an. 1560. apud Morellium Græce ac latine ſeorſim vulgata fuit; & quidem opera trium celebrium virorum Johannis S. Andreæ Canonici Pariſienſis, Claudii de Sainctes Epiſcopi poſtea Ebroicenſis, ac Gentiani Herveti, ut conjicit cl. Petrus Lebrun Diſſert. 6. tom. 2. Ea latine poſtea fuit inſerta in Bibliotheca Patrum. Eandem cl. vir Johannes Albertus Fabricius part. 3. Cod. Apocryphi N. T. Græco latine iterum vulgavit, licet Græcum textum nonnumquam exacte latinum non fecerit.

Nos eandem Græco latine in hoc volumine exhibemus, ut noſtram fidem liberemus. Sed heic nonnihil de ipſa dicenda occurrit, enimvero, uti bene ponderavit Euſebius Renaudotius

præ-

præfat. ad Collect. Liturg. Oriental. vix ea lucem divit, cum obortæ ſunt quæſtiones Catholicos inter, & Proteſtantes, his negantibus illam genuinam eſſe, illis adſirmantibus, Catholici complures, quaſi periret illius cuctoritas ſi Jacobo Apoſtolo abjudicaretur, titulum vindicandnm ſuſceperunt, & tamen in ipſa Liturgia ſuſpecta habuerunt non pauca quaſi a recentioribus inducta eſſent, aut ita ſunt interpretati, ut vix ipſi ſibi, tanta eſt inter eos diverſitas, ſatisfacerent, multo minus Eccleſiæ adverſariis, quorum maxime intererat, ut ſuppoſititia, ac ſalſa haberetur, cum illos nimium premat illius auctoritas, hinc, ut Catholici illi omnem lapidem moverunt, ut eam genuinum Apoſtoli foetus, & quidem ſyncerum, putumque ac integrum ſuaderent; adeout cl. Leo Allatius in Symmictis ſententiam oppoſitam velut hæreſi proximam inſectetur: ſimili æſtu Hæretici totis viribus illam ſuppoſitam, corruptam, ac interpolatam, multiſque ſæculis, quam vulgo creditum eſt, recentiorem propugnandam ſuſcepere. In hæreticorum ſententiam Catholici viri non ineruditi conceſſerunt, quamquam ejus auctoritate Hæreticos jure oppugnandos conſiituant. In tanta opinionum diverſitate, quid veroſimilius nobis adpareat, ex ſuperius dictis colligitur, quod ut magis adpareat, judicia Dorſchei, ac Fabricii de hac Liturgia examinanda ſuſcipio, aliorum enim opiniones vel ſuperius conſutavimus, vel ad hæc judicia ſunt expreſſa, ut ſunt Riveti, aliorumque Etrodoxorum ſententiæ.

§. I.

Dorſchæi judicium.

D*Orſchæus ergo in Myſaria Miſſæ diſput. Liturgicæ Joan. Georgii Herberi Soc. J. Argentorati 1633. 4. oppoſita pag. 251. ſcribit „ Jam ad Liturgias illas, quas Herberus magno adparatu in theatrum adducit, probaturus Myſſæ ſuæ ſacrificium, ſatis quidem hactenus demonſtratum eſſe, quidquid ex Chriſti inſtitutione deductum eſt, pro Miſſa fulcienda nihil efficere, breviſſime tamen ſuppoſititias eſſe illas & ſpurias indicabo „*

Hæc ille, qui ea omnia loca quæ in hac Miſſa Sacrificium deſignant, ad impropric dictum Sacrificium amandat. Sed cum hic ſolam criticam agamus quæſtionem, de hac ſententiam Dorſchæi audiamus, & confutemus. Et primum (ſcribit ille) Liturgiam quam Jacobo tribuunt Pontificii (fallitur hæc dicens, cum non omnes Pontificii Jacobo tribuant Liturgiam) ſuppoſititiam eſſe facile demonſtrari poteſt,,

Etherodoxis, ac ſciolis frequens eſt ubique jactare evidentiam, ac demonſtrationem, omniſcios ſeſe volunt, ac prædicant, coeteros ſuperbiendo deſpiciunt: cedat Dorſchæus ſuas demonſtrationes.

Nam primo (ſubdit) fit in ea mentio Confeſſorum, *cum tamen Confeſſorum mentio Apoſtolorum temporibus in publica Liturgia nulla facta fuerit. Deinde reperitur verbum* Conſubſtantiale. *At illud non eſt ætatis Apoſtolicæ,, pergit deinde atque vocem* Deipara *recentiorem Epheſino Concilio, quin & Chalcedonenſi, quod præfata Concilia ea Hæreticos confutaſſent, aſſerit, quemadmodum & Nicænum Arianos auctoritate Jacobinæ Liturgiæ debellaſſet. 3. Triſagium canitur in hac Liturgia, qui hymnus poſt annum Chriſti 400. receptus fuit 4. Monachorum, & Monaſteriorum fit mentio, ut & templorum, Altaris, Thuribulorum &c. quæ omnia detrahunt antiquitati ejus. Accedunt impia (ſic ſceleſtiſſimus homo loquitur) illa effata de thure in remiſſionem peccatorum adolito, de Invocatione Mariæ Deiparæ.*

Hæc ſunt argumenta, quæ Dorſchei judicio ſatis aperte falſi ream agunt Jacobæam Liturgiam. Sed nullatenus feriunt noſtram ſententiam, haud enim negamus varias preces fuiſſe ſuperadditas, aliis breviori ſumma contractis, ritibus nonnihil immutatis, aut paullo auctis, quod in Liturgiis frequens contingit, nova vocabula ſuperaddi potuere, vel antiquis ſubſtitui ſine ullo plagii vel falſitatis crimine, idque cum pro populi captu tum pro linguarum mutatione, id paſſim factum cernimus in omni-

nibus libris, quin & in canonicis ſcripturis hanc mutationem ſeu ſubſtitutionem nominum ac vocum, levemq. additionem declarationis ergo aliquando factam ſacræ ſcripturæ Docti expoſitores obſervarunt, & tamen blasphemaret procul omni dubio, qui idcirco Canonicos libros falſi reos argueret. Illud ergo probandum erat Dorſcheo novam doctrinam, ritus novos, coeremonias alias etſi quæ ſimilia in Liturgia ſuperaddita, quæ Apoſtolorum doctrinę ſint contraria, ac regulis honeſti, & decori ab iis traditis repugnantia, vel demum ita omnia eſſe immutata, ut diſpoſitio nulla, oratio nulla, pars demum Liturgiae nulla conveniat Apoſtolico Jacobi Ævo, hoc nec probavit, neque probabit unquam.

Itaque ad primam ejus conjecturam; Confeſſores jure dicti ſunt, qui Chriſti nomen ac fidem verbo, & opere cum privatim, tum coram Infidelibus judicibus palam confitebantur, neque tormentis, aliiſve quibuſcumque artibus ab ea confeſſione recedebant. Horum etiam hominum mentionem in publicis officiis ſacris peractam non fuiſſe velim idoneis conjecturis ſuadeat; neque argumenta negativa idonea nobis ſunt, niſi talia ſint, & talibus adminiculis ſuffulta, ut poſitivo argumento æquiparari queant, cum nec omnia antiquitatis monumenta ad noſtram ætatem devenerint, & eorum, quæ forte devenerunt, pars non exigua lateat cognitionem noſtram; imo & idoneæ cauſſæ aliquando huic vel alteri ſcriptori occurrerint, ut hanc vel illam rem ſilentio præteriret, quod etiam ex debilitate, ac infirmitate humanæ mentis, memoriæque non ſemel provenit.

De voce Conſubſtantialis, Deipara, *plura vide in diſſert. de Origine Liturg. ſect. 4. pag. 156. & alibi. Quod pertinet ad Triſagii decantationem, id ſolum nobis certum eſt ex Ep. Felicis III. Romani ad Petrum Antiochenum, & Zenonem Imperatorem relata t. 2. Conciliorum, quod cum Conſtantinopolis terræ motu quateretur, populuſque in campo oraret, & clamaret* Kyrie eleiſon *infantulus univerſo populo cum Proclo Epiſcopo ſpectante per unam horum raptus hujuſmodi didicit hymnum, rurſuſque*

que

que deſcendens nuntiavit, quæ in æthere audierat quaſi de multitudine pſallentium, dictumque ſibi, ut eam laudationem populo indicaret. Quam ubi populus cecinit in civitatem regreſſus Deo per hujuſmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberatus eſt.

Verum hæc hiſtoria id ſolum evincit, quod hujus hymni recitationem contra terræmotum, aliaſque tempeſtates Deus valere diſpoſuerit, idque notum fecerit tali pacto Conſtantinopolitanis, quemadmodum alia media naturalia ad naturales, ſupernaturaleſque effectus conſuevit elevare, vel manifeſtare; Aſt demus Dorſchęo hunc hymnum in Eccleſia Conſtantinopolitana ante hæc tempora nullatenus fuiſſe recitatum, & quidem ſine illa additione miſerere nobis. *Demum in Eccleſia Antiochena ſero inductam fuiſſe talem recitationem, & ad exemplum Antiochenæ Conſtantinopolitanam Eccleſiam eum frequentare coepiſſe; hæc tamen non probant, quod Apoſtolico Ævo non fuerit Hieroſolymæ decantatus. Quartam conjecturam Reſponſio plana eſt, cum certo conſtet, Chriſtianis priorum temporum fuiſſe Altaria, Eccleſias, & Oratoria non defuiſſe Apoſtolicis temporibus homines Chriſtiani non pauci recenſebantur, qui vitam communem agerent; ſolitariam vitam nonnulli profitebantur, Virgines multi exſtabant, voluntariam paupertatem plures colebant. Ergo quæ congerit Dorſchæus nihil detrahunt Antiquitati Liturgiæ Jacobinæ. Sed & concedamus ea, quæ mox recenſuimus, non ſapere Apoſtolica tempora; ſuperaddita ſint; quid proinde inferat contra noſtram theſim non video, hoc unum evincet, quod Eccleſia pro ſua libertate Apoſtolicis informata diſciplinis, quæ ab iis generalibus erant præſcripta formulis ad ſpeciales caſus adplicaverit pro opportunitate temporum, locorum ac perſonarum.*

Hac poteſtate Eccleſia prædita, cum optime noſſet orandum pro omnibus (vid. Timm. 2. ad Thom. 2. cap. 3.) maxime pro iis, qui in ſublimitate eſſent conſtituti, atque in ſacra Liturgia omnia Eccleſiæ membra communicare, unde & ſingula

gula commemoranda pro cujuſque ſtatu, conditione, merito, ac neceſſitate, in Signum communionis; Epiſcopos, Reges, Reginas, Principes viros, Eccleſiæ miniſtros, Benefactores, in neceſſitate conſtitutos, ſanctos etiam, qui pridem obdormiiſſent, commemorare conſuevit; collectas, ſeu præces pro aeris temperie, bonorumque omnium impetratione ad Deum O. M. effudit; morem hunc Eccleſiæ perpetuum ſatis manifeſte produnt cum libri Canonici Novi Teſtamenti, cum etiam ſcriptores antiqui Eccleſiæ maxime Apologiſtæ Chriſtiani. Varius ſane fuit in una etiam eademque Eccleſia petitionum ordo, formulæ orationum aliquando diverſæ fuere, non unus idemque ſemper fuit modus, quo prædicta omnia concipiebantur, aſt ſumma, ac ſubſtantia, reſque ipſa eadem ſemper, & ubique fuit; & adhuc in univerſa Eccleſia Chriſti retinetur. Sed ſatis hactenus cum Dorſchæo diſceptavimus, cujus ultimam conjecturam in ſeq. §. diſcutiemus.

§. II.

Joannis Alberti Fabricii judicium ad Criſim revocatur.

CL. hic ſcriptor in laudato opere cum intelligeret liturgias Apoſtolis tributas & varius obvias eſſe, nec omnino contemnendas, quandoquidem de antiquo Eccleſiarum quarundam Chriſtianarum uſu teſtimonium perhibeant, ac inſignia pietatis, & ritus Chriſtianorum in illis expreſſa comparent, integras in ſuo citato volumine exhibuit, quas potuit Græce & latine, alias latine tantum ex verſione Euſebii Renaudotii Pariſini; illiſque prolegomenorum inſtar præmiſit cum Dorſchæi, tum Aliorum, ac etiam ipſius Renaudotii judicia; quibus non plene ſatisfactus proprium etiam judicium dedit in præfatione, in qua tria probanda ſuſcepit; primum quidem eas Liturgias ætatem Apoſtolicam manifeſte mentiri, cum & ſuppoſitæ ſint, & non ſinceræ. Alterum, ſuperſtitionis loliginem lapſu temporis pulcherrimæ Siligini admixtam in iis obſervare licere; Tertium ab Eccleſiæ Romanæ placitis eas in nonnullis diſcordare. Concludit demum eas

ve-

venerabili Apoſtolorum nomine jam olim nuncupatas, quod commemorationi eorum ſingulariter eſſent deſtinatæ, aut quod Origines ſacrorum ſuorum, & inſtitutionem ſuarum Eccleſiarum, Chriſtiani illis in locis ad eos referrent.

Coeterum Fabricii judicium falſum, ac erroneum eſſe ex dictis abunde liquet. Utque, miſſis rationibus quas ex Dorſchæo, aliiſque mutuatus eſt, ad momenta, quæ ipſe profert pro conſtituenda ſua theſi examinanda progrediar. Quis credat, inquit ille, ab Apoſtolo ſcriptum, quod S. Virgo Maria vocatur Domina noſtra, prætioſior Cherubim, Deipara, mediatrix. Ad Mariam, Gloria tibi, Ave Maria, ora pro nobis? Concilia Æcumenica, aliaque memorantur, quæ ætate Jacobi incognita erant. Catechumenorum ejectio, proclamatio Sancta Sanctis, *tymiamatis uſus, Symboli fidei recitatio, Crucis ſignatio, myſteriorum obvelatio, Angeli Cuſtodis petitio, & ſi quæ ſimilia ætatem ſtylum Apoſtolorum non ſapiunt, ſed ſuperſtitionem redolent. Mirus conſenſus omnium Liturgiarum in eo, quod ſacra Euchariſtia juxta Chriſti inſtitutionem, & Apoſtolorum exemplum ſub utraque ſpecie porrigatur fidelibus, Eccleſiæ Romanæ doctrinam oppugnat. Hactenus conjecturas Fabricii compendio recitavimus, illas modo ad rectam criſim exigamus.*

Atque, ut a prima exordium ducamus, illas expreſſiones nonniſi religioſum cultum Deiparæ tributum deſignare conſtituimus; hic autem religioſus cultus ab Apoſtolis Virgini tributus breviſſime demonſtratur. Apoſtoli Mariam Matrem Dei agnoverunt; illam Deo chariſſimam crediderunt, gratia plenam confeſſi ſunt. Ergo ſi cœterorum viventium hominum orationibus ſeſe commendabant, alios ſuis præcibus adjuvabant, honore debito alter alterum proſequebantur, & fideles monebant ut honore invicem prævenirent, alios ſalutabant ac ſalvere jubebant, qui Deiparæ præcibus non ſe commendarint, eam congruo honore non fuerint proſecuti, illamque non ſalutarint, quæ vel ab ipſo Angelorum Principe fuit ſalutata?

Ad

Ad alteram, fateor ea commemorari quæ Apoſtolorum ætate ignota erant, aſt dico ex generalibus regulis ab Apoſtolis conſtitutis, illa ubi obtinuerunt, fuiſſe ſpecialiter commemorata, atque illa ſuperaddita non diffiteor.

Ad 3. Apoſtoli Chriſti inſtitutione formati ſancta omnibus promiſcue ac ſine matura probatione non credebant, ſed paulatim edoctos, ac probatos homines ſacris initiabant, uc initiatos ad Arcana noſtræ Religionis admittebant. Quo pacto infantibus lac tribuimus donec ſolidioris cibi fiant idonei, & homines ſenſim manducuntur ad magiſtratus capeſſendos, atque eandem Æconomiam ſervant præceptores magiſtrique artium quarumcumque erga ſuos diſcipulos, & Tyrones, ſeu candidatos, ut pluribus Origenes Cathechumenatus diſciplinam contra Celſum vindicat. Falſum propterea eſt, quod Catechumenorum ejectio aliena ſit ab ætate, & ſtylo Apoſtolico.

Ad 4. Apoſtoli a Chriſto inſtituti ne ſanctum darent canibus, neve margheritas ſuas projicerent ante porcos, ab hominibus accedentibus ad participationem Sacramentorum exigebant, ut ſe probarent, neque indigni ad illorum communionem accederent. Quid igitur mirum ſi Sancta Sanctis *proclamarent in Liturgia. Sed de hac proclamatione, vide Joannem Maronem in fine hujus voluminis.*

Ad 5. homines natura Duce edocti ſuffitum thuris fætorem depellere, grato odore ſenſus, ſpirituſque conſortare, ut inde vegetiores reddantur ad functiones ſuas expeditius exercendas, tymiamatum uſum adhibuere; cum autem tymiama rarum eſſe, unde & prætioſum, factum eſt, ut quos grata ſignificatione excipere vellent, & ſpeciali cultus ſigno honorare, iis thus darent. Quoniam vero Deus ſupremus omnium Dominus cultu omni digniſſimus eſt, hinc Religio homines impulit ut internis adfectibus animi illum colerent, & ea ſigna exteriora adhiberent, quæ & honorem deſignarent, & homines ipſos excitarent ad interiores religioſos actus & in iis exercendis corroborarent confirmarent-

 que

que removendo contraria, & ſpiritum promtum reddendo, ac poſtremo hominum veram felicitatem, quæ a Religioſo ſynceroque Dei cultu inſeparabilis eſt, importarent.

Porro cum Religionis hæc ſint dictata, conſequitur, quod thuris adoletio adeo ſit honeſta, ut videatur neceſſaria, eaque de cauſſa ab omnibus fere gentibus in ſacris officiis frequentata ſive ob numinis venerationem, ſive ad pellendum fætorem, aliaque, quæ ex promiſcuo multorum hominum coetu in locis determinatis ad Dei cultum tædium, ac oſcitantiam adferunt. Sed cum ſancta quæque homines perverſi profanent, quin & Religionem uni veroque Deo debitam falſis idolis adtribuant, & gloriam Dei commutent, hinc & thuris adoletionem profanarunt, hoc ſcilicet Religionis externum ſignum iis tribuendo, qui Religioſo cultu indigni ſunt, vel vero Deo illum tribuendo quaſi ille, ut homines, corporeo ſenſu præditus, grato odore adficiatur, hinc & ſuperſtitio orta eſt. Eo ferme pacto, quo ſacrificia, oblationes, aliaque externa Cultus religioſi ſigna ſenſim invaluere, ac ſuperſtitioſa eſſe coepere. Thuris ergo adoletio culpanda, ac damnanda eſt, cum in honorem ſit falſorum numinum, vel iniquo animo, vel in prohibitis circumſtantiis, uti quævis externa actio ex objecto, agentis animo, ac operandi circumſtantiis ſuam deſumit bonitatem, vel malitiam.

Eccleſiæ Catholicæ praxim conſideremus, ut inde Eterodoxorum blaſphemiæ magis magiſque adpareant, atque ut nihil dicam de uſu tymiamatum apud Orientales etiamnum frequentiſſimo, quo honoris ergo perſonas thuris adoletione ſuſcipiunt, nihil de more civili apud omnes fere gentes obtinente, quo ad fætorem aeriſque intemperiem depellendum, & ob alias cauſſas naturales ſive in privatis ædibus, ſive in publicis locis odoramentorum ſuffitus peragi conſuevit, de incenſatione, tali enim vocabulo thuris, aliorumque odoramentorum adoletionem vocant, quæ fit in ſacris officiis, ejuſque germana ratione breviſſime hic agam.

Eccleſia ergo incenſat imagines ſtatuas Dei, atque Sanctorum,

rum, quin & ipſum Chriſti corpus in Sacramento altaris exiſtens, & Sanctorum Reliquias: Sacra Vaſa, ſacraque ſuppellex incenſantur, Altaria; quin & homines circumſtantes, non vivi tantum, ſed & mortui, unde & cæmeteria, nedum cadavera incenſari conſueverunt; Elementa, & cætera, quæcumque benedicuntur, incenſantur. Hæc omnium Chriſti Eccleſiarum diſciplina eſt; vario tamen modo ſervatur non ſolum in variis Eccleſiis, ſed & in una eademque; ſed omnibus eadem eſt ratio, idem ſcopus nimirum venerationem ſuam declarare erga Deum, Sanctos & ea omnia quæ ad Deum, vel Sanctos Dei amicos relationem habent, honorem cuique debitum ſignificare, ac reddere, foetorem aliaque incommoda depellere a locis, rebuſque omnibus, & communionem Eccleſiæ membrorum oſtendere, dum omnes uno tymiamatis ſuffitu excipit. Vid. S. Thom. 3. p. q. 83. art. 5. ad 2. Hanc autem agendi rationem multum conducere ad charitatis Chriſtianæ Religioniſque officia perſolvenda, & augenda neminem latet, unde & peccata remitti per thuris adoletionem Eccleſia docet, non quidem ex opere operato, ut loquuntur Scholæ, ſed ex opere operantis, nimirum non ex aliqua virtute thuri connaturali, vel a Deo ſupernaturaliter conceſſa, quo pacto aqua ſordes abluit, & baptiſmus animae maculas delet, ſed quia ſignis hiſce externis, interni actus excitantur, quibus homo in officiis Religionis, actibuſque charitatis continetur, & confirmatur, quorum actuum intuitu Deus homini gratiam ſuam elargitur & peccatis ſit propitius.

Non me fugiunt plures a plurimis myſticas rationes incenſationis proferri, aſt ſi congruant conſtitutis ſuperius, Eccleſiæ Spiritum ac ſenſum illæ rationes exhibebunt, ſin minus, eas Eccleſia numquam probavit, licet multas toleraverit, ut & alias myſticum ſcriptorum rationes.

Quæ cum ſatis perſpecta, explorataque ſint, non video, qui ab hæreticis thuris adoletio ſuperſtitioſa dicatur. At ii, Dodvvello ſi non auctore, promotore certe, inſtant, & thuris uſum Apoſtoli-

ea ætate incognitum audacter pronunciant, idque ex antiquis Chriſtianis Apologiſtis confirmare nituntur, qui ſcribunt Chriſtianos thus non emere, tymiamata non adolere &c.

Haud negamus hæc & ſimilia paſſim occurrere apud ſcriptores Chriſtianos antiquos, maxime eos, qui Apologias pro Chriſtiana Religione concinnarunt. Sed illud dicimus, quod ſcriptores illi negaverint etiam Chriſtianis aras ac altaria eſſe, Eccleſias, & Oratoria nulla fuiſſe Chriſtianis dicebant. Quemadmodum ergo Chriſtiani Scriptores abſolute non negabant mox citata ſed ſolum ea Chriſtianis non eſſe intelligebant, quomodo ab Ethnicis illa habebantur, ac ſuperſtitionis inſtrumenta iis erant, ita de thuris adoletione intelligendi ſunt, vel ex eo, quod hæc diſciplina incerto Auctore, incerta Epoca ab omnibus Chriſtianis ſemper cuſtodita ſit, & Chriſtianis ipſis priorum ſæculorum, qui in maximo numero plerumque nocturno tempore, & in abditis ſubterraneiſque Anguſtis locis conveniebant ad Liturgiam celebrandam frequentiſſima eſſe debuerit. Hebreis ſane divina inſtitutione informatis familiaris erat hæc diſciplina, ſi Hebreis etiam Chriſtianis, quod etiam ex libro Apocalypſis confirmatur, in quo manifeſte ſit alluſio ad hunc morem & præcipue cap. 8. Sed pudet jam tempus in re adeo clara demonſtranda inutiliter inſumere, quare, ad alias orationes.

Ris lippis nota eſt ac Tonſoribus Chriſtianos a primordiis ad actus omnes inceſſus, ac geſtus Crucis ſignum efformaſſe, eoque ſigno cum ſibi tum coeteris omnibus bona per Chriſti Cruce affixi merita augurabantur, & mala omnia averti ſibi perſuaſum erat quin & illo geſtu confeſſionem ſuam declarabant.

Prioribus ſæculis ut ſancta decenter tractarentur, neque ullo pacto polluerentur, dona aliquo velo obtecta etiam ſuper altare poſita mihi inveroſimile nullatenus adparet, quin & diſciplinæ Arcani conſonum erat, ut aliqua ratione ea ab illorum obtutibus celarentur, qui ſacris nondum eſſent initiati; duplex hinc mos obtinuit, alter qui etiam modo viget, ut velamine quodam,

dam, Syris, paſſim Anaphora *vocitato ea cooperiantur, quoad non fiat oblatio, imo & calix obtectus manet etiam poſt conſecrationem, ne aliquid immundum in ipſum decidat, quo tempore celebrans aliis detinctur functionibus. Varius quidem pro varietate Eccleſiarum, mos iſte ſervatur & olim ſervatus fuit. Temporis proceſſu, & Eccleſiæ pace data & confirmata pluribus in locis ſervatus alter mox conſtat, ut ſcilicet Sacra Menſa velis & ipſa obduceretur, quæ velamina ſtato tempore reducerentur ut fideli populo ſacra dona conſpicua fierent, quæ indignis occultabantur, qui promiſcue cum fidelibus adſtabant. Jamvero Chriſti doctrina informati Apoſtoli pium præſcripſerunt fidelibus Chriſtianis morem, ut omnes actiones ſuas etiam naturales puta eſcam, & potum in gloriam Dei referrent, & congruis orationibus conſociarent. Unde & factum eſt, ut ad ablationem velaminis oratio præſcribatur recitanda. Probet Fabricius certis documentis Apoſtolorum ætate nullo velo fuiſſe cooperta ſacra dona, & quod cæremonia occurrens in Jacobina Liturgia nonniſi alterum velationis modum deſignet, & illi dabimus manus victas, ac in ejus ſententiam concedemus, quod hæc Coeremonia non ſapiat ætatem Apoſtolicam.*

Angelorum ad cuſtodiam hominum a Deo miſſorum frequens in utriuſque Teſtamenti libris mentio occurrit, potuerunt ergo Apoſtoli, ac Jacobus eorum memoriam facere, illorumque cuſtodiam efficacem implorandam edocere. Deſinat ergo Fabricius novitatis, ac ſuperſtitionis arguere Jacobæam Liturgiam, illamque Jacobo jure, ac merito inſcriptam, quod, ab illo vere fuerit compoſita fateatur, neque Eccleſiæ Romanæ diſciplinam, quæ Laicis unam ſpeciem tantum porrigit, committat cum diſciplina Apoſtolica, & Chriſti inſtitutione, Chriſti enim Inſtitutioni ac Apoſtolicæ diſciplinæ ſatis fit in Eccleſia Romana, in qua Sacerdos celebrans utramque ſpeciem conſecrat, utramque ſumit. Præceptum Domini, vel Apoſtolorum immutabile cedat, quo omnes etiam Laici Euchariſtiam ſub utraque ſpecie accipere ſemper

per

per & ubique locorum teneantur, atque ſorte non adeo inique recentem Romanam diſciplinam carpere potuiſſet. Sed de Græce Jacobi Liturgia ſatis diſſeruimus.

SECTIO QUARTA

De Jacobi Liturgia, quæ ex Mſſ. Meſſanenſi nunc primo prodit.

CL. Vir d. Benedictus Monaldini Camers Monachus S. Baſilii Theologicarum diſciplinarum in Crypto-ferratenſi celebratiſſimo Monaſterio Lector meritiſſimus cum aliquando ad ejuſdem congregationes Monaſterium S. Salvatoris nuncupatum apud Vrbe Meſſanenſem ſitum, Codices ibidem exſiſtentes verſaſſet, per opportune in volumen quoddam Græcis contacium, incidit, in quo Liturgiam deſcriptam reperit mutilum volumen, ac alicubi lacunis redundans exſcripſit, futuriſque uſibus ſepoſuit.

Anno vero 1749. primo meo libro Codicis Liturgici Eccleſiæ univerſæ evulgato, ad Tuſculanam civitatem menſe Octobri ruſticatum cum ſeceſſiſſem, ad laudatum Monaſterium non ſemel me contuli, ut Mſſ. Codices Græcos, qui Codici meo inſervirent, inquirerem; laudatus D. Benedictus de meo opere edoctus, nec paucos nec contemnendos humaniſſime mihi ſignificavit ſuamque operam in iis exſcribendis, & vertendis ſpontanee exhibuit, atque Liturgiam ultro obtulit, quam in Meſſanenſi Monaſterio repererat. Hominis dotibus captus, lubens ejus oblationem excepi, atque ejus ſententiam de tali Miſſa exquiſivi; is quo eſt animatus candore mentem ſuam ingenue modeſteque aperuit, atque tria ſe opinari declaravit, primum quidem Codicem illum anteriorem eſſe ſæculo XII. alterum Miſſam in eo contentam Jacobinam eſſe, ac Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. 3. Demum Hieroſolymitanam Liturgiam ante Sæculum duodecimum multis in locis etiam Græciæ, licet Hieroſolymitano Patriarchæ non ſubjectis, celebrem frequentatamque fuiſſe.

Hanc

Hanc viri doctiſſimi ſententiam mecum ipſe recogitans, ubi Romam redii, examinandam ſuſcepi, atque, in eam lubens deſcendi, enim vero quod attinet ad ætatem Codicis, præter argumentum petitum ex forma caracterum, qui Monaldinio oculato teſte, ac Judice, Antiquitatem ejus produnt, non levem conjecturam mihi dyptica ſubminiſtrarunt; ex antiquo namque more commemorantur Primarii Orbis Chriſtiani Epiſcopi, qui in vita erant, ac præcipuas Sedes Patriarchales tenebant. Sunt autem Benedictus Romæ, Nicolaus Conſtantinopolis, Agapius Antiochiæ, Elias Alexandriæ, & Oreſtes Hieroſolymæ, uti videre eſt p. 76. & pag. 93.

Jamvero licet multi Pontifices ejuſdem nominis nonnullas ex prælaudatis Sedibus tenuerint, uti adparet ex Chronologicis Tabulis, nihilominus ſoeculo X. ſimul Patriarchales Sedes regebant Benedictus hujus nominis VII. qui an. 984. deceſſit cum ſediſſet Romæ an. 9. Nicolaus Cryſoberges *adpellatus Conſtantinopolitanus obiit an. 996. cum. an. 13. circiter ſediſſet. Elias Alexandrinus circa eadem tempora præfuit, cujus Succeſſor Arſenius ab an. Chriſti* 1004. *ad an.* 1013. *Sedem Alexandrinam rexit. Agapius II. Antiochiæ ſedit ab an. 985. uſque ad an. 997. Oreſtes, qui & Hieremias Hieroſolymitanam Sedem tenuit ab an. 984. uſque ad an.* 1012. *Ex hac Chronologia ſupputatione adparet Codicem fuiſſe ſcriptum circa finem ſoeculi X.*

Codicis ætate, ac Epocha fixa, de Ritu in ea contento dicendum, ergo certa ſuppetunt argumenta ex ipſo Codice petita, quæ comprobant Eccleſiæ Hieroſolymitanæ ritum in eo deſcribi. Atque illud primum obſervandum occurrit, quod Liturgia hæc maximam præſeferat affinitatem cum Græca ac Syriaca Jacobi Liturgia, uti mutua conlatione, ac oculari inſpectione quilibet per ſe advertere poteſt. Novi equidem varietates quaſdam Intercedere, aſt id tribuendum eſt cum ſcriptori, tum Rituali diſciplinæ. Diſciplina namque Liturgica cum ſubjecta fuerit varietatibus ut ſuperius oſtendi, nihil mirum ſi in una eademque Diæceſi va-

varietates multæ occurrant; quæ legittima aliquando ac publica auctoritate inductæ fuere, nonnumquam vero ſcribarum licentia, negligentia, oſcitantia, de hiſce ſcribarum proprietatibus abunde conſtat, ſi Ritualium Codicum Mſſ. Liturgias verſemus; Lector ex noſtro Codice aperte hoc vitium deprehendet, quod ſi in Occidente frequentiſſimum comperiat, nihil mirum ſi Orientales ſcribas eo laborare advertat; Jamvero, ut ingenue meam promam ſententiam, quam nollem in invidiam trahi, Monachi, Religioſique ſcribæ Orientales (de Occidentalibus hic non loquor) maxima libertate ſeu ipſis conceſſa, ſeu ab ipſis uſurpata Rituales libros deſcribere conſuerunt, unde aliquando confuſionem, varietatem non ſemel in Liturgias induxerunt; dixi ab ipſis uſurpata, ſeu conceſſa, ex quo enim ſingulare a reliquis fidelibus vitæ inſtitutum profeſſi ſunt, ſingulari habitu, ſingularibus coeremoniis ſeſe ab aliis ſecreverunt, ac ſepararunt, ad haſce ſingularitates exemptiones, ac immunitates, privilegia etiam acceſſerunt, unde & Abbates in ſubditos Monachos quaſi Epiſcopali auctoritate gaudere coeperunt. Ex hoc Monachorum caractere factum cenſeo, ut in ſcribendis libris Eccleſiaſticis innovationes ſenſim induxerint, & ſuas coeremonias ad alios etiam extenderint. Animum, ac diſciplinas Monachorum non improbo, cum Religionis ergo hæc fecerint, conſilium imprudens, ſeu minus prudens fuiſſe non audeo aſſerere, cum illud vel expreſſa, vel tacita Epiſcoporum licentia tempori ac locis, perſoniſque adcommodata comprobet. Illud certe dolendum eſt, quod ſcribæ indocti aliquanda fuerint, unde & ex ignorantia (qua plerumque Orientales Monachi maxima laborant, vel ex eo quod ſtudiis vacare nequeant Orationibus aliiſque operibus manuum occupati) ac incuria multis mendis, erroribus nonnumquam libros Eccleſiæ commacularunt, quibus emendandis, & corrigendis Paſtorum ſollicitudo intenta eſſe debet. Sed hæc obiter dicta ſunt.

Miſſam ergo Hieroſolymitanam in laudato Codice contineri

ex

ex ipſo textu conijcio, pag. 83. legitur „ Memento Domine Sanctæ Civitatis, & Imperialis Civitatis „ Jamvero uti Imperialis nomine Conſtantinopolis deſignatur, ita Sanctæ *vocabulo Hieruſalem non obſcure ſignificari exiſtimo, ad iſtam propterea Eccleſiam Miſſa pertinuit, hujus enim civitatis loca a Chriſto couſecrata adoraturi veniebant Chriſtiani, de quibus pagin.* 84. *„ Memento Domine Chriſtianorum, qui venerunt, & qui veniunt Chriſti loca adoraturi „ Sed conjecturam meam confirmat pag.* 98. *ubi commemorantur SS. Patres, ac principem locum ſibi vindicat S. Jacobus, qui primus Ep;ſcoporum dicitur, & in margine additur „ Sanctæ Chriſti Dei noſtri Civitatis „ Ac in textu ſubditur „ Atque eorum qui ab initio Pontifices fueruntinde ab ipſo Sancto & Beato Patre noſtro Enea viro Apoſtolico, & primo Epiſcoporum uſque ad Sophronium & Joannnem „*

Ex his colligitur S. Jacobum commemorari, atque primum Epiſcopum dici, utpotequi Eccleſiæ Sanctæ Hieroſolymitanæ primus fuerit Epiſcopus, qua de cauſa abſolute dici poteſt Primus omnium Epiſcoporum, qui ſcilicet primus Eccleſiæ alicui particulari & quidem omnium primæ, fuit Paſtor datus, hinc & Hieroſolymitani Patriarchæ Sophronius ac Joannes commemorantur nominatim.

Adhæc pag. 93. ante quatuor Sanctos Orthodoxos Æcumenicos ac magnos Patriarchas Romanum ſcilicet, Conſtantinopolitanum, Antiochenum, & Alexandrinum, commemoratur Sanctiſſimus Pater N. Sanctæ Chriſti Dei noſtri Civitatis. *Hic autem alius eſſe nequit a Patriarcha Hieroſolymitano; Antiqui ſcilicet moris veſtigia conſpicio in hac commemoratione, ſecundum quem primo loco commemorabatur Patriarcha Eccleſiæ, cujus Liturgia celebrabatur, tum ordine ſuo coeteri Patriarchæ, quos proprii Epiſcopi nomen excipiebat, ſi illa immediate a Patriarcha non regebatur. Sunt & alia, quæ paſſim Lector eruditus obſervabit, argumenta, quæ meam opinionem corroborant.*

Fatendum tamen eſt, quædam occurrere, quæ difficultatem quandam pariant, illud heic examinandum ſuſcipio, quod legitur pag. 89. ubi commemorantur Sancti Patres, qui a Jacobo Apoſtolo, & fratre Domini ac primo Archiepiſcopo uſque ad Leonem, & Athanaſium, qui in recta fide Archiepiſcopi exſtiterunt, & in margine additur „ Chriſti Dei noſtri Civitatis „ Leonem Romanum Pontificem deſignari, qui Orthodoxam fidem circa Incarnationem aſſeruit, declaravit contra Neſtorianos, & Eutichianos, atque Athanaſium Alexandrinum, qui Divinitatem Verbi contra Arianos propugnavit, indubium videtur: difficultas autem inde exſurgit, quod iſti videantur ſupponi Succeſſores Jacobi, & Rectores Eccleſiæ, in qua Liturgia iſta ſollennis erat.

Sed difficultas facile ſolvitur, ſi Succeſſionem diſtinguamus, vel enim temporis eſt, vel dignitatis ac ordinis; Leo & Athanaſius coeteriquc omnes aliarum Eccleſiarum Epiſcopi Succeſſores ſunt Jacobi, quia hic primus certæ peculiari Chriſti Eccleſiæ primæ Epiſcopus fuit conſtitutus; Hieroſolymitani Epiſcopi Sophronius, Joannes Oreſtes Succeſſores ſunt Jacobi, quia poſt ipſum in Eccleſia Hieroſolymitana ſederunt, In Commemoratione itaque utraque Sncceſſio deſignatur, & indicatur, commemorantur enim Orthoxi omnes Epiſcopi cum aliarum Eccleſiarum, tum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. Cur autem uni potius quam alii ex Sanctis Defunctis commemorentur, ex devotione Scriptoris, vel Epiſcopi cujus Ævo Liturgia ſolennis fuit ratio petenda eſt.

Sed quæſtio non modica exſurgit an & quæ particularis Eccleſia Liturgiam in hoc volumine deſcriptam adhibuerit.

Si Calligraphi diligentia non defuiſſet facilis fuiſſet quæſtionis reſolutio, ſolemne eſt enim Orientalibus ſcribis Epigraphes ac notulas quaſdam ſeu in principio, ſeu in fine ſeu alibi adponere, in quibus Codicis ætas, ſcribæ nomen, & locus in quo Codex deſcriptus, vel ad quem pertinet adcurate indicantur. Sed & Scriptoris incuriæ ac oſcitantiæ, quæ paſſim cernuntur, acceſſit

Co-

Codicis mutilatio, ac vitium, unde divinare nequeo, ad cujus nam Eccleſiæ particularis uſum hæc Liturgia fuerit adcommodata, illud vero mihi conſtat Hieroſolymæ illam non fuiſſe communem enimvero pag. 93. ultra V. Patriarchas commemoratur Archiepiſcopus & quidem poſt illos, atque nominatim; ſed in Eccleſiis Patriarchalibus nullus Epiſcopus nominatim commemorabatur, quod illæ Eccleſiæ immediate a ſolo Patriarcha regerentur, & nonniſi in aliis Eccleſiis peculiaribus ſubjectis Patriarchatui earum Eccleſiarum Epiſcopi poſt Patriarcham recenſebantur. Hinc patet hanc Liturgiam Hieroſolymæ non fuiſſe frequentatam, ſed in aliqua Eccleſia Hieroſolymitani diſtrictus, vel Ritus,

Hæc particularis Eccleſia Imperatori Conſtantinopoleos in civilibus ſubjecta eſſe debuit, cum præter Imperatoris ejuſque palatii & exercitus commemorationem, quæ legitur pag. 75. Imperialis civitas commemoretur pag. 83. ubi hoc ipſum adverti lic et Typographi vitio in textum irrepſerint hæc, quæ ſubjecta nota erat imprimenda vox „ Hieruſalem.

Particularis hæc Eccleſia forte fuit Pharan in cujus ditione celeberrima extiterunt monaſteria Eremi Raithu, & montis Sinai; quæ Eccleſia, & Monaſteria ſuberant Throno Hieroſolytano, & omnium nomine Theonas Presbyter Legatus ſubſcriptus legitur an. 536. in Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna act. prima die 2. Maij P. Lequien in ſuo Oriente Chriſtiano tom. 3. pag. 750. exiſtimat Sedem Epiſcopalem Pharan, vaſtato hoc oppido, translatam fuiſſe ad Montem Sinai; ac revera in Nili Doxopatrii notitia ſcripta an. 1151. edita a D. Le Moine in variis ſacris *pag. 231. Mons Sinai Epiſcopatus honore condecoratus legitur, & quidem ſub Patriarchatu Hieroſolymitano. Cum ergo a pluribus ſæculis Præpoſitus Montis Sinai Epiſcopi, quin & Archiepiſcopi honore eſſet inſignitus, nulla poteſt difficultas eſſe quin Codex iſte ejus Eccleſiæ uſui deſerviret.*

Martinus Cruſius in Academia Tybingenſi Græcus ac Latinus

tinus Profeſſor lib. 3. Turco-Græciæ pag. 261. & 262. exhibet ſupplices litteras ad Maximilianum Imperatorem, & Carolum Auſtriæ Ducem datas an. Chriſti 1569. ab Eugenio Montis Sinai, & Raithi Epiſcopo, in quibus Subſidium ab Imperatore poſtulat, quo poſſent Turcarum Imperatori ingentem pecuniarum ſummam ſuis monaſteriis impoſitam ſolvere.

Sed fundamenta conſtituenda ſunt, quibus conjectura mea inſiſtat, Codicem ad Ritum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ adcommodatum ſuperius obſervavi; Liturgiam in eo deſcriptam in Hieroſolymitana Civitate non fuiſſe frequentatam adverti; Monachorum ac Monaſteriorum frequens commemoratio peragitur, ac præcipue pag. 90. & 91. ubi Sancti Paulus, Antonius, Pachomius aliique commemorantur, tum ſubjungitur „ Et Sanctorum „ Patrum noſtrorum, qui a Barbaris in monte Sinai, & Raitha occiſi ſunt „

Ubi certe deſignantur Monachi, qui ab Arabis, aliiſque Saracenis occiſi fuere cum barbari iſti in Monaſteria Syriæ, Paleſtinæ ac Ægypti incurſionem feciſſent; id vero factum contigiſſe V. Eccleſiæ ſœculo Anaſtaſio Imperante Baronius ad diem 14. Januarii obſervavit, & S. Nilus Abbas Teſtis coævus, ac oculatus in ſuo commentario, quem Bollandiſtæ ad eandem diem retulerunt, ſcribit hiſtoriam Monachorum montis Sinai Martyrum: Magnam familiaritatem inter Raithunos ceſſiſſe & Sinaitas S. Johannes Climacus auctor eſt.

Quæ omnia explorata cum ſint, conſequitur hanc Liturgiam ad uſum prædictorum Monachorum fuiſſe deſcriptam. Contra tamen facit, quod in Baſiliano Codice, quem in Appendice damus, ſimiles loquendi formulæ occurrant, & tamen Codex ille videtur ad Eccleſiæ Antiochenæ mores adcommodatus. Verum exinde id deducitur, quod ultro fateor Jacobinam, ac Hieroſolymitanam Liturgiam ab Antiochenis aliiſque fuiſſe celebratam, quod Monachorum diſciplinæ Rituales ad Eccleſias ſæculares extenſæ fuerint. Quomodo autem, & qua occaſione ea venerit in S. Salva-

vatoris Meſſanenſis Monaſterium Baſilianorum me penitus latet, quemadmodum & illud ignorare me fateor, an Baſiliani Monachi in Sicilia, Calabria, aliiſque Italiæ locis, vel Conſtantinopolitano Patriarchæ ſubditi illam unquam adhibuerint.

Cl. Monaldinius duas conjecturas mihi propoſuit, alteram quidem, primum Epiſcopum Pharan, *vel Montis Sinai adpellatum fuiſſe* Eneam. *Alteram vero hac Liturgia olim Baſilianos Monachos uſos fuiſſe, maxime in Sicilia. Primam conjecturam deſumi cenſuit ex pag.* 89. *ubi „ Inde ab ipſo S. & B. Patre noſtro „ Enea viro Apoſtotico, & primo Epiſcoporum „ cenſet nimirum nomen* Enea *ſingularis perſonæ eſſe proprium, eoque deſignari primum Epiſcopum Eccleſiæ Pharan, vel montis Sinai, & quidem Epitethon* Apoſtolici *determinare proprie* Pharan *Epiſcopum primum fuiſſe unum aliquem e diſcipulis Chriſti, vel Apoſtolorum, ac ſi divinare liceat, Eneam illum paralyticum, quem ab annis* 8. *jacentem in grabato Petrus Lyddæ ſanavit, ut legitur Act. cap.* 9. *Epiſcopum* Pharan *poſtmodum conſtitutum, & quidem primum, opinari poteſt, quæ ſi ſtet opinio, conſpicitur plane, & eluceſcit ſenſus Liturgiæ, atque ex Syriaco nomine* Anias *ſeu* Anis *corruptum vocabulum Græcum* Eneas *ortum videtur.*

Alteram inde ducit, quod Codex in Sicilia apud laudatos Monachos adſervatum fuerit, accedit, quod nulli alii Monachi Orientales ſeu Ritus Orientalis præter Baſilianos per ea tempora floruerint. Cum ergo ad uſum Monachorum Græcanici ritus Codex ſit deſcriptus, ut indubium videtur, liquet Baſilianos Monachos eo uſos fuiſſe: adhæc ſubjunxit. Sinaitas in Siciliæ Meſſanenſi Urbe noſtris etiam temporibus hoſpitium habere, unde fieri potuit, ut Baſiliani Monachi Liturgiam hanc ex ipſis deſumpſerint.

Hactenus Monaldinii conjecturas expoſui, an autem illæ idoneæ ſint nec ne Lectorum judicio relinquo, ſane exceptiones illæ pati poſſent, enimvero ut a prima exordiar.

Nul-

Nullo documento ex antiquis Scriptoribus petito Eneas *paraliticus Epiſcopus paleſtinæ conſtitutus legitur, quin & alius vocem* Eneas *ita exponere poſſet, ut hoc nomen poſſeſſivum ſit, & non perſonale idemque ſonet, ac* Laudabilis, *ſeu glorioſius, ita ut ſenſus ſit „ Commemoramus Sanctos Patres noſtros Archiepi- „ ſcopos omnes omnium Eccleſiarum Orthodoxos, ac præcipue San- „ ctos Leonem & Athanaſium, qui omnes S. Jacobo ſucceſſores „ fuerunt, nedum autem & omnes Catholicos Paſtores comme- „ moramus, ſed & ſpeciatim eos, qui ab ipſo Sancto ac Patre „ noſtro* Enea *laudabili ſcilicet viro Apoſtolico (Jacobo) & „ primo Epiſcoporum noſtræ Patriarchalis Sedis Epiſcopi fue- „ runt, uſque ad Sophrinium & Johannem Patriarchas.*

Contra hanc expoſitionem duo faciunt, ac primo quod τό ἐνέα *quod ibi legitur, ſcriptum fuiſſe* αενειας, *alterum, quod Jacobus Apoſtolus dicitur, & eſt, neque illi nomen* Apoſtolici *congruat, quod vel Epiſcopis, vel priorum ſoeculorum Patribus congruit.*

Sed hæc non videntur talia argumenta quæ datam expoſitione ne labefactent; multa namque in Codice occurrunt errata ſcriptoris quæ recenſione egent, quin & in ipſo eodem loco ſcriptum legitur, Coeleuſtinus *pro* Coeleſtinus; Ormiſcius *pro* Ormiſda *&c.*

Jacobus Apoſtolus quidem fuit, ac paſſim in hoc Codice adpellatur, ſed numquam ante hunc titulum nomen occurrit, quod requirat poſſeſſivum nomen Apoſtolici. *Ergo uti & ipſi Apoſtoli dici queunt* homines Apoſtolici *ratione officii, & Epiſcopatus, hic & Jacobus in hac Liturgia, vir Apoſtolicus adpellari potuit.*

Alteram quod adtingit conjecturam, ea licet ut & prima contemnenda non ſit, Criticos tamen Emunctæ naris non cogit ad aſſenſum; Enimvero quamvis Baſilius regulas pro Monachis ſcripſerit, quas Orientales Monachi Græci præſertim amplexi ſunt, indeque Baſiliani Græci Monachi a multis ſoeculis apud Latinos potiſſimum audire coeperint, nihilominus ante X. ſoeculum Orientales vel ipſo Monaldinio probante, & in Rugerii diplomatis hoc nomen Baſilianorum Monachis primum datum aſſeren-

ren-

rente, Monachi nullo cognomine diſcernebantur, niſi petito ex Monaſterii loco, vel fundatore, quinimo omnes iiſdem gloriabantur parentibus puta Antonio Paulo Pachomio Baſilio *&c.*

Hoec explorata cum ſint, critici homines dicent quidem eo Codice Monachos Orientales uſos fuiſſe, ſed unis Baſilianis proprium officium continuiſſe negabunt, quin & ad coeteras etiam ſæculares Eccleſias Codicem pertinuiſſe, eoque ſæculares Presbyteros uſos fuiſſe adfirmabunt, maxime ex quo Monachus Epiſcopus montis Sinai, & Raithi eſſe cœpit:

Tria pro conjectura Monaldinii faciunt, ac primo quidem quod Codex paſſim redundet expreſſionibus, quæ palam oſtendunt Monachos eo fuiſſe uſos, ubique namque commemorantur Monachi Monaſteria, & Sancti, qui monaſticum inſtitutum amplexi leguntur, Patres adpellantur. Alterum, quia Monachorùm certam notam exhibet Codex confuſione, rituum immutatione, compoſitione ubique refertus. Tertio quod in Monachorum coenobio adſervatus perhibeatur.

Sed Monaldinius ipſe harum rationum debilitatem vidit, enimvero Monachorum laudanda diligentia nec pauci, nèc contemnendi antiqui Codices ad nos devenerunt, quos ipſi vel inquirebant, vel ſpecialibus Monachis ſcribis committebant exſcribendos, & ita temporum perſonarumque injuriam effugerunt plurimi Rituales præcipue libri. Fatendum tamen, ut ſuperius monui, ſcribarum vitio, multa irrepſiſſe in Codices manu exaratos, quæ recenſione egent, ac in priſtinam integritatem revocari debuiſſent. Illud etiam in confeſſo eſt, quod Monachi ſuas diſciplinas peculiares ſenſim ad ſæculares extenderint, quin & Rituales ſuos libros ab aliis non Monachis adhibendos curarunt, unde & in Orientalium libris, qui vel ad ipſas Patriarchales Sedes pertinent, paſſim cernitur hic Monachorum caracter, & leguntur expreſſiones, que Monachatum ſapiunt.

Cum itaque hæc & ſimilia cum Monaldinio contuliſſem ſuperiori anno menſe Septembri, quando Ruſticatum ad Tuſculum

lum ivi, ille mihi Auctor fuit, ut ſuas conjecturas evulgarem, atque Eruditorum judicio ſubmitterem, a quibus tam Monaldinius, quam ego harum quæſtionum meliorem ſolutionem exoptamus.

Eſt & alia difficultas occurrens pagin. 90. ubi ſex Synodi commemorantur & prima quidem Nicena 318. Patrum: ſecunda Conſtantinopolitana 150. tertia Epheſina 280. quarta Chalcedonen. 630. quinta in Sina 164. ſexta quæ & ſecunda in Sina dicitur 289. Patrum. Quæritur namque primo, quænam ſint Synodi iſtæ celebratæ in Sina. *Secundo quare aliæ Synodi poſteriores non ſint nominatim commemoratæ.*

Synodos Generales fuiſſe olim commemoratas in ſacris officiis, Eruditi omnes norunt, ad conteſtandam nimirum publica voce veritatem Catholicam in iis vindicatam ab hæreticorum erroribus, & quidem quatuor primas Æcumenicas Synodos celebratiſſimas fuiſſe adeout Gregorius Magnus ſicut Sancti Evangelii quatuor libros illa ſe ſuſcipere ac venerari faſſus ſit lib. 1. Ep. 25. quia in illis veluti in quadrato lapide fidei ſtructura conſurgit, quæ repetit lib. 3. Ep. 10. ideo autem non meminit quintæ Synodi, quod in ea de quibuſdam ſolum perſonis ſit actitatum, ut colligitur ex ejuſdem Ep. 51. lib. 2. Accedit & alia ratio inde ducta, quod poſteriores Synodi vel nondum eſſent celebratæ, & ſi quæ celebratæ erant; declarationes fidei in quatuor primis conſtitutæ haberentur. Quibus poſitis.

Ad primam quæſtionem reſpondeo. Synodi in Sina celebratæ videntur eſſe Conſtantinopolitani, ſcilicet illud Concilium quod an. Chriſti 553. in Vrbe Regia celebratum fuit Juſtiniano Imperatore, præſentibus Epiſcopis 165. In cauſſa trium Capitulorum; Sexta autem in Sina eſt Conſtantinopolitanum tertium habitum an. Chriſti 680. contra Monothelitas, Sub Conſtantino pogonato, a 270. Epiſcopis ſeu ut vult Zonaras in hiſtoria a 289. iſta namque Æcumenica Concilia fuerunt, & quidem in Oriente: cum ergo numerus Patrum conſonet, ea commemorentur in hac

Li-

Liturgia neceſſe eſt. Sed quare in Sina *celebratæ dicantur?*

Tria poſſent conjici, ac primo Conſtantinopolitanas laudatas Synodos celebratas fuiſſe in aliquo loco Conſtantinopoleos, qui ſcriptoris Ævo diceretur Sina. *Secundo illas a Sinaitis congregatis ſynodaliter fuiſſe ſpeciatim adprobatas, & ſubſcriptas, atque ideo in* Sina *actæ dicantur, id quod de ſexta Synodo nullo negotio dici poteſt, cum in ea Sinai, ac Pharan Epiſcopus Theodorus Monothelisſmi propugnator acerrimus fuerit damnatus, cui damnationi Sinaitate peculiari modo ſubſcripſiſſe videntur. Tertio demum ſcribam erraſſe, atque ejus oſcitantiæ tribuendum hunc errorem: eligat Lector, quam malit conjecturam.*

Ad alteram quæſtionem: Duæ aliæ Æcumenicæ Synodi celebratæ conſtant apud Orientales poſt an. 681. *& prima quidem an. Chriſti* 787. *Niceæ a* 350. *vel* 367. *Patribus contra Iconoclaſtas; altera vero Conſtantinopoli an.* 869. *a* 102. *Epiſcopis in templo Sanctæ Sophiæ, in qua Photio exauctorato Ignatius Patriarcha ſuæ Conſtantinopolitanæ Sedi fuit reſtitutus. Has Synodos anteceſſit Quiniſexta ita vocitata, quod Conſtantinopoli in Trullo magni Palatii, an.* 691. *a* 111. *Epiſcopis congregatis habita fuerit pro Canonibus conſcribendis, qui in quinta & ſexta Synodis nulli fuerant præſcripti. Sed quare præfatas Synodos Liturgia hæc non exhibet? Prima ratio inde deſumi poſſet, quod illa exſcripta forte fuerit ex Codice, qui conſcriptus tunc fuit, cum illæ Synodi nondum celebratæ fuiſſent, itaque, quemadmodum Syri Orthodoxi in commemoratione Synodorum, nonniſi quatuor primas Æcumenicas diſerte exprimunt, ut videre eſt; licet & alias ſuſcipiant, ac venerentur: ita & Pharanitæ illas ſolum nominatim recenſere contenti fuerint; cum autem ex ſpeciali ratione* VI. *commemorare debuiſſent, quintam omittere non exiſtimarunt.*

Atque ſatis hactenus de hac Liturgia præfati ſumus, quæ enim majori egent illuſtratione cum ex aliis Liturgiis, cum ex dicendis in Inſtitutionibus, elucidabuntur.

SECTIO V.

De Monumentis, quæ heic prodeunt.

AD *Hieroſolymitanæ Liturgiae illuſtrationem, confirmationemque quædam dicenda, ac diſputanda erant pro hujuſce noſtri ſæculi genio, ſed maluimus aliorum, & quidem inſignium ſcriptorum verbis loqui, atque Liturgiam dilucidare, corroborare, quam propriis ſententiis & verbis illam quodammodo deformare, vel ſciolorum, aliorumque pſeudocriticorum vituperationibus exponere.*

Primum ergo Monumentum ex Apologia Sancti Juſtini Martiris depromtum exhibemus. In Syriæ Paleſtinæ Civitate Sichem *Samariæ Metropoli natus Juſtinus ex Ethnicis parentibus circa an. Chriſti* 114. *parentum cura in liberalibus diſciplinis a Stoicis, tum Epicureis, poſtremo Platonicis Præceptoribus eruditus, circa an. Chriſti* 137. *ad fidem Chriſtianam converſus fuit, atque Aſceta, Presbyter poſtea factus, Romam petiit, ubi hæreticorum erroribus impugnandis, & Chriſtianis dogmatis propugnandis aſſiduam ſedulamque conferens operam, inter coetera duas Apologias pro Chriſtiana Religione edidit, atque unam, quæ in antiquis editionibus ſecundo diſponebatur loco, Antonino Imperatori præſentavit; Tandem doctrina clarus ac meritis onuſtus circa an.* 168. *Martyr occubuit. Videſis Maurinos doctiſſimos Monachos in Præfatione ad elaboratiſſimam operum S. Juſtini editionem, quam an.* 1742. *procurarunt.*

Hanc Juſtini Apologiam præcipuas partes Liturgiæ Hieroſolymitanæ exprimere cum advertiſſem, in hoc volumine illam ex Maurinorum editione vulgandam cenſui; licet enim ignarus non ſim communem Liturgiarum formam olim fuiſſe, & in iis, quæ peculiaria ſingulis Eccleſiis eſſent, ex communi priorum ſæculorum regula agendi, unumquemque ad mores Eccleſiæ, ad quam accederet,

deret, ſeſe adcommodare debuiſſe, exinde tamen non infertur a Juſtino Romanam Liturgiam Romanorum Imperatori exponi, enim vero vel iſta ad Hieroſolymitanam erat exacta, vel ſi talis non erat, eam Juſtinus haud quaquam deſignaſſe videtur, vel ex eo, quod pacis oſculum oblationi, ac myſteriorum confectioni præponat, & oblatorum conſecrationi adclamationem populi, ac Reſponſionem Amen *ſubjungat.*

In hac itaque Apologia S. Martyr Miſſam exponit, quæ in Dominicis diebus agebatur, ac ſollemnis dici poteſt, & alteram quæ in ſpeciali Baptiſmatis occaſione celebrabatur; an vero Juſtini Ævo aliis diebus, vel occaſionibus Euchariſtia ageretur, an privatæ Miſſæ celebrarentur? Negant nonnulli, adfirmant alii; Ego tamen id unum aſſero, ex Juſtini Apologia laudata neutrum recte ac legitime deduci.

Alterum Monumentum deprompſi ex libris Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ Clementi Papæ Romano vulgo tributæ circumferuntur, ſed alterius Clementis, vel auctoris incerti foetus a Criticis habentur, quidquid tamen de hac quæſtione ſit, ut & de illa, an Conſtitutiones iſtæ interpolatæ fuerint nec ne, an libri omnes unum eundemque auctorem habeant, an vero plures, illud primo in confeſſo eſt apud omnes, illas ſoeculo V. antiquiores eſſe, quin, & Niceno Concilio anteriores Cotelerius tom. 1. *monumentorum, cum aliis doctiſſimis viris ſtatuit.*

Secundo, cenſeo Liturgiam ibi expreſſam, vel potius per ſumma capita deſignatam, Hieroſolymitanam fuiſſe. Cl. Lebrun diſſertat. 1. *pag.* 57. *hanc Liturgiam ad uſum & diſciplinam Eccleſiæ Alexandrinæ non fuiſſe conſcriptam exiſtimat, ſed illam in quibuſdam Eccleſiis maritimis Antiocheni Patriarchatus frequentatam veroſimile eſſe dicit, illud autem negat, quod ea Hieroſolymæ ſolennis eſſet, vel alicujus Eccleſiæ, quæ ad Hieroſolymitanam Liturgiam conformaretur.*

Hanc ſuam opinionem duplici argumento confirmat, primum petit ex eo, quod in hac Liturgia ſubdiaconi perhibeantur porrigentes

gentes aquam Sacerdotibus ad manus abluendas, quod officium Cyrillus Hieroſolymitanus in ſua Catecheſi Diaconis adſignat. Alterum, quod apud Cyrillum nulla mentio illorum Diaconorum, qui in clementina Liturgia oblatione facta ad latus Epiſcopi exhibentur Flabella tenentes; quemadmodum in hac oratio Dominica reticetur, quæ apud Cyrillum expreſſe dicenda præſcribitur.

Debilitatem horum argumentorum nemo non videt, cum & negativa ſint, atque a ſilentio petita, & a varietate. Enimvero, quod ad alterum attinet, debuit Brunus oſtendere, vel probare, Cyrillum, ſeu auctorem Conſtitutionum adcurate expoſuiſſe omnes & ſingulas etiam minutiſſimas partes tam Liturgiæ quam Liturgicæ diſciplinæ, quod cum a Bruno factum non ſit, cadit ejus argumentum. Ad primum vero quod pertinet, hæc componi optime poterant, quod Diaconi manutergia tenerent, & Subdiaconi aquam infunderent, vel viceverſa: quod Diaconi aliquorum, aliorum Subdiaconi manibus abluendis aquam infunderent, quod demum in variis Eccleſiis ejuſdem Patriarchatus, quin & in variis circumſtantiis in una eademque Eccleſia, idem officium jam Diaconis, modo Subdiaconis fuerit commiſſum. Cum ergo hæc ſibi contraria non probentur, nullius roboris erit Brunianum argumentum.

Tertium monumentum ex Cyrilli Hieroſolymitani Antiſtitis Catecheſi quarta myſtagogica ad fidem Editionis Maurinorum an. 1720. *caſtigata prodit.*

Natus clariſſimus hic ſanctus poſt an. 315. *an.* 345. *Presbyter, & Cathechiſta a maximo Hieroſolymorum Antiſtite ordinatus, & conſtitutus, circa an.* 351. *Epiſcopus Hieroſolymæ creatus, pluribus actus viciſſitudinibus, & a ſua Sede pulſus tandem die* 18. *Maij an.* 386. *in propria Eccleſia obijt, & ab univerſa Eccleſia cultum ſibi promeruit, qui quidem univerſalis cultus abunde calumnias vivo, & mortuo impactas refellit, ut optime Antonius Auguſtinus Touttеè Monachus in diſſertationibus præviis ad laudatam editionem obſervavit, qui diſſertat.* 2.

con-

contra Rivetum alioſque pſeudocriticos Catecheſes Cyrilli genuinum foetus comprobavit, quoniam vero Cave hiſt. liter. ſæculo 4. aſſeveranter pronunciavit haud mereri reſponſum, quæ objiciunt contra illas Rivetus, aliique, hinc ab hoc argumento pertractando ſuperſedeo.

In quarta itaque Catecheſi myſtagogica an. 347. *circiter poſt Paſcha habita Hieroſolymæ in Eccleſia Reſurrectionis, Neonatis per baptiſmum exponit ritum Miſſæ ſollennis, quæque a pluribus Sacerdotibus inſimul cum Epiſcopo celebrantibus agebatur, a manuum ablutione, quæ Catechumenorum dimiſſionem conſequitur, exordium ducens: multa quidem omittit, quæ in Miſſa peragebantur, quod ſatis nota eſſent nec obſcuritate laborarent, vel quia in aliis catecheſibus ea expoſuerit, vel demum, quod propoſito ſibi ſcopo neceſſaria minime fuiſſe cenſuerit.*

Duo tamen notanda occurrunt, ac dilucidanda, quæ legenti difficultatem ingerere poſſent, ac primo S. Cyrillus in laudata catecheſi nihil de verbis Chriſti, atque inſtitutionis hiſtoria dicit, hinc quidam cum Pfaffio Auguſtanæ Confeſſionis Theologo profeſſore S. Cyrillum in ſola Spiritus Sancti invocatione conſecrationem repoſuiſſe cenſuerunt, quos optime confutavit Toutteus diſſert. 3. *cap.* 12. *Sed in alium errorem prolapſus eſt, cenſet nimirum ex mente S. Cyrilli ad conſecrationis valorem cum verba Chriſti, tum Invocationem Spiritus Sancti neceſſaria eſſe; Touttei opinionem elaboratiſſima diſſertatione confutavit Doctiſſimus Joſeph Aug. Orſi S. P. A. Magiſter. Sed Petrus Lebrun tom.* 3. *illam pro viribus defendendam ſuſcepit, contra quem ſcripſit P. Bougeant Soc. J. Presbyter, cujus ſcriptum Brunus diſſertat. tom.* 4. *præfixa confutare ſategit, ſed infeliciter id geſſit; Enimvero Eccleſiæ univerſæ omnium ſæculorum conſtans hæc doctrina expreſſa in publicis Tabulis eſt, quod conſecratio ſolis dominicis verbis peragatur, de quo argumento cum alibi nobis ſit diſſerendum, heic plura adijcere non judicamus, quemadmodum & de ſeqq. quæ ſolum indicabimus, ne lector non monitus offendat, dum catecheſim legit.*

Se-

Secundo. Petrus Lebrun aliique verba dominica ob arcani diſciplinam olim in Eccleſia Hieroſolymitana, & cæteris Chriſtiani orbis ſecreta voce, quæ ab adſtantibus audiri non poſſet, fuiſſe recitata, ac ſæculo ſexto, Juſtiniano imperante, Orientis Liturgias immutatas, & altam recitationem verborum Chriſti, populique ſubſequentem adclamationem, quæ paſſim cernitur in Liturgia orientali, inductam ac præſcriptam contendunt, & hac de cauſſa a S. Cyrillo non fuiſſe ea verba expoſita ajunt. Sed pace horum dicam quod ſentio; in Orientali, ac præcipue Hieroſolymitana Eccleſia nihil a Juſtiniano innovatum eſt, ante illius Ævum illa verba alta voce recitabantur, uti & modo fit, neque unquam Eccleſia Romana, licet aliam ſervet diſciplinam, Orientalium diſciplinam improbavit. Propterea Arcani diſciplina numquam prioribus quinque ſæculis exegit, ut ſecreta voce formulæ Euchariſtiæ coeterorumque Sacramentorum dicerentur.

Tertio Cyrillus pag. 130. vetat ne propter inquinamentum peccatorum a ſacris myſteriis fideles abſtineant, hinc quæſtio inſurgit, an olim fideles Hieroſolymitani ſacrificio ſolenni adſtantes quicumque in poenitentia non eſſent, generatim corporis Chriſti communionem receperint, an vero ii ſoli communicarint, qui vel nullum umquam crimen admiſiſſent, vel a longo tempore crimina ita diluiſſent, ut ſanctitatis perfectioniſque gradum non infimum tenerent. Huic quæſtioni reſponſio plana videtur, nimirum ex generali Eccleſiæ Hieroſolymitanæ regula omnes fideles qui adſtare poterant, ac debebant canoni Miſſæ, & communioni, debebant cum cæteris communicare corpus Chriſti percipiendo. Sed quoniam temporis proceſſu factum fuit, ut refrigeſcente charitate multi abſtinerent a communione; hinc Eulogiæ, ſeu particulæ ex pane conſecrando decerptæ, in fine benedici coepere, & iis, qui Euchariſtiam non receperant, loco Sacramenti dari; mos iſte hodie etiam Hieroſolymæ vel apud ipſos Syros Jacobitas obtinet, & in Miſſa Syriaca S. Jacobi pag. 126. bene-

nedictio panis reperitur. Atque hæc ſatis de monumentis.

SECTIO VI.

De Syriacis Liturgiis.

AC Primo quidem occurrit Syriaca S. Jacobi; communis hæc celebrandi ſacrificii forma eſt, qua Syri cum Orthodoxi cum Etherodoxi, Hieroſolymitani, cyprii, ac Antiocheni olim utebantur, ac modo uti non deſiſtunt, unde & in Antiquis, ac recentioribus Miſſalibus libris cum editis cum Mſſ. illa proſtat, & ad ejus normam quotquot apud Syros (quæ non paucæ enumerantur) Liturgiæ exſtant, exactæ conſtant, ac diſpoſitæ. Illud autem intereſt Orthodoxos, ac Hæreticos, quod hi nomina quorundam ſuæ ſectæ anteſignanorum in diptycha intruſerint, quin & eorum arte, nonnullorum Catholicorum inſcitia occaſione præbente, vel fovente, nomina illa in Catholicis Miſſalibus interſerta leguntur. Religioni tamen ſibi duxiſſe videntur Eterodoxi ſuas hæreſes huic Liturgiæ inſerere; neque enim ulla characteriſtica nota occurrit hæreſis Syrorum a Catholica communione extorrium.

Syriaca hæc Jacobi Liturgia anno 1591. *impreſſa prodiit in Miſſali Chaldaico ad uſum Eccleſiæ Maronitarum, qui vulgatus fuit an.* 1594. *ac iterum an.* 1716. *in eodem Miſſali eo anno item impreſſo.*

Cl. Euſebius Renaudotius Exemplar primæ editionis nactus, latine ex eo Miſſam S. Jacobi vertit ac publicavit, & in Maronitas iniquus, uti & in cenſores Romanos, quaſdam mutationes factas culpavit; Quoniam autem nos Miſſam Jacobi ad Mſſ. fidem caſtigatam in hoc volumine evulgavimus, mutationes a correctoribus factas heic aperiemus, quæ ad unam conſecrationis formam reſpicere videntur; Romani enim cenſores, ut latinæ formæ Syriaca reſponderet, poſt orationem quæ incipit „ Vere Sanctus

ctus es ;„ *Extatque pagin.* 134. *&* 135. *hæc ſubſtituerunt ſubſequentibus orationibus, ac formulis, quæ pag.* 135. *&* 136. *Leguntur „ Extollens vocem, accipit hoſtiam; ac dicit; In die illa „ quæ præceſſit paſſionem ejus, accept panem in manus ſuas ſan- „ ctas, & elevatis oculis ſuis ad Te Deum Patrem ſuum omni- „ potentem, Tibi gratias egit † benedixit † ſanctificavit † & fre- „ git, deditque diſcipulis ſuis dicens: Accipite manducate ex eo „ omnes: Hoc enim (ita vertimus particulam* Den, *quam Renaudotius pag.* 80. *a curatoribus editionis male ſubſtitutam particulæ* Gar *contendit, utramque e Græca in Syriacam linguam migraſſe aſſerens, & primam* autem *alteram* enim *ſignificare pronuncians. Quod, licet demus Renaudotio, attamen apud Syros in communi vulgataque acceptione utramque particulam confundi, & unam pro altera uſurpari, ignorantem idiotiſmi Syriaci edocemus, unde, & male habitos Præſides Editionis ab Euſebio Renauditio jure conquerimur) Eſt corpus meum. Et po- „ nit Euchariſtiam ſuper diſcum, genuflectit, & accipit Calicem, „ ac dicit; ſimili autem modo poſtquam cænaverunt, accepit in „ manus ſuas puras purum hunc calicem, & gratias tibi egit † „ benedixit † & ſanctificavit † deditque diſcipulis ſuis dicens, „ accipite, bibite ex eo omnes, hic enim eſt calix Sanguinis mei „ novi, & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, „ & pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum,,*

Hæc eſt immutatio facta a Romanis cenſoribus: neque autem mutationis nomen dari quit exactæ recenſioni ad fidem Mſſ. magis probatorum, unde ſi in uno vel altero Mſſ. voces quædam diverſæ occurrant, non idcirco novitatis, & inſcitiæ culpandi erunt, id namque paſſim cernitur in libris potiſſimum Eccleſiaſticis, qui cum ſcripti fuerint ad uſum hujus vel illius locis, ad mores eorum locorum, & pro ſcriptoris animo conſcripti obſervantur, atque varie diſpoſitæ Rubricæ, varia nomina commemorata leguntur. Hac eſt ratio cur Mſſ. Syrorum Liturgiæ S. Jacobi varietates multas patiantur, Syri namque Jacobitæ, Syri Orthodoxi

illis

illis uſi ſunt, & adhuc utuntur; proinde fieri non potuit, quin ſalva ſubſtantiali forma & diſpoſitione, coeremoniæ quædam differentes, & minutiora quædam diſcrepantia in tot locorum, ac temporum, perſonarumque codicibus adpareat, quæ ex Miſſali Syrorum Maronitarum, ac Syrorum Jacobitarum plana fient.

Secundo. Occurrit ea Liturgia, quam Hieroſolymitanæ, Antiochenæ, ac Cypriæ Eccleſiarum Miſſales libri cum editi tum manu exarati, antiqui ac recentes exhibent ſancti Cyrilli nomine inſcriptam; Eam yrillo Alexandrino Antiſtiti adtribuunt nonnulli Orientales ſcriptores, unde & librorum Miſſalium ſcribæ aliquando nomini Cyrilli addiderunt cognominis ergo Alexandrinum. *Euſebius Renaudotius Alexandrino Antiſtiti eam inſcriptam vult, idque perperam factum dicit; imo & in diſſert. præfixa tomo* 2. *Liturgias omnes, quæ ſuperiorum adprobatione, ac fratre Thoma Terracina Ordinis Prædicatorum S. Theologiæ Magiſtro vidente, & probante, editæ ſunt in Miſſali Chaldaico Syrorum Maronitarum evulgato anno* 1594. *una Jacobi excepta, Monophyſitarum proprias eſſe propugnat, quod certam notam Monophyſitarum in ipſis obſervaverit. Hinc in cenſores Romanos, ac Maronitas omnes, quos falſarios, ſuſpectæ, ac nullius fidei paſſim vocat, critices ignorantiſſimos adpellat, fere ubique iniquus ſtylum acuit doctiſſimus hic, & modeſtiſſimus, atque critices profeſſor Renaudotius.*

Verum ut declamantem, ac detrahentem publice proximo ſuo, quique nulla ne veroſimili quidem conjectura ſua comprobat, aſſerta, relinquamus, & in quæſtione admodum obſcura enodanda noſtram qualemcumque operam conferamus, & ne a propoſito ſcopo aberremus longius, fundamenta conſtituenda ſunt, quibus noſtra opinio, & conjectura in titulo præfixa inſiſtat.

Prioribus ſæculis Liturgias ſcribere illorum fuit, qui dignitatis amplitudine, vel doctrinæ fama coeteris præſtitiſſent; conſtans hæc fuit omnium Eccleſiarum diſciplina; unde & Hieroſolymis viguiſſe indubium eſſe adparet.

Cyrillus Hieroſelymitanus ex utroque capite celebratiſſimus fuit, eoque ſæculo vixit, ac eam ſedem tenuit, in quibus nondum hæc libertas reſtricta, vel ſublata erant.

Potuit ergo S. Cyrillus Liturgiam conſcribere: ac veroſimillime ſcripſit temporum perſonarum locorumque circumſtantiis ſeſe adtemperans. Sane Liturgia, quam vulgamus, conſona eſt catecheſibus aliiſque indubiis ejus operibus; Eccleſiæ Hieroſolymitanæ ejus ævi moribus congruit; ab Eccleſia Hieroſolymitana hactenus retenta, ac frequentata conſtat. Nulla certa Epocha, nullus certus ejus auctor aſſignari poteſt, nulla idonea ratio ſuadet eam Cyrillo Hieroſolymitano ſuppoſitam; alteri vero adſcribendam jure nemo demonſtravit.

Occurrunt nonnulla, & ego fateor, quæ ætatem S. Cyrilli non ſapiunt, aſt Liturgiarum id proprium eſſe alias oſtendi, ut additionibus, & detractionibus obnoxiæ ſint.

Quod ſcriptores antiqui ejus non meminerint, facilis, idoneaque ratio inde petitur, quod cum notum eſſet Epiſcopos pro ſua libertate Liturgias componere conſueviſſe, quæ pervagatæ ac celebres habebantur, & in publicis Tabulis deſcriptæ, illarum ſcriptores non ſolerent meminiſſe, id quod ſine piaculo omittere poterant, quod nulla neceſſitas ipſos cogeret, ut rem notam, cujuſque notitiam ſine ipſorum relatione facile conſervari, & ad ſeram poſteritatem tranſmitti videbant, in ſuis ſcriptis recenſerent.

Habent quidem Alexandrinæ coptitæ Liturgiam Cyrilli nomine inſignitam, aſt illa nihil cum hac commune habet, ipſo etiam Renaudot. obſervante tom. 2. pag. 285. niſi generalem, & ubique receptam ſacri Officii formam in omnibus Orientalibus Liturgiis obſervatam, quæ ſemper, & ubique eadem fuit: Ritus in iſta expreſſus Syris proprius eſt, & Palæſtinis juxta primam & præcipuam inter illos, quæ eſt Jacobi fratris Domini.

Hinc cum Alexandrinus Cyrillus certo non perhibeatur hanc Liturgiam ſcripſiſſe, Eccleſiæ Syrorum Epiſcopus non fuerit, Ritum ſervaverit diverſum a Syrorum Ritu, Librariorum

oſci-

oſcitantia, ac perperam omninò illi tribuitur, cui oſcitantiæ, & errori ſcriptorum Orientalium cauſſam dediſſe videntur fama, & auctoritas Alexandrini, qui inſignis exſtitit in debellanda Neſtoriana hæreſi, a qua Syri omnes, ac Jacobitæ præcipue toto diſtant Cœlo, quamque acerrimo inſectantur odio, unde cum Alexandrinum ob Neſtorianorum vicinitatem, ſemper in ore haberent, facile fuit, ut Cyrilli *nomini, quod in Liturgia erat, adderent Epitetum* Alexandrini.

Tertio. Supplementum ſequitur. Syris ſolemne eſt libros Rituales in plures referre codices, quin & quae communia ſunt Liturgiis ac Ritibus, indicare ſolent in deſcribendis peculiaribus coeremoniis ſacris; ea de cauſſa ad Codicum fidem Anaphoras SS. Jacobi, & Cyrilli Syriacas exhibuimus initia tantum indicantes eorum, licet non ſemper omnium, quæ in Miſſa peraguntur: quoniam autem ad illuſtrandam, & oculis ſubjiciendam Hieroſolymitanam Liturgiam illa maxime conducere videbantur: hinc cum ex Cyprio Miſſali, qui in Bibliotheca Vaticana Mſſ. adſervatur, tum ex aliis editis, & nondum publica luce donatis Ritualibus ſeu Sacerdotalibus ſeu Diaconalibus Codicibus, illa omnia evulgavimus, quæ ab Anaphora, ad finem uſque Miſſæ peraguntur, ac dicuntur. Prima quæſtio inſtitui poteſt an illa omnia, & ſingula, purum putumque foetus Jacobi Apoſtoli ſint, an ſaltem ætatem S. Cyrilli omnia redoleant. Secunda an in omnibus Eccleſiis Hieruſalem, & Cypri Syriacis invariata ſerventur, an vero varietas quædam occurrat. Has quæſtiones ſatis videmur ſolviſſe, cum Liturgias ipſas nedum Rituales diſciplinas nec univerſales, nec perpetuas fuiſſe & eſſe adſeruimus. Coeterum deſignare, quænam partes, quæ formulæ, qui Ritus ætatem Apoſtolicam, vel S. Cyrilli ſapiant, quæ novitatem ſub ſerint, improbus labor nobis eſt, & inutilis adparet, cum Lectores eruditi, quibus Deus hæc otia fecerit, poſſint per ſeipſos hiſce quæſtionibus ſatisfacere. Quod a nobis quis merito deſiderare poſſet, id videtur, ut ſingulas Coeremonias, quæ hodie Hieroſolymæ, ac in Cypro adhibentur in ſacra Liturgia, exponeremus.

Quoniam vero id in ſubſeqq. hujuſce libri partibus ſumus explicaturi, quando Rubricas Miſſales exhibebimus, hinc ſuperſedendum duxi, vel potiſſimum ex eo, quod diſciplina ritualis prioribus temporibus integre deſcribi in Codicibus ſaltem ubique haudquaquam conſueverit, & hanc ob cauſſam eam etiam partem heic omiſimus, quæ præparatoria dici poteſt, utpote continens coeremonias, ac præces, quibus Sacerdotes uti ſolent ad Altaris ingreſſum, ad primam donorum præparationem, & illationem, publicam pro variis perſonis, & rebus ſupplicationem, ſcripturarum lectionem & alia hujuſcemodi.

Hoc autem, quod ſupplementum dicimus, latine fuit vulgatum etiam a Cl. Euſebio Renaudot. tom. 1. collectionis Liturgiarum Orientalium, ubi, & commentariis doctiſſimis illuſtravit diſciplinam Eccleſiæ Syriacæ, depromtis magna ex parte ex Dionyſii Barſalibii Epiſcopi expoſitione ſcripta, & tranſmiſſa ad Ignatium Metropolitam Jacobitarum ſanctæ Civitatis Hieruſalem. Sed quia nos integram, meliorem, ac antiquiorem expoſitionem S. Johannis Maronis evulgamus, idcirco ab expoſitione Rituum Miſſæ Hieroſolymitanæ ſuperſedemus.

SECTIO VII. ET ULTIMA.

De S. Joannis Maronis expoſitione.

JOannes ex Caſtello Sirimi in monte Suaidia prope Antiochiam Oriundus, divinas humanaſque litteras primum Antiochiæ, deinde in ſancti Maronis Coenobio Apameam inter & Emeſam ad Orientem fluvium ſito; poſtremo Conſtantinopoli hauſit, atque plene didicit. Unde regreſſus in laudato Coenobio monaſticum habitum induit & Sacerdotio initiatus, Dei obſequio, populique Chriſtiani ſaluti, utilitatique ſeipſum devovit. Anno 686. ad Eccleſiam Botris (Botrus phæniciæ Urbs eſt maritima inter Tripolim, Byblum) regendam Epiſcopus conſtitutus, Libaniotas alioſque

que finitimos populos in Romana ſide continuit, ac Monophyſitas plurimos tum finitimos tum longe diſſitos, tum convenas ſervos cum indigenas ad Catholicam fidem revocavit. Anno 2. Juſtiniani Imperatoris mortuo Theophane Antiocheno Patriarcha, Joannes a Catholicis Epiſcopis, qui Mardaitis ſeu Maronitis præerant, in Patriarcham præficitur. Non paucas, nec leves perſecutionum tempeſtates paſſus, Catholicam fidem in jugis Libani finitimiſque regionibus ſcriptis exemplis, & procuratione confirmavit, auxit. Atque cum optimi Paſtoris partes explevisſet v. *idus Febr. a.* 707. *in coenobio S. Maronis in Caſtello Capharhai mortuus eſt, quo die Meronitæ nobili feſto ejus memoriam quotannis inſtaurare conſuerunt, quin & Romani Pontifices non ſemel plenariam indulgentiam impertiti ſunt, & quidem perpetuo obtinendam a viſitantibus Eccleſias in eo feſto die. Plura de Johannis Maronis vita, doctrina, ſanctitate, & Patriarchatu dabit Aſſemanus Patruus tom.* 1. *Biblioth. cap.* 43. *contra Euſebii Renaudotii injuſtas criminationes, qui Anaphoram, unacum reliquis operibus S. Joannis Maronis, ut ſpuriam rejicit tom.* 2. *Liturg. in diſſer. proemiali pag.* 15. *& cauſſam hanc tam ſeveræ cenſuræ producit pag.* 344. *quia nulla Bibliotheca quantumcumque Orientalium librorum dives, ipſam repreſentat; perinde ac ſi omnes ipſe Bibliothecas adjerit, aut omnes Bibliothecarum omnium libros evolverit, aut demum nullum in Oriente ſcriptorum monumentum ſuperſit, quod in Bibliothecas Europæ illatum non ſit, ſed Miſſa Anaphora, aliis operibus omiſſis, de expoſitione Miſſæ heic pro noſtri inſtituti ratione dicendum.*

Extat in Vaticano Cod. 64. *propria Abrahami Ecchellenſis manu exaratus de Sacerdotio liber in c.* 40. *diſtributus, cui ſubnectitur expoſitio Miſſæ in* 50. *capita diviſa. Hanc Miſſæ S. Jacobi expoſitionem citat Fauſtus Naironus Anteceſſor meus in Evopl. pag.* 116. *Stephanus Edenſis Patriarcha Antiochenus Maronitarum in Vindiciis Maronitarum, quæ nondum lucem viderunt. Cl. Euſeb. Renaudotius tom.* 2. *pag.* 74. *eam genuinum foetum*

Dio-

Dionyſii Barſalibæi ſuſpicatur; Aſſemanus Patruus in eamdem ſententiam conſpirat, & librum de Sacerdotio Johanni Darenſi reſtituendum; ac expoſitionem Miſſæ Barſalibæo adjudicandam contendit Biblioth. tom. 2. cap. 18. & cap. 32.

Sed pace horum dixerim, levia ſunt argumenta, quæ proferunt, ad opus hoc abjudicandum Johanni Maroni. Renaudotius inde arguit, quod Johannem Maronem ſcriptorem nemo præter recentes Maronitas noverit; Aſſemanus opinionem confirmat ex eo, quod Darenſis, & Barſalibius totidem fere verbis opus præfatum habeant.

Hoec vero ratiocinia mihi non plene probantur, licet enim iis concedam, quod illi affirmant; attamen exinde non conficient quod intendunt. Enimvero ut primam conjecturam diſcutiam, ex ſilentio argumentum infirmum conſurgit, niſi talibus adminiculis ſuffulciatur, ut poſitivo reſpondeat, ut alias ſæpe diximus; tale autem eſſe Renaudotianum argumentum nec probatum eſt, nec unquam probabitur. Nec mirum cuiquam eſſe debeat, ſi opus hoc coeteros a Maronitis latuerit, cum ad unos Maronitas fuerit conſcriptum, & directum, & quidem in Libani jugis degentes plerumque, neque ratio ulla veroſimilis fuerit Maronitis opus divulgandi. Patrui conjectura etiam infirma adparet, niſi demonſtret impoſſibile, ut duo in idem conſentiant, ſicuti enim in ſententia duo concordare, ita verbis eamdem ſententiam exprimere poſſunt; ſi autem accedat mos, ut recentior ſcriptor antiquorum ſententias, & verba, ſi fuerint apta, exſcribat, ea protinus evaneſcet, quem morem omnibus, ac præcipue Syris Scriptoribus familiarem fuiſſe nemini clarius, quam Patruo Cl. conſtare poteſt, qui Orientalium ſcripta non pauca verſavit; Codices ab ipſo aſportatos Romam, & recenſitos ac digeſtos evolventi mihi ubique occurrit his mos; Jacobus Epiſcopus Tagritenſis expoſitionem officiorum, & orationum ſcripſit, quæ ſane ſimillima expoſitioni Barſalibæi eſſe debuit, ubi de officio Miſſæ agitur, & tamen Tagritenſis integro circiter ſæculo poſterior eſt Dionyſio; ſed

quo-

quoniam ad manus noſtras hoc opus nondum pervenit, Librum Theſaurorum certe vidit Aſſemanus, qui extat Cod. 1. Beroenſi, in ejus autem par. 2. c. 37. ſimillima Barſalibianæ expoſitio Miſſæ legitur. Hinc tamen neutri opus abjudicatur.

Hoec tamen dicta ſunto ex ſuppoſitione, quod eadem expoſitio iiſdemque verbis concepta legatur apud Joannem Maronem, & Dionyſium Barſalibium, quod falſum eſſe vel ipſe Patruus vidit. Nam Barſalibiana expoſitio differt a Maroniana, primo quod illa directa ſit ad Ignatium Archiepiſcopum Hieroſolymitanum Monophyſitam, ut hic Romanis, qui ibidem per ea tempora degebant, Græcis aliiſque Orthodoxis reſpondere poſſet, & Syriacæ Liturgiæ, nec non Jacobitici ritus contra illos auctoritatem, dignitatemque, & rationes confirmaret. Vid. Aſſemanum pag. 177. Maroniana expoſitio nihil tale habet, ut videre eſt in hoc noſtro volumine. Illa diviſa eſt in 20. capita. Hæc in 50. Illa fermentatum panem ſtatuit, & azymum improbat. Contra vero Maroniana confirmat. Barſalibius de Invocatione Spiritus Sancti ſibi non conſtat, & ſecum pugnat, quin & illi efficaciam conſecrandi tribuere videtur. Vid. Aſſem. pag. 195. & ſeqq. Non ita habet Johannes Maro. Hæc & alia plane demonſtrant diverſum utriuſque eſſe auctorem.

Quod autem diverſo etiam tempore ſint ſcriptæ, vel ex eo adparet, quod Johannis Maronis expoſitio Mahometiſmi primordia ſupponat, ac impugnet, Mahometes namque deſignatur per filium perditionis de quo paſſim; ſunt & alia, quæ Maronem produnt auctorem, nam & ea ſcripta tamquam propria citat, quæ Aſſemano probante, genuinum ſunt foetus S. Johannis Maronis. Verum ſi coetera deeſſent, argumento præſcriptionis juridice hæc expoſitio Maroni vindicanda eſt, nullus enim certus auctor, nulla certa epocha aſſignari queunt, quæ contra poſſeſſionem Maronis faciant, nullus ſuppoſitionis certus auctor, nullum illi idoneum Conſilium ſupponendi proferri poteſt. Ergo legitima Maronis poſſeſſio adjudicanda. Atque hæc dicta ſunto ſatis ad confirmandam Maronitarum traditionem.

Hanc

Hanc autem expoſitionem nunc primum latine converſam damus, ut illuſtretur Ritus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ; Ad cujus majorem dilucidationem Appendicis loco damus latine tantum variantes quaſdam lectiones Miſſæ Græcæ S. Jacobi, quas nuperrime ad me tranſmiſit D. Benedictus Monaldinius, cujus etiam adnotationes, atque epiſtolam mihi directam ibidem evulgo, ut Lectores de Codice illo, atque Miſſa, ſua exerceant ingenia.

Poſtremum qroniam quiſpiam percontabitur, quare Carmelitarum fratrum Religioſorum Miſſalem librum, qui Hieroſolymitanus inſcribitur, heic non evulgem, hinc ne juſte de me conqueri queant Carmelitæ, quos ſumma proſequor veneratione, Calendarium in quodam antiquiſſimo ipſorum Mſſ. Miſſali contentum hoc loco referam; ex eo namque ſatis collucet Miſſam ipſorum ad Ritus Eccleſiæ Occidentalis, & latinæ, non autem Orientalis & Hieroſolymitonæ adcommodatam eſſe. Kalendarium autem doctiſſimo & amiciſſimo Viro Seraphino Mariæ Potenza *ejuſdem Ordinis Sacerdoti profeſſo meritiſſimo, & ſacræ antiquitatis eruditione præſtanti communicatum fuit a cl. P. Cyrillo de Gubernatis Exprovinciali Pedemontanæ, qui ad litterarum & Eccleſiæ rem publicam ipſum illuſtrat doctiſſimis commentariis, illudque in Codice, cui titulus* Breviarium Carmelitanum *ſcripto an.* 1308. & 1312. *continetur, hujuſmodi vero Kalendarium in Codice XI. collectionis Monumentorum ad Ordinis Carmelitarum hiſtoriam ſpectantium a laudato* Potenza *ſumma diligentia confectæ deſcriptum eſt.*

Incipit Breviarium legendi, & canendi ſecundum uſum, & conſuetudinem Sancti Sepulcri.

JANUARIUS 1. *Circumciſio Domini: Duplex.* 2. *Octava S. Stephani* 9. *lectionum.* 3. *Octava S. Johannis* 9. *lection.* 4. *Octava Innocentium* 9. *lect.* 5. *Vigilia Epiphaniæ.* 6. *Epiphania Domini duplex.* 13. *Octava Epiphaniæ* 9. *lect. Hilarii & Re-*

& Remigii. Memoria. 14. *Felicis in Pincis.* 3. *lection.* 15. *Mauri Abbatis* 3. *lection.* 17. *Antonii Abbatis* 9. *lect.* 18. *Priſcæ Virginis* 3. *lect.* 20. *Fabiani, & Sebaſtiani* 9. *lection.* 21. *Agnetis Virginis* 9. *lect.* 22. *Vincentii Martyris* 9. *lect.* 24. *Timothei Epiſc. m.* 3. *lect.* 25. *Converſio S. Pauli* 9. *lect. Projecti mart. Memoria.* 27. *Juliani Epiſc. & mart.* 3. *lection.* 28. *Agnetis ſecundo* 3. *lection.* 31. *Hieruſalem Matthiæ Epiſc. & Conf.* 3. *lect.* FEBRUARIUS. 1. *Ignatii Epiſc. & mar.* 3. *lection.* 2. *Purificatio B. Mariæ* 3. *lection.* 3. *Blaſii Epiſc. & mar.* 3. *lect.* 5. *Agathæ Vir. & mart.* 9. *lection.* 6. *Vedaſti, & Amandi* 3. *lect.* 10. *Scolaſticæ Virg.* 3. *lect.* 12. *Eulaliæ Virg. & mart.* 3. *lection.* 14. *Valentini Presb. mart.* 3. *lect.* 16. *Julianæ Vir. & mar.* 3. *lection.* 18. *Hieruſalem Simeonis Epiſc. & mar.* 9. *lect.* 22. *Cathedra S. Petri* 9. *lect.* 24. *Matthiæ Apoſt.* 9. *lect.* MARTIUS. 1. *Albini Epiſc. & Conf.* 3. *lect.* 7. *Perpetuæ & Felicitatis mm.* 3. *lection.* 11. *XL. martyrum.* 9. *lect.* 12. *Gregorii Papæ Conf.* 9. *lect.* 18. *Hieruſalem Alexandri Ep. & m.* 9. *lect.* 21. *Benedicti Abbatis* 9. *lect.* 25. *Annunciatio Dominica. Crucifixio Domini.* 27. *Reſurrectio Domini.* APRILIS. 1. *Ambroſii Epiſc. & Conf.* 3. *lection.* 13. *Euphemiæ Virg.* 3. *lect.* 14. *Tiburtii, & Valeriani mart.* 3. *lect.* 23. *Georgii mart.* 9. *lect.* 25. *Marci Evangeliſtæ* 9. *lection.* 28. *Vitalis mart.* 3. *lect.* 29. *Petri mart. Ord. Præd.* 9. *lect.* MAJUS. 1. *Philippi & Jacobi* 9. *lect.* 2. *Athanaſii Epiſc. & Conf.* 3. *lection.* 3. *Inventio S. Crucis* 9. *lect. Alexandrii, Eventii, Theod., & Juvenalis Memoria.* 4. *Hieruſalem Quiriaci Epiſc. & mar.* 9. *lect.* 6. *Johannis ante Portam Latinam* 3. *lect.* 8. *Inventio S. Michaelis* 9. *lect. Petri Epiſc. & Conf. Memoria.* 9. *Translatio S. Nicolai.* 10. *Gordiani & Epimachi martyrum* 3. *lect.* 11. *Epiphanii Epiſc. & Conf.* 3. *lect.* 12. *Nerei, Achillei, Pancratii, Domitillæ* 3. *lect.* 19. *Potentianæ Virginis.* 25. *Auguſtini Epiſc. primi Anglorum.* 26. *Urbani Papæ & mar.* 3. *lection.* 27. *Germani Epiſc.* 31. *Petronillæ Virg.* JUNIUS. 1.

Nicomedis mart. 3. *lection.* 2. *Marcellini, Petri, Eraſmi* 3. *lect.* 5. *Bonifacii Epiſc.* 3. *lect.* 8. *Medardi, & Gildardi Confeſſorum* 3. *lect.* 9. *Primi, & Feliciani mart.* 3. *lect.* 11. *Barnabæ Apoſtoli* 9. *lect.* 12. *Baſilidis, Cirini, Naboris Nazarii* 3. *lect.* 13. *Antonii Conf. Fratrum Minorum* 9. *lect.* 15. *Viti, Modeſti, Creſcentiæ* 3. *lect.* 16. *Ciriaci, & Jutittæ mart.* 3. *lect.* 18. *Marci, & Marcelliani mart.* 3. *lect.* 19. *Gervaſii, & Protaſii mm.* 3. *lect.* 22. *Paulini Epiſc. & Conf.* 23. *Vigilia Albani martyris.* 24. *Nativitas S. Joannis Baptiſtæ* 3. *lection.* 26. *Joannis & Pauli mart.* 3. *lect.* 28. *Vigilia. Leonis Papæ* 29. *Apoſtolorum Petri, & Pauli* 9. *lection.* 30. *Commemoratio S. Pauli* 9. *lect.* JULIUS. 1. *Octava S. Jo. Baptiſtæ* 9. *lect.* 3. *Proceſſi, & Martiniani* 3. *lect.* 3. *Translatio S. Martini.* 6. *Octava Apoſtolorum.* 7. *Translatio Thomæ Cantuarienſis.* 10. *Septem Fratrum memoria.* 11. *Translatio S. Benedicti memoria* 15. *Dedicatio S. Sepulcri.* 20. *Margharitæ Virginis* 9. *lect.* 21. *Praxedis Virg. memoria.* 22. *Mariæ Magdalenæ* 9. *lection.* 23. *Appollinaris Epiſc. & mart.* 3. *lect.* 24. *Vigilia Chriſtinæ Virg. & mart. memoria.* 25. *Jacobi Apoſtoli* 9. *lect. Chriſtophari, Cucuphatis martyrum memoria.* 26. *Annæ Matris Mariæ.* 27. *Septem Dormientium.* 28. *Pantaleonis mart.* 3. *lect.* 29. *Felicis, Simplicii, Fauſtinæ Beatricis* 3. *lection.* 30. *Abdon., & Senen mart.* 3. *lect.* 31. *Germani Epiſc. & Conf.* 3. *lect.* AUGUSTUS. *Ad Vincula S. Petri* 9. *lect. SS. Monachorum memoria.* 2. *Stephani Papæ & mart.* 3. *lection.* 3. *Inventio S. Stephani, & Sociorum* 9. *lection.* 5. *S. Dominici Conf. Ord. Præd.* 9. *lect.* 6. *Transfiguratio Domini* 9. *lect. Sixti, & Feliciſſimi memoria.* 7. *Donati Epiſc. & mart.* 3. *lection.* 8. *Ciriaci cum Sociis ſuis* 3. *lect.* 9. *Vigilia. Romani mart. memoria.* 10. *Laurentii mart.* 9. *lect.* 11. *Tiburtii mart.* 3. *lect.* 13. *Hippoliti & ſociorum* 9. *lect.* 14. *Vigilia. Euſebii Conf. memoria* 15. *Aſſumptio S. Mariæ duplex.* 17. *Octava Laurentii* 9. *lection.* 18. *Agapiti mar. memoria.* 20. *Bernardi Abbatis* 9. *lect.* 22. *Octa-*

va S. Mariæ. Timothei, ac Simphoriani memoria. 23. *Vigilia Bartholomæi. Hieruſalem Zachei Epiſc. memoria.* 24. *Bartholomei Apoſtoli* 9. *lect.* 27. *Ruſſi mart.* 3. *lect.* 28. *Auguſtini Epiſ.* 9. *lect. Juliani, & Hermetis memoria.* 29. *Decollatio S. Jo. Bap.* 9. *lect. Sabinæ Virg. memoria.* 30. *Felicis & Adaucti martir. memoria.* SEPTEMBER. 1. *Egidii Abbatis* 9. *lect.* 2. *Antonini mar.* 4. *Octava S. Auguſtini* 9. *lection.* 7. *Obitus Guidonis de Ubelino anno* 1308. 8. *Nativitas S. Mariæ* 9. *lect. Adriani mar. memoria.* 9. *Gorgonii mar. memoria.* 10. *Proti, & Hiacinti mart. memoria* 11. *Maurilii Ep. memoria.* 14. *Exaltatio S. Crucis* 9. *lect. Cornelii, & Cypriani mart. memoria.* 15. *Octava Beatæ Mariæ* 9. *lect. Nicomedis mar. memoria.* 16. *Euphemiæ Virg. Luciæ & Geminiani memoria.* 17. *Lamberti Ep. mart.* 9. *lect.* 20. *Vigilia.* 21. *Mathei Apoſt. & Evangeliſtæ* 9. *lect.* 22. *Mauritii cum Sociis ſuis* 9. *lect.* 23. *Teclæ Virginis* 3. *lect.* 25. *Cleophæ Diſcipuli Domini* 3. *lect.* 27. *Coſmæ, & Damiani mart.* 3. *lect.* 29. *Inventio Michaelis Archangeli* 9. *lect.* 30. *Betlem Hieronymi Presb.* 9. *lect.* OCTOBER. 1. *Remigii, Germani, Vedaſti Confeſſorum.* 2. *Leodegarii Ep. & mart.* 4. *Natale S. Franciſci Conſ. Ordin. minor.* 5. *Fidis Virg. & mart.* 6. *Abram. Iſaac, Jacob Patriarcharum* 9. *lect.* 7. *Marci, Sergii, Bacchi mart.* 8. *Marcelli, & Apulei mart.* 3. *lect.* 9. *Dioniſii Ruſtici, & Eleuterii* 9. *lect.* 12. *Ciriaci, & Julittæ* 3. *lect.* 14. *Callixti Papæ & mar.* 3. *lect.* 18. *Lucæ Evangeliſtæ* 9. *lect.* 21. 11. *millia Virginum* 3. *lection.* 22. *Hieruſalem Marci Epiſ. & Conſ.* 9. *lect.* 25. *Criſpini, & Criſpiniani* 3. *lect.* 26. *Demetrii mar.* 3. *lect.* 27. *Vigilia.* 28. *Simonis & Judæ Apoſt.* 9. *lection.* 29. *Hieruſalem Narciſſi Epiſc.* 9. *lection.* 31. *Vigilia. Quintini mart. memoria.* NOVEMBER. 1. *Commemoratio omnium Sanctorum* 9. *lect.* 2. *Commemoratio Fidelium Defunctorum.* 3. *Euſtachii* 3. *lect.* 5. *Amancii Ep. & Conſ.* 3. *lect.* 6. *Leonardi Con.* 3. *lect.* 8. IV. *Coronatorum* 3. *lect.* 9. *Theodori mar.* 3. *lect.* 10. *Martini Papæ & mar.* 3. *lect.* 11. *Martini Epiſc. & Conſ.* 9.

 lect.

lect. Mennæ mart. memoria. 13. *Bricii Epiſc. & Conf.* 3. *lect.* 18. *Octava S. Martini Epiſc.* 9. *lect.* 21. *Præſentatio B. Mariæ* 9. *lect. Columbani memoria.* 22. *Ceciliæ Virginis* 9. *lection.* 23. *Clementis P. & mart.* 9. *lect.* 24. *Griſogoni mart.* 3. *lect.* 25. *Caterinæ Virg. & mart.* 9. *lect. Petri Alexandrini memoria.* 29. *Vigilia. Saturnini mart.* 3. *lect.* 30. *Andreæ Apoſtoli* 9. *lection.* DECEMBER. 4. *Barbaræ Virg. & mar.* 9. *lect.* 5. *Hieruſalem Sabbæ Ab.* 9. *lect.* 6. *Nicolai Epiſc. & Conf.* 9. *lect.* 7. *Octava S. Andreæ* 9. *lect.* 8. *Conceptio B. Mariæ* 9. *lect.* 13. *Luciæ Virg. & mart.* 9. *lect.* 17. *Lazzari Epiſc. & Conf.* 9. *lect.* 20. *Vigilia.* 21. *Thomæ Apoſtoli* 9. *lect.* 25. *Nativitas Domini duplex. Anaſtaſiæ Virg. & mart. memoria* 26. *Stephani Protomartir* 9. *lect.* 27. *Jo. Apoſt. & Evang.* 9. *lect.* 28. *SS. Innocentium* 9. *lect.* 29. *Thomæ Archiepiſcopi* 9. *lection.* 31. *Sylveſtri Papæ* 9. *lect.*

ATque hic præfationis noſtræ finis eſto. Lectores Benevolos precor, ut ſua prudentia, ac æquitate corrigant errata, quæ nonnulla irrepſiſſe & nos advertimus, ſed cum facile a ſapientibus Lectoribus emendari queant, neque tantum otii nobis ſit, ut ſingula recenſeamus, ea ad aliam hujuſce 4. libri partem amandavimus.

SE-

SERIES EORUM
Quæ in hoc volumine continentur.

Miſſa S. Jacobi. Pag. 1
Eadem Miſſa Sancti Jacobi Apoſtoli ex antiquo Mſſ. quod non dum lucem aſpexit. 68
Monumentum Primum, ex Juſtini Apologia depromptum. 100
Alterum Monumentum, ex Clementis Conſtitutionum Apoſtolicarum libris. 102
Monumentum tertium. S. Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſis myſtagogica V. 123
Sancti Jacobi Apoſtoli. Anaphora. 131
Sancti Cyrilli, Anaphora. 154
Supplementum. In quo integra ea deſcribuntur, quorum initia in Syriacis Anaphoris indicata ſunt. 180
S. Johannis Maronis expoſitio Miſſæ. Cap. I. *De Oblatione Sacrificii.* 227
Cap. *II. De cognominibus Perfectionis Oblationis Sacrificii, ac de illorum ſignificatione.* 230
Cap. *III. De Variis Miniſteriis, deque illorum Authoribus.* 236
Cap. *IV. De Ordine Oblationis Sacrificii.* 240
Cap. *V. De Varietatibus, quæ in Liturgia contingunt.* 243
Cap. *VI. De Ordine, & varietate liturgiæ ſecundum Dionyſii Magni traditionem.* 245
Cap. *VII. Theoria hujus myſterii.* 247
Cap. *VIII. Quare omnibus libris Cantuus pſalmorum preponatur.* 249
Cap. *IX. De librorum lectione, & quare primo vetus, tum Novum Teſtamentum legatur.* 251
Cap. *X. De Lectione Evangelii, ejuſque Myſteriis.* 253
Cap. *XI. De quinque Claſſibus, quæ myſteriorum tempore*

ab Eccleſia egrediuntur. 254
Cap. *XII. De iis, quæ perficiuntur in Liturgia, poſt præfatarum V. Claſſium dimiſſionem, ex Traditione Magni Dionyſii.* 258
Cap. *XXIII. Quamobrem, opera hæc divina fuerint perpetrata.* 261
Cap. *XIV. De Eccleſia, & Altari.* 264
Cap. *XV. De Sacerdote offerente.* 265
Cap. *XVI. De Pane oblationis ac de ejus qualitate.* 267
Cap. *XXVII. De Aqua, & Vino.* 269
Cap. *XVIII. De Panis & Vinipoſitione ſuper Altare, & de Hoſtiarum Quantitate.* 271
Cap. *XIX. De Triſagio Hymno.* 273
Cap. X*X. De Ordine Incenſi.* 279
Cap. *XXI. De Symbolo 318. ejuſque compendiaria Expoſitione.* 261
Cap. *XXII. De Ablutione manuum.* 335
Cap. *XXIII. De libro vitæ Sanctorum.* 337
Cap. *XXIV. De Oblationis Partibus.* ibid.
Cap. *XXV. De tribus Orationibus, quæ ſuper Populum dicuntur & de Flabellis.* 341
Cap. *XXVI. De Anaphora.* 342
Cap. *XXVII. De altero Liturgiæ initio.* 344
Cap. *XXVIII. De primo Oblationis ordine.* 345
Cap. *XXIX. De Inclinatione* Sanctus. 348
Cap. *XXX. De eorum, quæ in myſtica illa cœna peracta ſunt, enarratione, atque de vivificis, conſecratoriis, ac ſanctificatoriis verbis.* 349
Cap. *XXXI. Quare Corpus, & Sanguis myſteria nuncupantur.* 357
Cap. *XXXII. De Diſpenſationis Oratione.* 358
Cap. *XXXIII. De Invocatione Spiritus Sancti.* 360
Cap. *XXXIV. De commemorationibus, Inclinationibus,*

&

& Exclamationibus. 336
Cap. *XXXV. Canon ſeu Commemoratio Paſtorum.* 368
Cap. *XXXVI. Canon ſeu Commemoratio Fratrum fidelium.* ibid.
Cap. *XXXVII. Canon, ſeu Commemoratio Regum.* ibid.
Cap*i* *XXXEIII. Canon, ſeu Commemoratio Deiparæ, & ſanctorum.* 369
Cap. *XXXIX. Canon, ſeu Commemoratio Doctorum.* ibid.
Cap. *XL. Canon, ſeu Commemoratio Fidelium defunctorum.* ibid.
Cap. *XLI. De iis, quæ a Canonibus, ſeu Commemorationibus ad fractionem uſque peraguntur.* 370
Cap. *XLII. De Fractione, & Catholica ſeu Concione.* 372
Cap. *XLIII. De Crucibus, quæ ſuper myſteria ſiunt, de earum numero, ac myſticis ſignificationibus.* 374
Cap. *XLIV. De Fragmentis.* 377
Cap. *XLV. De Oratione,, Pater noſter, qui es in cœlis,, ejuſque Expoſitione.* 379
Cap. *XLVI. De iis, quæ a dicta Oratione Dominica ad fractionem uſque conficiuntur.* 385
Cap. *XLVII. De Fractione, ſeu Fragmentis.* 388
Cap. *XLVIII. Theoria de iis, quæ dicta ſunt.* 392
Cap. *XLIX. De gratiarum Actione.* 394
Cap. *L. Summa Theoriæ totius oblationis.* 396
Appendix ad Græcam Jacobi Liturgiam. 398

CODEX LITURGICUS ECCLESIÆ UNIVERSÆ.

LIB. IV. PARS II.

Miſſale Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.

Η ΘΕΙΆ ΛΕΙΤΟΥΡΓΊΑ ΤΟΥ͂ ἉΓΊΟΥ ἈΠΟΣΤΌΛΟΥ ΚΑῚ ἈΔΕΛΦΟΘΈΟΥ ἸΑΚΏΒΟΥ.

Ἐν πλήθει ἁμαρτιῶν μεμολυσμένον με μὴ ἐξουδενώσῃς δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν· ἰδοὺ γὰρ προσῆλθον τῷ θείῳ τούτῳ καὶ ἐπουρανίῳ μυστηρίῳ σου. οὐχ ὡς ἄξιος ὑπάρχων, ἀλλ' εἰς τὴν σὴν ἀφορῶν ἀγαθότητα, ἀφίημί σοι τὴν φωνὴν, ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος αὐτοφθαλμῆσαι τῇ ἱερᾷ σου ταύτῃ καὶ πνευματικῇ τραπέζῃ, ἐφ' ᾗ ὁ μονογενής σου υἱὸς καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ πάσῃ κηλῖδι κατεστιγμένῳ, μυστικῶς πρόκειται εἰς θυσίαν. διὰ ταύτην σοι τὴν ἱκεσίαν καὶ εὐχαρι-

DIVINA MISSA SANCTI JACOBI APOSTOLI ET FRATRIS DOMINI.

Peccatorum multitudine inquinatum ne me ſpreveris, Domine Deus noſter. Ecce enim accedo ad divinum hoc & ſupercœleſte myſterium tuum, indignus quidem, ſed tua bonitate confiſus, emitto tibi vocem, Deus ſis mihi peccatori propitius: peccavi in cœlum & coram te, neque dignus ſum, qui oculos obvertam huic ſacræ & ſpiritali menſæ, in qua unigenitus filius tuus, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, mihi, qui peccator ſum, & omnibus maculis labefactatus, myſtice proponitur in ſacrificium. Proinde hanc ora-

tionem, & gratiarum actionem tibi offero, ut mihi ſpiritus tuus paracletus mittatur, fortificans ac inſtaurans me ad hanc Miſſam, dignumque me habe, qui vocem illam, quam ex te, populo annunciavi, citra meam damnationem proferam, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cum quo benedictus es una cum omnibus modis ſancto & bono, & vivificatore, atque conſubſtantiali tibi ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio cum aſſiſtit Altari.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, trino, & uni, luci divinitatis, quæ eſt ſingulariter in trinitate, & quæ ſine diviſione dividitur. Trinitas enim unus Deus omnipotens, cujus gloriam cœli enarrant: terra vero ejus dominationem, & mare ejus omnipotentiam, ac omnis creatura ſive ea ſenſu aliquo ſeutiatur, ſive ratione tantum intelligatur, ejus magnificentiam ſemper prædicat:

ριστίαν προσάγω, τοῦ καταπεμφθῆναί μοι τὸ πνεῦμά σου τὸ παράκλητον ἐνισχύον καὶ καταρτίζον με πρὸς τὴν λειτουργίαν ταύτην, καὶ τὴν παρά σου μοι τῷ λαῷ ἐπαγγελθεῖσαν φωνὴν, ἀκατακρίτως ταύτην ἀποφθέγξασθαι καταξίωσον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ καὶ ὁμοουσίῳ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ τῆς παραστάσεως.

Δόξα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τῷ τριαδικῷ καὶ ἑνιαίῳ φωτὶ τῆς θεότητος, τῆς ἐν τριάδι μοναδικῶς ὑπαρχούσης, καὶ διαιρουμένης ἀδιαιρέτως· τριὰς γὰρ εἷς θεὸς παντοκράτωρ, οὗ τὴν δόξαν οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται· ἡ δὲ γῆ, τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν· καὶ ἡ θάλασσα, τὸ αὐτοῦ κράτος καὶ πᾶσα αἰσθητὴ καὶ νοητὴ κτίσις, τὴν αὐτοῦ μεγαλειότητα κηρύττει πάντοτε· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα,

ξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ τοῦ θυμιάματος τῆς εἰσόδου τῆς ἐνάρξεως.

Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θεοῦ λόγε, ὁ ἑκουσίως ἑαυτὸν θυσίαν ἄμωμον ἐπὶ σταυροῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ προσαγαγών, ὁ διφυὴς ἄνθραξ, ὁ τῇ λαβίδι τὸ τοῦ προφήτου χειλέων ἁψάμενος, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἀφελόμενος, ἅψαι καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν αἰσθήσεων, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ παράστησον ἡμᾶς ἁγνοὺς τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ τοῦ προσενέγκαι σοι θυσίαν αἰνέσεως· καὶ πρόσδεξαι ἀφ' ἡμῶν τῶν ἀχρείων δούλων σου τὸ παρὸν θυμίαμα, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· καὶ εὐωδίασον ἡμῶν τὸ δυσῶδες τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· καὶ ἁγίασον ἡμᾶς τῇ ἁγιαστικῇ δυνάμει τοῦ παναγίου σου πνεύματος· σὺ γὰρ εἶ μόνος ἅγιος, ὁ ἁγιάζων καὶ τοῖς

πι-

cat: quia eum omnis gloria, honor, potentia, magnificentia & decus decet, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio cum incenditur thus, in ingreſſu & principio.

Domine Jeſu Chriſte, Dei verbum, qui tua ſponte te Deo ac Patri victimam irreprehenſam in cruce obtuliſti, duplicis ille naturæ carbunculus, qui forcipe labia prophetæ attigiſti, & ejus peccata abſtuliſti, tange & noſtros, qui peccatores ſumus, ſenſus, ac nos purga omni macula, puroſque nos ſiſte ſancto Altari tuo, ut tibi laudis ſacrificium offeramus: & præſentem hunc ex nobis inutilibus ſervis tuis ſuffitum recipe, in odorem ſuavitatis, fœtoremque animæ & corporis noſtri fragrantem redde, ac vi illa ſpiritus tui ſanctificante, nos ſanctifica: ſolus enim tu ſanctus es, qui ſanctificas, & ſanctificaris, fidelibuſque impartiris, quem una cum

æter-

æterno Patre tuo, ac modis omnibus ſancto, bono, & vivifico Spiritu tuo, gloria decet nunc, & ſemper, ac in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio in principio.

Benefice Rex ſeculorum, univerſæque creaturæ opifex, recipe ad te accedentem eccleſiam tuam per Chriſtum tuum, & ſingulis, quod utile eſt, perfice, omnes ad perfectionem adduc, & nos gratia tuæ ſanctificationis dignos redde, nos in ſanctam tuam eccleſiam congregans, quam tibi aſſeruiſti precioſo Sanguine unigeniti Filii tui Domini, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti: cum quo benedictus es, & laudatus una cum ſanctiſſimo, & bono, vivificoque Spiritu tuo, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Diaconus.

Dominum rurſus oremus.

πιστοῖς μεταδιδόμενος· ὅτι πρέπει σοι ἡ δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ τῆς ἐνάρξεως.

Εὐεργέτα βασιλεῦ τῶν αἰώνων, καὶ τῆς κτίσεως ἁπάσης δημιουργὲ, πρόσδεξαι προσιοῦσάν σοι διὰ τοῦ χριστοῦ σου τὴν ἐκκλησίαν σου· ἑκάστῳ τὸ συμφέρον ἐκπλήρωσον· ἄγαγε πάντας εἰς τελειότητα, καὶ ἀξίους ἡμᾶς ἀπέργασαι τῆς χάριτος τοῦ ἁγιασμοῦ σου, ἐπισυνάγων ἡμᾶς ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ καὶ δεδοξασμένος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ Διάκονος.

Ἔτι τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Ἱερεὺς, Εὐχὴν τοῦ Θυμιάματος τῆς εἰσόδου τῆς συνάξεως.

Ὁ Θεὸς ὁ προσδεξάμενος Ἀβὲλ τὰ δῶρα, Νῶε καὶ Ἀβραὰμ τὴν θυσίαν, Ἀαρὼν καὶ Ζαχαρίου τὸ θυμίαμα, πρόσδεξαι καὶ ἐκ χειρὸς ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ θυμίαμα τοῦτο εἰς ὀσμὴν εὐωδίας καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, ὅτι εὐλογημένος ὑπάρχεις, καὶ πρέπει σοι ἡ δόξα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ Διάκονος.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ Ἱερεὺς ἐπεύχεται αὐτῷ.

Ὁ Κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος καὶ ἀκατάσχετον ἔρωτα σταυρωθεὶς, καὶ λόγχῃ καὶ ἥλοις παρῆναι μὴ ἀπαρνησάμενος· ὁ τὴν κρυφίαν καὶ ἐπίφοβον ταύτην τελετὴν, εἰς ἀνάμνησιν αἰωνίαν ἡμῖν ἐκτενῆ παρασχόμενος, εὐλογήσαι τὴν ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ διακονίαν σου,

Sacerdos (dicit) Orationem, cum incenditur thus in ingreſſu congregationis.

Deus, qui admiſiſti Abelis dona, Noe, & Abraami Sacrificium, Aaronis & Zachariæ thymiama, accipe, quæſo, de manibus noſtris, qui ſumus peccatores, thus hoc, quod tibi adolemus in odorem ſuavitatis, noſtrorumque peccatorum remiſſionem, ac totius populi tui: quia benedictus es, & te gloria decet Patrem, & Filium, ac Spiritum ſanctum, nunc & ſemper.

Diaconus.

Domine benedic.

Sacerdos ipſi adprecatur.

Dominus & Deus noſter Jeſus Chriſtus, qui per immenſam bonitatem ac amorem acerrimum crucifixus eſt, & lancea, claviſque perfodi non recuſavit: qui arcanum ac tremendum hoc myſterium ad recordationem æternam nobis propagandum exhibuit, benedicat

καὶ hoc

hoc in Chriſto Deo tuum miniſterium, benedicat etiam ingreſſum noſtrum, perfecteque abſolvat exhibitionem ſacri hujus noſtri miniſterii, ineffabili ſua miſeratione, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Orans Diaconus, reſpondet.

Dominus benedicat, dignoſque nos faciat, qui ſeraphice dona feramus, & canticum illud celeberrimum divini atque ter ſancti hymni accinamus ei, qui nullius rei eſt indigus, quique omni perfectione ſanctificante pluſquam plenus eſt, nunc, & ſemper.

Deinde canere incipit Diaconus in ingreſſu.

Unigenite fili, & verbum Dei, qui es immortalis, ac dignatus es propter noſtram ſalutem ex ſancta deipara ſemperque virgine Maria carnem induere: ſine ulla converſione homo factus es, crucique affixus Christe Deus, ac morte mortem conculcaſti, unus cum ſis ſanctæ

il-

καὶ εὐλογήσαι τὴν εἴσοδον ἡμῶν, καὶ ἐντελῶς τελειώσαι τὴν παράστασιν τῆς λειτουργίας ἡμῶν ταύτης, τῇ ἀφάτῳ αὐτοῦ εὐσπλαγχνίᾳ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ ἀποκριτικὴ παρὰ τοῦ διακόνου.

Ὁ Κύριος εὐλογήσαι καὶ ἀξιώσαι ἡμᾶς σεραφικῶς δωροφορῆσαι καὶ προσᾷσαι τὴν πολυύμνητον ᾠδὴν τοῦ ἐνθεαστικοῦ καὶ τρισαγίου, τῷ ἀνενδεεῖ καὶ ὑπερπλήρει πάσης τῆς ἁγιαστικῆς τελειότητος, νῦν καὶ ἀεί.

Εἶτα ἄρχεται ᾄδειν ὁ διάκονος ἐν τῇ εἰσόδῳ.

Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, σταυρωθείς τε, χριστὲ ὁ θεὸς, θανάτῳ θάνατον πατήσας, εἷς ὢν τῆς ἁγίας τριάδος,

συν-

συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, σῶσον ἡμᾶς.

Ο Ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην ἀπὸ τῶν πυλῶν ἕως τοῦ θυσιαστηρίου.

Ο θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὁ μεγαλώνυμος κύριος, ὁ δοὺς ἡμῖν εἴσοδον εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, διὰ τῆς ἐπιδημίας τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ἱκετεύομεν καὶ παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἐπειδὴ ἔμφοβοι καὶ ἔντρομοί ἐσμεν, μέλλοντες παρεστάναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, ἐξαπόστειλον ἐφ' ἡμᾶς ὁ θεὸς τὴν χάριν σου τὴν ἀγαθὴν, καὶ ἁγίασον ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ πνεύματα, καὶ ἀλλοίωσον τὰ φρονήματα ἡμῶν πρὸς εὐσέβειαν, ἵνα ἐν καθαρῷ συνειδότι προσφέρωμέν σοι δῶρα, δόματα, καρπώματα εἰς ἀθέτησιν τῶν ἡμετέρων πλημμελημάτων, καὶ εἰς ἱλασμὸν παντὸς τοῦ λαοῦ σου, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Με-

illius Trinitatis, cum Patre, ſanctoque Spiritu conglorificatus, ſerva nos.

Sacerdos hanc Orationem dicit à foribus uſque ad Altare.

Deus omnipotens, Dominus magni nominis, qui nobis aditum ad ſancta ſanctorum dediſti, per adventum unigeniti Filii tui, Domini ac Dei, Servatoriſque noſtri Jeſu Chriſti, ſupplices tuam imploramus, invocamuſque bonitatem, quandoquidem contremiſcimus, ac trepidamus ad ſanctum altare tuum acceſſuri, fàc illabatur in nos Deus tua bona gratia, & noſtras animas ſanctifica corporaque & ſpiritus, necnon cogitationes noſtras ad pietatem converte, ut pura conſcientia tibi dona offeramus, munera, fructuum oblationes, ut ea deleantur delicta, quæ admiſimus, ut toti populo tuo ſis propitius, idque gratia & miſeratione ac benignitate unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es in ſecula ſeculorum. Amen.

Poſt-

Poſtquam Sacerdos ingreſſus eſt ad altare, dicit:

Pax omnibus.

Populus.

Et ſpiritui tuo.

Sacerdos.

Dominus benedicat nos omnes, & ſanctificet in ingreſſu & celebratione divinorum & immaculatorum myſteriorum, animaſque beatas requieſcere faciat cũ ſanctis & juſtis, ſua ipſius gratia & benignitate, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Deinde Diaconus Collectam dicit.

In pace Dominum oremus.

Ut nobis pacem de cœlo det, ac benigne nobiſcum Deus agat, & ſervet animas noſtras, Dominum oremus.

Ut etiam univerſo mundo pacem largiatur, & omnes eccleſias uniat, Dominum oremus.

Ut remittat nobis peccata, ac condonet delicta noſtra, atque liberet nos ab om-

Μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον λέγει ὁ ἱερεύς.

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Λαός.

Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ Ἱερεύς.

Ὁ κύριος εὐλογήσαι πάντας ἡμᾶς, καὶ ἁγιάσαι ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ καὶ ἱερουργίᾳ τῶν θείων καὶ ἀχράντων μυστηρίων, καὶ τὰς μακαρίας ψυχὰς ἀναπαύων μετὰ ἁγίων καὶ δικαίων, τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἶτα λέγει ὁ Διάκονος συναπτήν.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης καὶ θεοῦ φιλανθρωπίας καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ἑνώσεως πασῶν τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ συγχωρήσεως τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν, καὶ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πά-

σης

σης θλίψεως, ὀργῆς κινδύνου καὶ ἀνάγκης, καὶ ἐπαναστάσεως ἐχθρῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εἶτα οἱ ψάλται τὸν τρισάγιον ψάλλουσιν ὕμνον.

Ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

Καὶ ὁ Ἱερεὺς ἐπεύχεται ἐπικλινόμενος.

Οἰκτίρμον καὶ ἐλεήμον μακρόθυμε καὶ πολυέλεε καὶ ἀληθινὲ κύριε, ἐπίβλεψον ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν σῶν ἱκετῶν, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ διαβολικοῦ τε καὶ ἀνθρωπίνου, καὶ μὴ ἀποστήσῃς ἀφ' ἡμῶν τὴν σὴν βοήθειαν, μηδὲ βαρυτέρας τῆς ἡμετέρας δυνάμεως παιδείας ἐπαγάγῃς ἡμῖν. ἡμεῖς γὰρ οὐχ ἱκανοὶ πρὸς τὸ νικᾶν τὰ ἀντιπίπτοντα· σὺ δὲ δυνατὸς εἶ κύριε εἰς τὸ σώζειν ἐκ πάντων τῶν ἐναντιωμάτων. σῶσον ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐκ τῶν δυσχερῶν τοῦ κόσμου τούτου κατὰ τὴν χρηστότητά σου, ὅπως εἰσελθόντες ἐν καθαρᾷ συνειδήσει

omni tribulatione, ira, pericnlo, neceſſitate, & hoſtium inſultu, Dominum oremus.

Deinde Cantores canunt illum hymnum ter ſanctum.

Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere noſtri.

Deinde ſacerdos, inclinans ſe, orat.

Clemens, & miſericors, longanimis, & multæ miſericordiæ, Domine verax, reſpice ex prompto habitaculo tuo, & exaudi nos ſupplicibus verbis te orantes, ac libera nos ab omni tentatione diaboli & hominum, & ne tuum auxilium á nobis avertas; noſque ne gravius corripias, quam vires noſtræ ferant: non enim ſuperandis adverſis, nos ſufficimus: ſed tu Domine potens es, ſervare nos, & eripere ab omnibus calamitatibus & adverſis. Libera nos Deus pro tua bonitate ab omnibus anguſtiis ac moleſtiis hujus mundi, ut pura conſcientia

ad ſanctum altare tuum ingreſſi, beatumque & ter ſanctum hymum recinentes una cum cœleſtibus virtutibus, illum citra ullam tui offenſionem tibi mittamus, ac tibi grato & divino oblato ſacrificio, digni abs te habeamur vita æterna.

Exclamatio.

Quoniam ſanctus es Domine Deus noſter, & in ſanctis habitas, ac requieſcis, & gloriam ac ter ſanctum hymnum illum mittimus, Patri, & Filio, ac Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula.

Populus. Amen.
Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et ſpiritui tuo.
Cantores. Alleluja.

Deinde leguntur fuſiſſimè Oracula ſacra veteris Teſtamenti & Prophetarum, & Filii Dei incarnatio demonſtratur, paſſio, reſurrectio ex mortuis aſcenſus in cælum, ſecundus præterea adventus ejus cum gloria. At-

que

πρὸς τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον, τὸν μακάριον καὶ τρισάγιον ὕμνον σὺν ταῖς ἐπουρανίαις δυνάμεσιν, ἀκατακρίτως ἀναπέμπωμεν σοι· καὶ τὴν εὐάρεστόν σοι καὶ θείαν ἐπιτελέσαντες λατρεγίαν, καταξιωθῶμεν τῆς αἰωνίου ζωῆς.

Ἐκφώνησις.

Ὅτι ἅγιος εἶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις κατοικεῖς καὶ ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.
Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.
Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.
Οἱ ψάλται. Ἀλληλούϊα.

Εἶτα ἀναγινώσκεται διεξοδικώτατα τὰ ἱερὰ λόγια τῆς παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῶν προφητῶν, καὶ ἀποδείκνυται ἡ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐνανθρώπησις, τά τε πάθη καὶ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, ἡ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἄνοδος, καὶ πάλιν ἡ δευτέρα

αὐ-

αὐτοῦ μετὰ δόξης παρουσία. καὶ τοῦτο γίνεται καθ' ἑκάστην ἐν τῇ ἱερᾷ, καὶ θείᾳ ἱερουργίᾳ.

Μετὰ δὲ τὸ ἀναγνῶσαι καὶ διδάξαι λέγει ὁ Διάκονος.

Εἴπωμεν πάντες, κύριε ἐλέησον.

Κύριε παντοκράτορ ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, δεόμεθά σου, ἐπάκουσον.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ἑνώσεως πασῶν τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ἀντιλήψεως παντὸς τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ, δεόμεθά σου ἐπάκουσον.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, κινδύνου καὶ ἀνάγκης, αἰχμαλωσίας, πικροῦ θανάτου, καὶ τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν, δεόμεθά σου, ἐπάκουσον.

Ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ καὶ ἀπεκδεχομένου τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον, καὶ μέγα ἔλεος, ἱκετεύομέν σε, σπλαγχνίσθητι καὶ ἐλέησον.

Σῶσον ὁ θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐ-

que id fit ſingulis diebus in ſacra & divina Miſſa.

Poſt lectionem & doctrinam Diaconus dicit.

Dicamus omnes, Domine miſerere.

Domine omnipotens, Deus Patrum noſtrorum, oramus te, exaudi.

Ut pacem deſuper mittat, & ſervet animas noſtras, Dominum oremus.

Ut totus mundus pace, & omnes ſanctæ Dei Eccleſiæ unione fruantur, Dominum rogamus.

Ut ſerves ac faveas populo omni, qui Chriſtum amplectitur, te rogamus exaudi.

Ut liberes nos ab omni tribulatione, ira, periculo, ac neceſſitate, captivitate, morte amara, & iniquitatibus noſtris, te rogamus, exaudi.

Pro populo circumſtante, & expectante à te largam & magnam miſericordiam, ſupplices oramus te, ut effundas in eum viſcera miſericordiæ tuæ.

Salvum fac Deus populum tuum, & benedic hæreditati tuæ.

 Vi-

Viſita mundum tuum in miſericordia, & miſerationibus tuis.

Extolle cornu Chriſtianorum præcioſæ, & vivificæ crucis potentia.

Domine multum miſericors, te ſupplices oramus, exaudi nos te rogantes, & miſerere.

Populus dicit ter.

Domine miſerere.

Diaconus.

Oremus Dominum, ut peccata nobis dimittat, noſtriſque delictis det veniam, & liberet nos ab omni tribulatione, ira, periculo, & neceſſitate.

Ut dies omnes tranſigamus in perfectione, ſanctitate, & ſine peccato, omnes à Domino petamus.

Angelum pacis, fidelem ducem, cuſtodem animarum, & corporum noſtrorum, à Domino petamus.

Veniam & remiſſionẽ peccatorum ac delictorum noſtrorum, à Domino petamus.

Quæ bona & utilia ſunt animis noſtris, & corporibus, & ut pacem mundo

det,

εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου.

Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς.

Ὕψωσον κέρας χριστιανῶν τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου, καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ.

Ἱκετεύομέν σε πολυέλεε κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, καὶ ἐλέησον.

Ὁ Λαός. Ἐκ τρίτου.

Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Διάκονος.

Ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ συγχωρήσεως πλημμελημάτων, ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, κινδύνου, καὶ ἀνάγκης, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Τὴν ἡμέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον οἱ πάντες παρὰ τοῦ κυρίου διελθεῖν αἰτησώμεθα.

Ἄγγελον εἰρήνης, πιστὸν ὁδηγόν, φύλακα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ κυρίου αἰτησώμεθα.

Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ κυρίου αἰτησώμεθα.

Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ, παρὰ τοῦ κυρίου αἰτησώμεθα.

Τὸν

Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὑγείᾳ ἐκτελέσαι, παρὰ τοῦ κυρίου αἰτησώμεθα.

Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἀνώδυνα, ἀνεπαίσχυντα, καὶ καλὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ φρικτοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, αἰτησώμεθα.

Ὁ Ἱερεύς.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ εὐαγγελισμὸς καὶ ὁ φωτισμὸς, σωτὴρ καὶ φύλαξ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, ὁ θεὸς καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερενδόξου, δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων καὶ δικαίων, μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα.

Ὁ Λα-

det, à Domino petamus.

Ut reliquum vitæ noſtræ tempus in pace & bona valetudine peragamus, à Domino petamus.

Ut in Chriſtiana ſinceraque fide ad finem uſque ſine dolore, moleſtia, ac infamia, perſeveremus: & bonam defenſionem ante verendum tribunal Chriſti, á Chriſto petamus.

Sacerdos.

Tu enim es bona illa annunciatio, illuminatio, ſervator, & cuſtos animarum, & corporum noſtrorum, Deus & unigenitus tuus Filius, & Spiritus tuus ſanctiſſimus nunc, & ſemper.

Populus. Amen.

Sacerdos.

Commemorantes ſanctiſſimam, immaculatam, glorioſiſſimam dominam noſtram matrem Dei, & ſemper virginem Mariam, cum omnibus ſanctis, & juſtis, nos ipſos, & invicem, & omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Po-

Populus. Tibi Domine.

Sacerdos.

Deus, qui ſanctis ac divinis ſalutaribuſque oraculis tuis, nos inſtituiſti, illumina noſtras animas, qui peccatores ſumus, ut quæ prædicta ſunt, aſſequi poſſimus, nec auditores tantum ſpiritualium canticorum cernamur, ſed & bonorum operum factores, fidemque præſtemus non ſimulatam, vitam inculpabilem, & converſationem irreprehenſam.

Exclamatio.

In Chriſto Jeſu Domino noſtro, cum quo benedictus es, cum ſancto, bono, & vivifico Spiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſecula.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus.

Et Spiritui tuo.

Diaconus.

Capita noſtra Domino inclinemus.

Populus. Tibi Domine.

Sa-

Ὁ Λαός. Σοὶ κύριε.

Ὁ Ἱερεύς.

Ὁ ἐνηχήσας ἡμᾶς θεὸς τὰ θεῖά σου λόγια καὶ σωτήρια, φώτισον τὰς ψυχὰς ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς τὴν τῶν προλεχθέντων κατάληψιν, ὡς μὴ μόνον ἀκροατὰς ὀφθῆναι τῶν πνευματικῶν, ἀλλὰ καὶ ποιητὰς πράξεων ἀγαθῶν, πίστιν μετερχομένους ἀνύπουλον, βίον ἄμεμπτον, πολιτείαν ἀνέγκλητον.

Ἐκφώνησις.

Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Λαός.

Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ Διάκονος.

Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν.

Ὁ Λαός. Σοὶ κύριε.

Ὁ Ἱε-

Ὁ Ἱερεὺς ἐπεύχεται λέγων.

Δέσποτα ζωοποιὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν χορηγὲ, ὁ δοὺς τοῖς ἀνθρώποις τὴν μακαρίαν ἐλπίδα τῆς αἰωνίου ζωῆς, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, καταξίωσον ἡμᾶς ἐν ἁγιασμῷ καὶ ταύτην σοι τὴν θείαν ἐπιτελέσαι λειτουργίαν, εἰς ἀπόλαυσιν τῆς μελλούσης μακαριότητος.

Ἐκφώνησις.

Ὅπως ὑπὸ τοῦ κράτους σου πάντοτε φυλαττόμενοι, καὶ εἰς φῶς ἀληθείας ὁδηγούμενοι, σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμπωμεν, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Διάκονος.

Μή τις τῶν κατηχουμένων, μή τις τῶν ἀμυήτων, μή τις τῶν μὴ δυναμένων ἡμῖν συνδεηθῆναι, ἀλλήλους ἐπίγνωτε, τὰς θύρας. ὀρθοὶ πάντες. Ἔτι τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Sacerdos orat, dicens:

Domine vivificans, & bonorum ſuppeditator, qui hominibus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, beatam ſpem vitæ æternæ dediſti, dignos nos facito, qui in ſanctitate hoc quoque tibi divinum ſacrum perficiamus, ut futura beatitudine perfruamur.

Exclamatio.

Ut ſub tua potentia ſemper protecti, & in lucem veritatis deducti, tibi glcriam & gratiarum actionem referamus, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper.

Populus. Amen.

Diaconus.

Nullus catechumenorum, nullus eorum, qui nondum initiati ſunt ad ſacra, nullus eorum qui orare nobiſcum non poſſunt, ingrediatur. Recognoſcite vos invicem. Ad fores, omnes recti. Deum rurſus oremus.

Sacerdos (dicit) orationem incenſi.

Domine omnipotens Rex gloriæ, Deus qui omnia noſti antequam ea fiant, adſis nobis in hac ſancta hora, te invocantibus, & redime nos ab infamia peccatorum, expurga mentem noſtram & cogitationes ab impuris cupiditatibus ac impoſtura mundi, omnique diabolica ſuggeſtione, & ſuſcipe de manu noſtra, qui peccatores ſumus, hunc ſuffitum, quemadmodum accepiſti ea quæ Abel; Noe, Aaron, & Samuel, ac Sancti tui omnes obtulerunt: ab omni mala re nos liberans, & ſervans, ut tibi ſemper grati ſimus, te adoremus, glorificemus Patrem, unigenitumque Filium tuum, & Spiritum tuum ſanctum, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Ὁ Ἱερεὺς, εὐχὴν τοῦ θυμιάματος.

Δέσποτα παντοκράτορ, βασιλεῦ τῆς δόξης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, αὐτὸς πάρεσον ἡμῖν ἁγίᾳ ταύτῃ ἐπικαλουμένοις σε· καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἀπὸ αἰσχύνης παραπτωμάτων. κάθαρον ἡμῶν τὸν νοῦν καὶ τὰ φρονήματα ἀπὸ μιαρῶν ἐπιθυμιῶν καὶ κοσμικῆς ἀπάτης, καὶ πάσης διαβολικῆς ἐνεργείας. καὶ πρόσδεξαι ἐκ χειρὸς ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ θυμίαμα τοῦτο, ὡς προσδέξω τὴν προσφορὰν Ἄβελ καὶ Νῶε, καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, ῥυόμενος ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, καὶ σώζων εἰς τὸ πάντοτε εὐαρεστεῖν καὶ προσκυνεῖν καὶ δοξάζειν σε τὸν πατέρα καὶ τὸν μονογενῆ σου υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Et inchoant lectores hymnum Cherubicum.

Sileat omnis humana ac mortalis caro, ſtetque cum metu & tremore, ac nihil terreſtre apud ſe ipſam cogitet:

Καὶ ἄρχονται οἱ ἀναγνῶσται τοῦ χερουβικοῦ.

Σιγησάτω πᾶσα σὰρξ βροτεία, καὶ στήτω μετὰ φόβου καὶ τρόμου, καὶ μηδὲν γήινον ἐν ἑαυτῇ λογιζέσθω. ὁ γὰρ

ὁ γὰρ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, προέρχεται σφαγιασθῆναι, καὶ δοθῆναι εἰς βρῶσιν τοῖς πιστοῖς. προηγοῦνται δὲ τούτου οἱ χοροὶ τῶν ἀγγέλων μετὰ πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, τὰ πολυόμματα χερουβὶμ, καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα σεραφὶμ, τὰς ὄψεις καλύπτοντα, καὶ βοῶντα τὸν ὕμνον ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα.

Ὁ Ἱερεὺς εἰσάγων τὰ ἅγια δῶρα, λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ὁ Θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον τὴν τροφὴν τοῦ παντὸς κόσμου, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν ἐξαποστείλας σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν, καὶ εὐεργέτην εὐλογοῦντα, καὶ ἁγιάζοντα ἡμᾶς, αὐτὸς εὐλόγησον τὴν πρόθεσιν ταύτην, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς τὸ ὑπερουράνιόν σου θυσιαστήριον. μνημόνευσον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, τῶν προσενεγκάντων, καὶ δι᾽ οὓς προσήγαγον. καὶ ἡμᾶς ἀκατακρίτους διαφύλαξον ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τῶν θείων σου μυστηρίων, ὅτι ἡγίασται καὶ δεδό-

tet: Rex enim regnantium, & Dominus dominantium, Chriſtus Deus noſter, progreditur ut immoletur, ac detur in cibum fidelibus: ipſum autem antecedunt angelorum chori cum omni imperio & potentia, Cherubim multorum oculorum, ac Seraphim ſex alarum, facieſque velantia, & cum clamore canentia hymnum, Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Sacerdos adferens ſancta dona, hanc Orationem dicit.

Deus, Deus noſter, qui panem cœleſtem, cibum univerſi mundi, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum demiſiſti: ſervatorem, redemptoremque ac benefactorem, benedicentem, & ſanctificantem nos, ipſe benedic huic oblationi, & eam admitte ad ſupercœleſte Altare tuum: memento, ut bonus & hominum amator, eorum qui obtulerunt & propter quos obtulerunt: noſque conſerves inſontes, & inculpatos in hac ſacra tuorum divinorum myſteriorum operatio-

ne, quoniam ſanctificatum eſt, ac glorificatum, venerandum omni ex parte, & magnificum nomen tuum, Patris & Filii, & Spiritus ſancti, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus.

Domine, benedicito.

Sacerdos.

Benedictus Deus, benedicens, & ſanctificans nos omnes in hac oblatione divinorum, & ab omni labe mundorum myſteriorum, & in quiete & tranquillitate beatas componens animas cum ſanctis & juſtis, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Diaconus.

Sapienter attendamus.

Incipit Sacerdos.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cęli & terræ: & in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei. *Et reliqua ſimboli fidei*.

De-

ξασαι τὸ πάντιμον, καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ Ἱερεὺς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ Διάκονος.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ Ἱερεὺς.

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ εὐλογῶν, καὶ ἁγιάζων πάντας ἡμᾶς ἐπὶ τῇ προθέσει τῶν θείων, καὶ ἀχράντων μυστηρίων, καὶ τὰς μακαρίας ψυχὰς ἀναπαύων μετὰ ἁγίων καὶ δικαίων, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ Διάκονος.

Ἐν σοφίᾳ πρόσχωμεν.

Ἄρχεται ὁ Ἱερεὺς.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως.

Ἐπα-

Ἔπειτα ἐπεύχεται κλίνας τὸν αὐχένα.

Ὁ πάντων θεὸς καὶ δεσπότης ἀξίους ἡμᾶς ἀπέργασαι τῆς ὥρας ταύτης τοὺς ἀναξίους φιλάνθρωπε· ἵνα καθαρεύοντες παντὸς δόλου, καὶ πάσης ὑποκρίσεως, ἑνωθῶμεν ἀλλήλοις τῷ τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ, βεβαιούμενοι τῷ τῆς σῆς θεογνωσίας ἁγιασμῷ, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ὁ Διάκονος.

Στῶμεν καλῶς, στῶμεν εὐλαβῶς, στῶμεν μετὰ φόβου θεοῦ καὶ καταύξεως. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Ἱερεύς.

Ὅτι θεὸς εἰρήνης, ἐλέους, ἀγάπης, οἰκτιρμῶν, καὶ φιλανθρωπίας ὑπάρχεις σύ, καὶ ὁ μονογενής σου υἱός, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ Λα-

Deinde orat, cervice inclinata.

Deus univerſorum, & Domine, indignos nos, hac hora dignos redde benigniſſime, ut puri & mundi ab omni dolo, & omni ſimulatione, in unum conjungamur invicem ad pacis ac charitatis vinculo, confirmati ſanctificatione divinæ tui cognitionis, per unigenitum Filium tuum, Dominum & Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, cum quo benedictus es cum ſancto, bono & vivificatore Spiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Diaconus.

Stemus honeſte, ſtemus reverenter, ſtemus cum timore Dei, & cum cordis compunctione. In pace Dominum oremus.

Sacerdos.

Quoniam Deus es pacis, miſericordiæ, dilectionis, commiſerationis, & humanitatis, Tu & unigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus ſanctus, nunc, & ſemper.

 Po-

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et Spiritui tuo.

Diaconus.

Oſculemur nos invicem ſancto oſculo. Capita noſtra Domino inclinemus.

Sacerdos, inclinans ſe, hanc Orationem dicit.

Tu qui ſolus es Dominus, & miſericors Deus, inclinantibus cervices ſuas coram ſancto altari, & petentibus a te dona ſpiritalia, emitte gratiam tuam bonam, & benedic omnibus nobis omni benedictione ſpiritali, & quæ adimi non poſſit, qui in altis habitas, & humilia reſpicis.

Exclamatio.

Quoniam laudabile, adorabile, & pergloriosum eſt nomen tuum ſanctiſſimum, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Diaconus.

Domine benedic.

Sacerdos.

Dominus benedicet, & una

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ Διάκονος.

Ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν.

Ὁ Ἱερεὺς ἐπικλινόμενος λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ὁ μόνος κύριος καὶ ἐλεήμων θεός, τοῖς κλίνουσι τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας ἐνώπιον τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ ἐπιζητοῦσι τὰς παρὰ σοῦ πνευματικὰς δωρεάς, ἐξαπόστειλον τὴν χάριν σου τὴν ἀγαθὴν καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ καὶ ἀναφαιρέτῳ, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν καὶ ταπεινὰ ἐφορῶν.

Ἐκφώνησις.

Ὅτι αἰνετὸν καὶ προσκυνητὸν καὶ ὑπερένδοξον ὑπάρχει τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ Διάκονος.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ κύριος εὐλογήσει, καὶ συνδια-

διακονήσει πᾶσιν ἡμῖν τῇ αὐτοῦ χάριτι, καὶ φιλανθρωπίᾳ.

Καὶ πάλιν.

Ὁ κύριος εὐλογήσει, καὶ ἀξίους ποιήσει τῆς παραστάσεως τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, πάντοτε νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Καὶ πάλιν.

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ εὐλογῶν, καὶ ἁγιάζων πάντας ἡμᾶς ἐπὶ τῇ παραστάσει, καὶ ἱερουργίᾳ τῶν ἀχράντων αὐτοῦ μυστηρίων, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ Διάκονος ποιεῖ Καθολικὴν συναπτήν.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Ὁ Λαός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Διάκονος.

Σῶσον, ἐλέησον, οἰκτείρησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ σῇ χάριτι.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης καὶ θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κό-

σμου,

una miniſtrabit nobiſcum omnibus, & gratia ſua & benignitate.

Et rurſus.

Dominus benedicet, & dignos nos faciet, qui aſſiſtamus ſancto altari, nunc & ſemper, & in ſecula.

Et rurſus.

Benedictus Deus, qui benedicit & ſanctificat nos omnes qui aſſiſtimus, & operamur immaculatis ipſius myſteriis, nunc & ſemper & in ſecula.

Diaconus Collectam catholicam & univerſalem facit,

In pace dominum oremus.
Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Serva, miſerere, commiſerare, ac cuſtodi nos Deus tua gratia.

Ut mittat Deus de cœlo pacem, & ut nobis benignus ſit, animaſque noſtras ſervet, Dominum oremus.

Pro pace totius Mundi & unione omnium ſanctarum

Dei

Dei Eccleſiarum, Dominum oremus.

Pro iis qui ſunt utiles, & præclara opera exequuntur in ſanctis Dei Eccleſiis, qui pauperes commendatos habent, viduas, & orphanos, peregrinos, & indigentes, & qui nobis mandarunt ut memoriam eorum haberemus in orationibus, Dominum oremus.

Pro Senibus & imbecillis, infirmis, laborantibus & iis qui infeſtantur ab immundis ſpiritibus, ut Deus celeriter ſanitatem & ſalutem eis mittat, Dominum oremus.

Pro iis, qui in virginitate & caſtitate, in monaſteriis, ac in venerando connubio degunt, & pro ſanctis Patribus & fratribus, qui in montibus, ſpeluncis, & foraminibus terræ exercentur. Dominum oremus.

Pro navigantibus, iter facientibus, peregrinantibus Chriſtianis, ac pro fratribus noſtris, qui in captivitate, exilio, carcere, & ſervitute agunt, ut in pace revertantur, Dominum oremus.

Pro

σμου, καὶ ἑνώσεως πάντων τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις, μεμνημένων τῶν πενήτων, χηρῶν καὶ ὀρφανῶν, ξένων καὶ ἐπιδεομένων, καὶ τῶν ἐνταλαμένων ἡμῖν, ὥστε μνημονεύειν αὐτῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν ἐν γήρᾳ, καὶ ἀδυναμίᾳ ὄντων, νοσούντων, καμνόντων, καὶ τῶν ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένων, τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ταχείας ἰάσεως, καὶ σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν ἐν παρθενίᾳ, καὶ ἁγνείᾳ, καὶ ἀσκήσει, καὶ ἐν σεμνῷ γάμῳ διαγόντων, καὶ τῶν ἐν ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς ἀγωνιζομένων ὁσίων πατέρων τε, καὶ ἀδελφῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων, ξενιτευόντων χριστιανῶν, καὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίαις, καὶ ἐξορίαις, καὶ ἐν

φυ-

φυλακαῖς, καὶ πικραῖς δουλείαις ὄντων ἀδελφῶν ἡμῶν, εἰρηνικῆς ἐπανόδου αὐτῶν τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ συγχωρήσεως πλημμελημάτων ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, κινδύνου καὶ ἀνάγκης, καὶ ἐπαναστάσεως ἐχθρῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, ὄμβρων εἰρηνικῶν, δρόσων ἀγαθῶν, καρπῶν εὐφορίας, τελείας εὐετηρίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου τοῦ ἐνιαυτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν παρόντων, καὶ συνευχομένων ἡμῖν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ ὥρᾳ, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ, πατέρων τε καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, σπουδῆς, καμάτου, καὶ προθυμίας αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς χριστιανῆς θλιβομένης, καὶ καταπονουμένης, ἐλέους, καὶ βοηθείας θεοῦ ἐπιδεομένης, καὶ ἐπιστροφῆς τῶν πεπλανημένων, ὑγείας τῶν ἀσθενούντων, καὶ ἀναῤῥύσεως τῶν αἰχμαλώτων, ἀναπαύσεως τῶν προκεκοι-

μη-

Pro remiſſione peccatorum, & pro venia erratorum noſtrorum, & ut liberemur ab omni tribulatione, ira, periculo, & neceſſitate, & inſultu hoſtium, Dominum oremus.

Ut aerem temperatum reddat, pluvias lenes, rores benignos, fructuum magnam vim, & ut annus plenam nobis omnium rerum copiam ſuppeditet, & totius anni curriculo fructus nobis abundent, Dominum oremus.

Pro omnibus patribus, & fratribus noſtris, præſentibus, & nobiſcum orantibus in hac ſancta hora, & omni tempore, ut ſtudioſi, laborioſi, alacres, ac diligentes ſint, Dominum oremus.

Pro omni anima Chriſtiana afflicta, & vexata, miſericordiæ & auxilii Dei indigente, & ut errantes revertantur, & redeant ad pietatem, ut infirmi convaleſcant, captivi liberentur, patreſque ac fratres noſtri qui ante objerunt, in pace

re-

requieſcant Dominum oremus.

Ut oratio noſtra exaudiatur, & accepta ſit coram Deo, & ut mittat nobis largam miſericordiam, & commiſerationem ſuam, Dominum oremus.

Commemorationem agamus ſanctiſſimæ, immaculatæ, glorioſiſſimæ, benedictæ, dominæ noſtræ matris Dei, & ſemper virginis Mariæ, ac omnium ſanctorum & juſtorum, ut precibus atque interceſſionibus eorum omnes miſericordiam conſequamur.

Pro propoſitis precioſis, cœleſtibus, ineffabilibus, immaculatis, glorioſis, reverendis, horrendis, & divinis donis, & ut ſervet præſentem ſacerdotem qui ea offert, Dominum Deum ſupplices imploremus.

Populus. Domine miſerere. *Ter.*

Deinde ſignacula Crucis Sacerdos facit ſuper dona, & ſtans, apud ſe ſic dicit.

Gloria in excelſis Deo, &

in

μνημένων, πατέρων τε καὶ ἀδελφῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ εἰσακουσθῆναι, καὶ εὐπρόσδεκτον γενέσθαι τὴν δέησιν ἡμῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ καταπεμφθῆναι ἡμῖν πλούσια τὰ ἐλέη καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερενδόξου, εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν, θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ δικαίων μνημονεύσωμεν, ὅπως εὐχαῖς, καὶ πρεσβείαις αὐτῶν οἱ πάντες ἐλεηθῶμεν.

Καὶ ὑπὲρ τῶν προκειμένων τιμίων, ἐπουρανίων, ἀῤῥήτων, ἀχράντων, ἐνδόξων, φοβερῶν, φρικτῶν, θείων δώρων, καὶ σωτηρίας τοῦ παρεστῶτος καὶ προσφέροντος αὐτὰ ἱερέως, κύριον τὸν θεὸν ἱκετεύσωμεν.

Ὁ Λαὸς. Κύριε ἐλέησον. ἐκ τρίτου.

Εἶτα σφραγίζει τὰ δῶρα ὁ ἱερεὺς, καὶ ἱστάμενος λέγει καθ' ἑαυτὸν οὕτως.

Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ

γῆς

γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

ἐκ τρίτου.

Κύριε τὰ χείλη μου ἀνοίξεις, καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου.

ἐκ τρίτου.

Πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεώς σου κύριε, ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου.

ἐκ τρίτου.

Τοῦ πατρός. Ἀμήν. Καὶ τοῦ υἱοῦ. Ἀμήν. Καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἀμήν. Νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Καὶ ἐπικλινόμενος ἔνθεν καὶ ἔνθεν, λέγει.

Μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοί, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό.

Καὶ Ἀποκρίνονται Ἐπικλινόμενοι.

Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.

Εἶτα ὁ Ἱερεὺς διεξοδικῶς.

Ὁ ἐπισκεψάμενος ἡμᾶς ἐν ἐ-

in terra pax, hominibus bona voluntas.

Ter.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

Ter.

Impleatur os meum laude tua Domine, ut celebrem gloriam tuam, tota die magnificentiam tuam.

Ter.

Patris. Amen. Filii. Amen. Et Spiritus ſancti. Amen. nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Et inclinans ſe hinc & inde, dicit:

Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum. *

Et reſpondent.

Spiritus ſanctus veniet ſuper te, virtus altiſſimi obumbrabit tibi.

Deinde Sacerdos diffuſe. **

Domine Domine, qui viſita-

* junctim. ** alta voce.

ſitaſti nos in miſericordia & commiſeratione, & nobis abjectis peccatoribus ac indignis ſervis tuis, conceſſiſti, ut confidentes accederemus ad ſanctum altare tuum, & offerremus tibi verendum hoc & incruentum ſacrificium pro noſtris peccatis, & ignorantiis populi, reſpice in me ſervum tuum inutilem, & dele per viſcera miſericordiæ tuæ delicta, & pura redde labia mea, & cor ab omni inquinatione carnis & ſpiritus, & averte à me omnem cogitationem turpem, & inſipientem, & idoneum me fac virtute Spiritus tui ſanctiſſimi ad hoc ſacrum miniſterium, & recipe me tua bonitate accedentem ad ſanctum altare tuum. Et placeat tibi Domine, ut hæc quæ offerimus dona manibus noſtris, accepta tibi ſint, meiſque infirmitatibus condones: & ne me proiicias à facie tua, neque meam indignitatem averſeris, ſed miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecun-

dum

λέοις καὶ οἰκτιρμοῖς, δέσποτα κύριε, καὶ χαρισάμενος παῤῥησίαν ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀναξίοις σου, παρεστάναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσφέρειν σοι τὴν φοβερὰν ταύτην καὶ ἀναίμακτον θυσίαν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ τὸν ἀχρεῖον δοῦλόν σου, καὶ ἐξάλειψον τὰ παραπτώματα διὰ τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν. καὶ καθάρισόν μου τὰ χείλη καὶ τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. Καὶ ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ πάντα λογισμὸν αἰσχρόν τε καὶ ἀσύνετον καὶ ἱκάνωσόν με τῇ δυνάμει τοῦ παναγίου σου πνεύματος εἰς τὴν λειτουργίαν ταύτην. καὶ πρόσδεξαί με διὰ τὴν ἀγαθότητά σου, προσεγγίζοντα τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ εὐδόκησον κύριε δεκτὰ γενέσθαι τὰ προσαγόμενα ταῦτα δῶρα διὰ τῶν ἡμετέρων χειρῶν, συγκαταβαίνων ταῖς ἐμαῖς ἀσθενείαις, καὶ μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, μηδὲ βδελύξῃ τὴν ἐμὴν ἀναξιότητα. ἀλλ' ἐλέησόν με κατὰ τὸ μέγα ἔλεός

σου,

σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου παρένεγκε τὰ ἀνομήματά μου, ἵνα ἀκατακρίτως προσελθὼν κατενώπιον τῆς δόξης σου, καταξιωθῶ τῆς σκέπης τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τῆς ἐλλάμψεως τοῦ παναγίου πνεύματος, καὶ μὴ ὡς δοῦλος ἁμαρτίας ἀποδόκιμος γένωμαι, ἀλλ᾽ ὡς δοῦλος σὸς εὕρω χάριν καὶ ἔλεος καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐν τῷ νῦν καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. ναὶ δέσποτα παντοκράτορ, παντοδύναμε κύριε, εἰσάκουσον τῆς δεήσεώς μου· σὺ γὰρ εἶ ὁ τὰ πάντα ἐνεργῶν ἐν πᾶσι, καὶ τὴν παρά σου πάντες ἐπιζητοῦμεν ἐπὶ πᾶσι βοήθειάν τε καὶ ἀντίληψιν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ζωοποιοῦ καὶ ὁμουσίου πνεύματος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ο θεὸς ὁ διὰ πολλὴν καὶ ἄφατον φιλανθρωπίαν ἐξαποστείλας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν εἰς τὴν κόσμον, ἵνα τὸ πεπλανημένον ἐπαναστρέψῃ πρόβατον, μὴ ἀποστραφῇς ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐγχειροῦντάς σου τῇ φοβερᾷ ταύτῃ καὶ ἀ-

dum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitates meas, ut inculpate accedens ante gloriam tuam, dignus ſim, qui operiar protectione unigeniti filii tui, & illuminatione Spiritus tui ſanctiſſimi, nec ut ſervus peccati reprobus fiam, ſed ut ſervus tuus gratiam inveniam, & miſericordiam, ac peccatorum remiſſionem coram te, nunc, & in futuro ſeculo. Næ Dominator omnipotens, & omnibus viribus prædite, Domine, exaudi orationem meam: tu es enim qui omnia in omnibus agis, & abs te omnes quærimus in omnibus auxilium & ſubſidium, & ab unigenito filio tuo, & a bono vivificante, & conſubſtantiali Spiritu nunc, & in ſecula.

Deus, qui propter magnum atque ineffabilem erga homines amorem, miſiſti Filium tuum unigenitum in mundum, ur ovem errantem reduceret, ne averſeris nos peccatores, verendum hoc, & incruentum

ſacrificium attrectantes: non enim noſtra juſtitia confidimus, ſed benigna miſericordia tua, qua genus noſtrum redimis, ſupplicamus, & imploramus bonitatem tuam, ne myſterium hoc, quod ad ſalutem nobiſ diſpenſatum eſt, in condemnationem populo ſit, ſed in abolitionem peccatorum, ac animarum, & corporum renovationem, utque Deo & Patri gratum ſit, per miſericordiam & humanitatem unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es cum ſanctiſſimo, bono, & vivificante Spiritu tuo, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Domine Deus qui nos creaſti, & in hanc vitam protuliſti, qui nobis viam ad ſalutem oſtendiſti, & benigne nobis myſteria cœleſtia detexiſti, quique nos huic miniſterio præfeciſti in virtute ſanctiſſimi Spiritus tui: placeat tibi Domine, ut nos miniſtri ſimus tui novi Teſtamenti, ac ſacrificii immaculatorũ tuorum myſteriorum: & admitte nos

ac-

ναμάκτῳ θυσίᾳ. οὐ γὰρ ἐπὶ ταῖς δικαιοσύναις ἡμῶν πεποιθότες ἐσμὲν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου τῷ ἀγαθῷ δι᾽ οὗ τὸ γένος ἡμῶν περιποιῇ. ἱκετεύομεν καὶ παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἵνα μὴ γένηται εἰς κατάκριμα τῷ λαῷ σου τὸ οἰκονομηθὲν ἡμῖν τοῦτο πρὸς σωτηρίαν μυστήριον, ἀλλ᾽ εἰς ἐξάλειψιν ἁμαρτιῶν, εἰς ἀνανέωσιν ψυχῶν καὶ σωμάτων, εἰς εὐαρέστησίν σου τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐν ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Κύριε ὁ θεὸς ὁ κτίσας καὶ ἀγαγὼν εἰς τὴν ζωὴν, ὁ ὑποδείξας ἡμῖν ὁδοὺς εἰς σωτηρίαν, ὁ χαρισάμενος ἡμῖν οὐρανίων μυστηρίων ἀποκάλυψιν, καὶ θέμενος ἡμᾶς εἰς τὴν διακονίαν ταύτην ἐν τῇ δυνάμει τοῦ παναγίου σου πνεύματος, εὐδόκησον, δέσποτα, γενέσθαι ἡμᾶς διακόνους τῆς καινῆς σου διαθήκης, λειτουργοὺς τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, καὶ πρόσδεξαι ἡμᾶς προσεγγίζον-

ζον-

ζοντας τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου· ἵνα ἄξιοι γενώμεθα τοῦ προσφέρειν σοι δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ τε ἑαυτῶν καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων· καὶ δὸς ἡμῖν, κύριε, μετὰ παντὸς φόβου καὶ συνειδήσεως καθαρᾶς προσκομίσαι σοι τὴν πνευματικὴν ταύτην καὶ ἀναίμακτον θυσίαν, ἣν προσδεξάμενος εἰς τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς ἀντικατάπεμψον ἡμῖν τὴν χάριν τοῦ παναγίου σου πνεύματος. καὶ ὁ θεὸς ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἔπιδε ἐπὶ τὴν λογικὴν λατρείαν ἡμῶν ταύτην, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν ὡς προσεδέξω Ἄβελ τὰ δῶρα, Νῶε τὰς θυσίας, Μωσέως καὶ Ἀαρὼν τὰς ἱερωσύνας, Σαμουὴλ τὰς εἰρηνικάς, Δαβὶδ τὴν μετάνοιαν, Ζαχαρίου τὸ θυμίαμα· ὡς προσεδέξω ἐκ χειρὸς τῶν ἀποστόλων σου τὴν ἀληθινὴν ταύτην λατρείαν, οὕτω πρόσδεξαι καὶ ἐκ χειρῶν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐν τῇ χρηστότητί σου· καὶ δὸς γενέσθαι τὴν προσφορὰν ἡμῶν εὐπρόσδεκτον, ἡγιασμένην,

ἐν

accedentes ad ſanctum tuum altare, ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, ut digniſſimus, qui offeramus tibi munera, & ſacrificium pro nobis, & pro iis, quæ populus per ignorantiam admiſit: daque nobis, Domine, ut tibi cum omni metu, ac pura conſcientia hoc ſacrificium ſpiritale, atque incruentum offeramus: quod ubi admiſeris in ſanctum, ſuper cœleſte, ac intellectuale tuum altare, in odorem ſuavitatis ſpiritalis, viciſſim mitte nobis gratiam Spiritus ſanctiſſimi, ò Deus reſpice in nos, & ad noſtrum hoc rationale obſequium intuere, idque accipe ut Abel dona accepiſti, Noe ſacrificia, Moſis & Aaronis ſacerdotia, Samuelis pacifica, Davidis pœnitentiam, Zachariæ incenſum: ut de manu Apoſtolorum tuorum verum hunc cultum accepiſti, ita quoque è manibus noſtris qui peccatores ſumus, recipe munera hæc propoſita per tuam benignitatem: & fac ut oblatio noſtra grata, &

ac-

acceptabilis ſit per Spiritum ſanctum ſanctificata, in propitiationem peccatorum noſtrorum, & eorum quæ populus per ignorantiam admiſit; & in requiem animarum eorum, qui ante nos dormierunt: ut & nos abjecti, & peccatores, & indigni ſervi tui, digni habiti, qui ſine dolo miniſtremus ſancto altari tuo, mercedem accipiamus fidelium, & prudentium diſpenſatorum, gratiamque inveniamus, & miſericordiam in die illa tremenda retributionis tuæ juſtæ, & bonæ.

ἐν πνεύματι ἁγίῳ, εἰς ἐξίλασμα τῶν ἡμετέρων πλημμελημάτων καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν τῶν προκεκοιμημένων ψυχῶν· ἵνα καὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ καὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνάξιοι δοῦλοί σου, καταξιωθέντες ἀδόλως λειτουργεῖν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, λάβωμεν τὸν μισθὸν τῶν πιστῶν καὶ φρονίμων οἰκονόμων, καὶ εὕρωμεν χάριν καὶ ἔλεος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ φοβερᾷ τῆς ἀνταποδόσεώς σου τῆς δικαίας, καὶ ἀγαθῆς.

Oratio velaminis.

Gratias tibi, ò Domine Deus noſter agimus, quod nobis fiduciam dederis ad ingreſſum ſanctorum tuorum: quam renovaſti nobis viam recentem, & viventem, per velamen carnis Chriſti tui. Dignos igitur cum nos feceris qui ingrediamur in locum tabernaculi gloriæ tuæ, ſimuſque intra illud velum, & aſpiciamus ſancta ſanctorum, flecti-

Εὐχὴ τοῦ καταπετάσματος.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἔδωκας ἡμῖν παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων σου, ἣν ἀνεκαίνισας ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος τῆς σαρκὸς τοῦ χριστοῦ σου. καταξιωθέντες οὖν εἰσελθεῖν εἰς τόπον σκηνώματος δόξης σου, ἔσω τε γενέσθαι τοῦ καταπετάσματος, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων κατοπτεῦσαι, προσπίπτομεν τῇ σῇ ἀγαθότητι· δέσπο-

σποτα ἐλέησον ἡμᾶς· ἐπειδὴ ἔμφοβοι καὶ ἔντρομοί ἐσμεν, μέλλοντες παρεστάναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσφέρειν τὴν φοβερὰν ταύτην καὶ ἀναίμακτον θυσίαν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνομάτων· ἐξαπόστειλον, ὁ θεός, τὴν χάριν σου τὴν ἀγαθὴν καὶ ἁγίασον ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ πνεύματα. καὶ ἀλλοίωσον ἡμῶν τὰ φρονήματα πρὸς εὐσέβειαν ἵνα ἐν καθαρῷ συνειδήτι προσφέρωμέν σοι ἔλεον εἰρήνης, θυσίαν αἰνέσεως.

Ἐκφώνησις.

Ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Διάκονος.

Στῶμεν εὐλαβῶς, στῶμεν μετὰ φόβου θεοῦ καὶ κατανύξεως. προσχῶμεν τῇ ἁγίᾳ ἀναφορᾷ, εἰρήνην τῷ θεῷ προσφέρειν.

Ὁ

ctimus genua ad tuam bonitatem, Domine miſerere noſtri, quandoquidem veremur ac tremimus, quum tuum ſanctum altare nobis accedendum eſt & offerendum ſacrificium hoc verendum, & incruentum pro noſtris peccatis, & pro iis, quæ populus per ignorantiam admiſit. Emitte, ò Deus tuam bonam gratiam, & ſanctifica animas noſtras, corpora, ſpirituſque: & converte cogitationes noſtras ad pietatem, ut in pura conſcientia, tibi oleum pacis offeramus, ſacrificium laudis.

Exclamatio.

Per miſericordiam & benignitatem unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es, cum ſancto, bono, & vivificatore Spiritu tuo, nunc, & ſemper.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus.

Stemus honeſte, ſtemus reverenter, ſtemus cum timore Dei, & compunctione: attenti ſimus divinæ oblationi, ut Deo pacem offeramus.

Po-

Populus.

Oleum pacis, ſacrificium laudis.

Sacerdos.

Et revelans involucra ænigmatum, quæ ſymbolice hoc ſancto ſacrificio circumdantur, clare nobis oſtende: & imple oculos noſtri intellectus luce illa incomprehenſibili, & paupertatem noſtram purificatam ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, dignam effice, quæ accedat ad hoc verendum & horrẽdum miniſterium: quia mirum in modum benignus miſericors Deus es, & tibi gloriam, & gratiarum actionem referimus, Patri, & Filio, & ſancto Spiritui, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Deinde exclamat.

Charitas Domini & Patris, gratia Domini, & Filii, & communicatio, ac donum Spiritus ſancti, ſit cum omnibus vobis.

Populus.

Et cum ſpiritu tuo.

Ὁ Λαός.

Ἔλεον εἰρήνης, θυσίαν αἰνέσεως.

Ὁ Ἱερεύς.

Καὶ τὰ περικείμενα τῇ ἱερᾷ ταύτῃ τελετῇ συμβολικῶς ἀμφιάσματα τῶν αἰνιγμάτων ἀνακαλύψας, τηλαυγῶς ἡμῖν ἀνάδειξον· καὶ τὰς νοερὰς ἡμῶν ὄψεις τοῦ ἀπεριλήπτου φωτὸς πλήρωσον, καὶ καθάρας τὴν πτωχείαν ἡμῶν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἀξίαν ἀπέργασαι τῆς φοβερᾶς ταύτης καὶ φρικτῆς παραστάσεως· ὅτι ὑπερεύσπλαγχνος καὶ ἐλεήμων Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Εἶτα ἐκφωνεῖ.

Ἡ ἀγάπη τοῦ Κυρίου καὶ Πατρὸς, ἡ χάρις τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ἡμῶν.

Ὁ Λαός.

Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ἱερεύς.

Ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν, καὶ τὰς καρδίας.

Ὁ Λαός.

Ἄξιον καὶ δίκαιον.

Εἶτα ἐπεύχεται ὁ Ἱερεύς.

Ὡς ἀληθῶς ἄξιόν ἐστι καὶ δίκαιον, πρέπον τε καὶ ὀφειλόμενον, σὲ αἰνεῖν, σὲ ὑμνεῖν, σὲ εὐλογεῖν, σὲ προσκυνεῖν, σὲ δοξολογεῖν, σοὶ εὐχαριστεῖν τῷ πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου δημιουργῷ, τῷ θησαυρῷ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, τῇ πηγῇ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τῷ πάντων θεῷ καὶ δεσπότῃ· ὃν ὑμνοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. ἥλιός τε καὶ σελήνη, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἄστρων χορός. γῆ, θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἱερουσαλὴμ ἡ ἐπουράνιος πανήγυρις, ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς. πνεύματα δικαίων καὶ προφητῶν. ψυχαὶ μαρτύρων καὶ ἀποστόλων· ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαί τε καὶ ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις φοβεραί, καὶ τὰ χερουβὶμ πολυόμ-

Sacerdos.

Attolamus mentem, & corda.

Populus.

Dignum & juſtum eſt.

Deinde ſacerdos orat.

Vere dignum, & juſtum eſt, decens & debitum, ut Te laudemus, te hymnis celebremus, tibi benedicamus, te adoremus, tibi laudem decantemus, tibi gratias agamus omnis creaturæ viſibilis, ac inviſibilis opifici, theſauro æternorum bonorum, fonti vitæ, & immortalitatis, omnium Deo ac Domino: quem cœli, & cœli cœlorum laudibus celebrant, ac omnis virtus eorum: ſol & luna, univerſuſque aſtrorum chorus, terra, mare, & omnia quæ in eis ſunt: Hieruſalem cœleſtis congregatio, eccleſia primogenitorum deſcriptorum in cœlis: ſpiritus juſtorum & prophetarum: animæ Martyrum & Apoſtolorum, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, ac Virtutes tre-

mendæ, Cherubimque multos oculos habentia, & Seraphim ſex alis prædita, quæ duabus quidem alis operiunt facies ſuas: duabus vero pedes, & reliquis duabus volantia, clamant alterum ad alterum inceſſabili voce perpetuis laudibus.

Exclamatio.

Hymnum triumphalem tuæ magnificæ gloriæ, clara voce canentia, clamantia, glorificantia, vociferantia, ac dicentia.

Populus.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus ſabaoth, plenum cœlum & terra gloria tua, oſanna in excelſis.

Benedictus qui venit in nomine Domini, oſanna in excelſis.

Sacerdos ſignacula faciens crucis ſuper dona, dicit.

Sanctus es Rex ſeculorum, & omnis ſanctitatis Dominus & dator: Sanctus & unigenitus Filius tuus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, per quem omnia feciſti: Sanctus

ματα καὶ τὰ ἐξαπτέρυγα σεραφίμ, ἃ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατακαλύπτει τὰ πρόσωπα ἑαυτῶν, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶν ἱπτάμενα κέκραγε ἕτερον πρὸς ἕτερον ἀκαταπαύστοις στόμασιν, ἀσιγήτοις δοξολογίαις.

Ἐκφώνησις.

Τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τῆς μεγαλοπρεποῦς σου δόξης λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ᾄδοντα, βοῶντα, δοξολογοῦντα, κεκραγότα, καὶ λέγοντα.

Ὁ Λαός.

Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριε σαβαώθ. πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου, ὡσαννὰ ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὡσαννὰ ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

Ὁ Ἱερεὺς σφραγίζων τὰ δῶρα, λέγει.

Ἅγιος εἶ βασιλεῦ τῶν αἰώνων καὶ πάσης ἁγιωσύνης κύριος καὶ δοτήρ· ἅγιος καὶ ὁ μονογενής σου υἱός, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησας. ἅ-

γιον δὲ καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον τὸ ἐρευνῶν τὰ πάντα, καὶ τὰ βάθη σου τοῦ θεοῦ. ἅγιος εἶ παντοκράτορ, παντοδύναμε, ἀγαθὲ, φοβερὲ, εὔσπλαγχνε, ὁ συμπαθὴς μάλιστα περὶ τὸ πλάσμα τὸ σόν· ὁ ποιήσας ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα σὴν καὶ ὁμοίωσιν· ὁ χαρισάμενος αὐτῷ τὴν τοῦ παραδείσου ἀπόλαυσιν. παραβάντα δὲ τὴν ἐντολήν σου, καὶ ἐκπεσόντα, τοῦτον οὐ παρεῖδες, οὐδὲ ἐγκατέλιπες ἀγαθὲ, ἀλλ' ἐπαίδευσας αὐτὸν ὡς εὔσπλαγχνος πατὴρ, ἐκάλεσας αὐτὸν διὰ νόμου, ἐπαιδαγώγησας αὐτὸν διὰ τῶν προφητῶν. ὕστερον δὲ αὐτὸν τὸν μονογενῆ σου υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξαπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, ἵνα ἐλθὼν, τὴν σὴν ἀνανεώσῃ καὶ ἀνεγείρῃ εἰκόνα· ὃς κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου. συναναστραφεὶς τε τοῖς ἀνθρώποις, πάντα ᾠκονόμησε πρὸς σωτηρίαν τοῦ γένους ἡμῶν. μέλλων δὲ τὸν ἑκούσιον καὶ ζωοποιὸν διὰ σταυροῦ θάνατον ὁ ἀ-

να.

& ſpiritus tuus ſanctus, qui omnia perſcrutatur, etiam profunditates tuas, qui Deus es: ſanctus es omnipotens & in omnia poteſtatem habens, bone, reverende, miſericors, & compatiens maxime creaturæ tuæ, qui feciſti hominem ex terra ad imaginem & ſimilitudinē tuam: qui dediſti ei ut paradiſo frueretur: qui eum poſtquam tranſgreſſus eſt mandatum tuum, & lapſus eſt, non deſpexiſti, neque dereliquiſti, ò benigne, ſed correxiſti eum, ut miſericors pater, eum per legem vocaſti, per prophetas eum inſtituiſti: poſtremo autem, ipſum unigenitum Filium tuum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum demiſiſti in mundum, ut veniens tuam renovaret, atque exſuſcitaret imaginem: qui de cœlo deſcendit, & carne indutus eſt ex Spiritu ſancto, & Maria virgine, matreque Dei: qui converſatus cum omnibus, omnia diſpenſavit ad ſalutem generis noſtri: & qui voluntariam, & vivificans per cru-

cem,

cem, mortem, expers ipſe peccati pro nobis peccatoribus ſubiturus, nocte, qua tradebatur, vel potius ſeipſum tradebat pro vita & ſalute mundi.

Deinde ſacerdos panem manibus accipiens, dicit.

Accipiens panem in ſanctas, immaculatas, inculpabiles & immortales manus ſuas, in cœlum ſuſpiciens, ac Tibi Deo, & Patri oſtenden s, gratias agens, ſanctificans, frangens, dedit nobis diſcipulis ſuis, & Apoſtolis, dicens.

Diaconi dicunt.

In remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam.

Deinde exclamat.

Accipite, comedite: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur, & datur in remiſſionem peccatorum.

Populus. Amen.

Deinde accipit calicem, & dicit.

Similiter poſtquam cœnavit, accipiens calicem, & per-

ναμάρτητος ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καταδέχεσθαι, ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν παρεδίδου, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς καὶ σωτηρίας.

Εἶτα ὁ Ἱερεὺς τῇ χειρὶ τὸν ἄρτον καταχὼν, λέγει.

Λαβὼν τὸν ἄρτον ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων καὶ ἀμώμων καὶ ἀθανάτων αὐτοῦ χειρῶν, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀναδείξας σοὶ τῷ θεῷ καὶ πατρί. εὐχαριστήσας, ἁγιάσας, κλάσας, ἔδωκεν ἡμῖν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις εἰπών.

Λέγουσιν οἱ διάκονοι.

Εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Εἶτα ἐκφωνεῖ.

Λάβετε, φάγετε. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον καὶ διδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Εἶτα λαμβάνει τὸ ποτήριον, καὶ λέγει.

Ὡσαύτως μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λα-

λαβὼν τὸ ποτήριον. καὶ κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀναδείξας σοὶ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, εὐχαριστήσας, ἁγιάσας, εὐλογήσας, πλήσας πνεύματος ἁγίου, ἔδωκεν ἡμῖν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς εἰπὼν, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς διαθήκης τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχεόμενον, καὶ διαδιδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

permiſcens ex vino & aqua & aſpiciens in cœlum, ac oſtendens Tibi Deo, & Patri, gratias agens, ſanctificans, benedicens, implens Spiritu ſancto, dedit nobis diſcipulis ſuis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt ſanguis meus, novi teſtamenti, qui pro vobis & multis effunditur, & datur in remiſſionem peccatorum.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Populus. Amen.

Ὁ Ἱερεύς.

Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καταγγέλλετε, καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ὁμολογεῖτε, ἄχρις οὗ ἔλθῃ.

Sacerdos.

Hoc facite in meam commemorationem: quotieſcunque enim comederitis panẽ hunc, & hunc calicem biberitis, mortem filii hominis annunciatis, & reſurrectionem ejus confitemini, donec veniat.

Λεγόυσιν οἱ Διάκονοι.

Πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν.

Diaconus.

Credimus, & confitemur.

Ὁ Λαός.

Τὸν θάνατόν σου κύριε καταγγέλλομεν, καὶ τὴν ἀνάστασίν σου ὁμολογοῦμεν.

Populus.

Mortem tuam domine annunciamus, & reſurrectionem tuam confitemur.

Ὁ Ἱερεύς.

Μεμνημένοι οὖν καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρ-

Sacerdos.

Memores igitur, & nos pec-

peccatores paſſionum ejus vivificarum, crucis ſalutaris, ac mortis, ſepulchri, & reſurrectionis à mortuis tertio die, aſcenſionis in cœlos, & aſſeſſionis ejus ad dexteram tuam Dei & Patris, & ſecundi glorioſi, & tremendi ejus adventus, cum veniet cum gloria adjudicandum vivos & mortuos, cum reddet unicuique ſecundum opera ejus, offerimus tibi Domine, hoc ſacrificium venerandum, & incruentum, orantes, ne ſecundum peccata noſtra nobiſcum agas, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis, ſed ſecundum ęquitatem tuam & ineffabilem humanitatem tuam prætergrediens, atque delens chiropraphum illud, quod eſt contra nos famulos tuos, largire nobis cœleſtia, & æterna tua dona, quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparaſti, Deus, diligentibus te: neque propter me, & propter mea peccata re-

pu-

μαρτωλοὶ τῶν ζωοποιῶν αὐτοῦ παθημάτων, τοῦ σωτηρίου σταυροῦ, τοῦ θανάτου καὶ τῆς τριημέρου ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν σου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καθέδρας. καὶ τῆς δευτέρας ἐνδόξου καὶ φοβερᾶς αὐτοῦ παρουσίας, ὅταν ἔλθῃ μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκροὺς, ὅταν μέλλῃ ἀποδιδόναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, προσφέρομέν σοι δέσποτα τὴν φοβερὰν ταύτην καὶ ἀναίμακτον θυσίαν, δεόμενοι ἵνα μὴ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ποιήσῃς μεθ' ἡμῶν, μηδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταποδώσῃς ἡμῖν· ἀλλὰ κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν καὶ ἄφατόν σου φιλανθρωπίαν, ὑπερβὰς καὶ ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τῶν σῶν ἱκετῶν, χαρίσῃ ἡμῖν τὰ ἐπουράνια καὶ αἰώνιά σου δωρήματα, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ἃ ἡτοίμασας ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ μὴ διὰ ἐμὲ, καὶ διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας ἀθετήσῃς

τὸν

τον λαόν φιλάνθρωπε κύριε.

pudies populum benigne Domine.

Εἶτα λέγει ἐκ τρίτου.

Ο γὰρ λαός σου καὶ ἡ ἐκκλησία σου ἱκετεύουσί σε.

Deinde dicit, ter repetens.

Populus enim tuus, & Eccleſia tua ſupplicant tibi.

Ο Λαός.

Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε ὁ θεὸς, ὁ πατὴρ ὁ παντοκράτωρ.

Populus.

Miſerere noſtri, Domine Deus, pater omnipotens.

Πάλιν λέγει ὁ Ἱερεύς.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν.

Ἐλέησον ἡμας ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ ἐξαπόστειλον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον.

Rurſus ſacerdos dicit.

Miſerere noſtri Deus omnipotens.

Miſerere noſtri Deus, ſervator noſter.

Miſerere noſtri, Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam, & demitte ſuper nos, & ſuper hæc dona propoſita Spiritum tuum ſanctiſſimum.

Εἶτα κλίνας τὸν αὐχένα, λέγει.

Τὸ κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ σύνθρονον σοὶ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ, τὸ συμβασιλεῦον. τὸ ὁμοούσιόν τε καὶ συναΐδιον. τὸ λαλῆσαν ἐν νόμῳ καὶ προφήταις, καὶ τῇ καινῇ σου διαθήκῃ. τὸ καταβὰν ἐν εἴδει περιστε-

ρᾶς

Deinde inclinata cervice, dicit.

Dominum, vivificum, una tecum Deo Patre, & unigenito Filio tuo aſſidentem, ſimul regnantem, conſubſtantialem, & coæternum, qui loquutus eſt in lege, & prophetis & in novo Teſtamento: qui deſcendit in ſpecie

co-

columbæ ſuper Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in Jordane fluvio, & manſit ſuper eum: qui deſcendit ſuper Apoſtolos tuos in ſpecie ignearum linguarum in cœnaculo ſanctæ, & glorioſæ Sion in die pentecoſtes: ipſum Spiritum tuum ſanctiſſimum demitte nunc quoque Domine in nos, & in hæc dona ſancta propoſita.

Et erigens ſe, exclamat.

Ut ſuperveniens, ſancta, & bona, & glorioſa ſua præſentia ſanctificet, & efficiat hunc panem corpus ſanctum Chriſti tui.

Populus. Amen.

Sacerdos.

Et calicem hunc, precioſum ſanguinem Chriſti tui.

Populus. Amen.

Sacerdos apud ſe, ſtans.

Ut ſit omnibus ex his ſumentibus in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam, in ſanctificationem animarum & corporum, ad fructus bonorum operum ſe-

ρᾶς ἐπὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ καὶ μεῖναν ἐπ᾽ αὐτόν. τὸ καταβὰν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους σου ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐν τῷ ὑπερῴῳ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Σιὼν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς. αὐτὸ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον κατάπεμψον δέσποτα ἐφ᾽ ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα ταῦτα.

Καὶ ἀνιστάμενος ἐκφωνεῖ.

Ἵνα ἐπιφοιτήσαν τῇ ἁγίᾳ καὶ ἀγαθῇ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἁγιάσῃ καὶ ποιήσῃ, τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, σῶμα ἅγιον τοῦ χριστοῦ σου.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς.

Καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, αἷμα τίμιον τοῦ χριστοῦ σου.

Ὁ Λαός. Ἀμήν,

Ὁ Ἱερεὺς καὶ ἑαυτὸν, ἱστάμενος.

Ἵνα γένηται πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, εἰς ἁγιασμὸν ψυχῶν, καὶ σωμάτων, εἰς καρποφορίαν ἔργων ἀγαθῶν, εἰς στηρι-

ριγμὸν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐθεμελίωσας ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς πίστεως, ἵνα πύλαι ᾅδου μὴ κατισχύσωσιν αὐτῆς, ῥυόμενος αὐτὴν ἀπὸ πάσης αἱρέσεως, καὶ σκανδάλων, καὶ ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, διαφυλάττων αὐτὴν μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

Καὶ ἐπικλιθεὶς λέγει.

Προσφέρομέν σοι δέσποτα καὶ ὑπὲρ τῶν ἁγίων σου τόπων, οὓς ἐδόξασας τῇ θεοφανείᾳ τοῦ χριστοῦ σου, καὶ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ παναγίου σου πνεύματος. προηγουμένως, ὑπὲρ τῆς ἐνδόξου Σιὼν τῆς μητρὸς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. καὶ ὑπὲρ τῆς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἁγίας σου καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, πλουσίας καὶ νῦν τὰς δωρεὰς τοῦ παναγίου σου πνεύματος, ἐπιχορήγησον αὐτῇ δέσποτα.

Μνήσθητι κύριε καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἁγίων πατέρων, καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ ἐπισκόπων τῶν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ὀρθοδόξως ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας.

ferendos, in confirmationem ſanctæ tuæ catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, quam fundaſti ſuper petram fidei, ut portę Inferorum non pręvaleant adverſus eam: liberans eam ab omni hæreſi, & & ſcandalis, & iis, qui operantur iniquitatem: ſervans eam uſque ad conſummationem ſeculi.

Et inclinatus, ait.

Offerimus tibi, Domine, & pro ſanctis tuis locis, quos glorificaſti divina apparitione Chriſti tui, & adventu ſanctiſſimi tui Spiritus: & præcipue pro glorioſa Sion, matre omnium Eccleſiarum: ac pro ſancta tua Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, quæ eſt per univerſum orbem: larga dona ſancti tui Spiritus, nunc quoque ſuppedita ei Domine.

Memento, Domine, & ſanctorum Patrum, fratrumque, qui in ea ſunt, Epiſcoporum, qui per univerſum orbem orthodoxa fide diſtribuunt verbum tuæ veritatis.

Memento, Domine, &

omnis civitatis ac regionis, eorumque qui in orthodoxa ſide in iis habitant, ut in pace, ſecuritateque degant.

Memento, Domine, navigantium, iter facientium, peregrinantium Chriſtianorum, in vinculis, & cuſtodiis detentorum, captivorum, exulum, eorum, qui ad metalla & ſupplicia damnati ſunt, & qui in dura ſervitute agunt, Patrum, & fratrum noſtrorum.

Memento, Domine, infirmorum, & laborantium, & eorum qui ab immundis ſpiritibus infeſtantur, ut á te Deo celeriter ab iis ſanentur, & ſerventur.

Memento, Domine, omnis animæ Chriſtianæ afflictæ, vexatæ, implorantis miſericordiam, & auxilium à te Deo: converſionis etiam errantium.

Memento, Domine, laborantium & miniſtrantium nobis, Patrum, & fratrum noſtrorum, propter nomen ſanctum tuum.

Memento, Domine, omnium,

nium,

Μνήσθητι κύριε καὶ πάσης πόλεως, καὶ χώρας, καὶ τῶν ὀρθοδόξως πίστει οἰκούντων ἐν αὐταῖς, εἰρήνης καὶ ἀσφαλείας αὐτῶν.

Μνήσθητι κύριε πλεόντων, ὁδοιπορούντων, ξενιτευόντων χριστιανῶν, τῶν ἐν δεσμοῖς, τῶν ἐν φυλακαῖς, τῶν ἐν αἰχμαλωσίαις καὶ ἐξορίαις, τῶν ἐν μετάλλοις καὶ βασάνοις, καὶ πικραῖς δουλείαις ὄντων πατέρων, καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν.

Μνήσθητι κύριε τῶν νοσούντων καὶ καμνόντων, καὶ τῶν ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένων, τῆς παρὰ σοῦ τοῦ θεοῦ ταχείας ἰάσεως αὐτῶν, καὶ σωτηρίας.

Μνήσθητι κύριε πάσης ψυχῆς χριστιανῆς θλιβομένης, καὶ καταπονουμένης, ἐλέους καὶ βοηθείας σου τοῦ θεοῦ ἐπιδεομένης, καὶ ἐπιστροφῆς τῶν πεπλανημένων.

Μνήσθητι κύριε τῶν κοπιώντων, καὶ διακονούντων ἡμῖν πατέρων, καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον.

Μνήσθητι κύριε πάντων εἰς ἀγαθόν. πάντας ἐλέησον δέσποτα· πά-

σιν

σιν ἡμῖν διαλλάγηθι· εἰρήνευσον τὰ πλήθη τοῦ λαοῦ σου· διασκέδασον τὰ σκάνδαλα· κατάργησον τοὺς πολέμους· παῦσον τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις. τὴν σὴν εἰρήνην, καὶ τὴν σὴν ἀγάπην χάρισαι ἡμῖν, ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς.

Μνήσθητι κύριε εὐκρασίας ἀέρων, ὄμβρων εἰρηνικῶν, δρόσων ἀγαθῶν, καρπῶν εὐφορίας, καὶ τοῦ στεφάνου τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας.

Μνήσθητι κύριε τῶν καρποφορούντων, καὶ καλλιεργούντων ἐν ταῖς ἁγίαις σου ἐκκλησίαις· καὶ μεμνημένων τῶν πενήτων, χηρῶν, ὀρφανῶν, ξένων, καὶ ἐπιδεομένων. καὶ πάντων τῶν ἐντειλαμένων ἡμῖν τοῦ μνημονεύειν αὐτῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς.

Ἔτι μνησθῆναι καταξίωσον κύ-

mnium, ut benigne illis facias: omnium miſerere, Domine, omnibus nobis reconciliare: redde multitudinem populi tui pacificam, diſſipa ſcandala, aboleto bella: ſiſte hæreſeon irruptiones, pacem tuam, tuamque charitatem largire nobis, Deus, Servator noſter, qui es ſpes omnium finium terræ.

Memento, Domine, temperiei aeris, imbrium lenium, mitis roris, ubertatis fructuum, & in totius anni circulum benignitatis tuæ, oculi enim omnium in te ſperant, & tu das illis eſcam in tempore opportuno: aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione.

Memento, Domine, eorum qui fructificant, & præclara edunt facinora in eccleſiis tuis ſanctis: & eorum qui pauperes, viduas, orphanos, peregrinos, & egenos in memoria habent: & eorum omnium qui nobis mandarunt, ut ſui memores eſſemus in orationibus.

Præterea meminiſſe digneris, Domine, eorum, qui

has oblationes obtulerunt hodierno die ad ſanctum altare tuum, & pro quibus unuſquiſque obtulit, vel in mente habet, & eorum, quos nuper tibi recenſui.

Memento, Domine, ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, & miſerationum tuarum, mei etiam qui abjectus & inutilis ſervus tuus ſuum, & diaconorum circumſtantium ſanctum Altare tuum: ac largire eis vitam inculpatam: eorum miniſterium ſine macula conſerva, & gradus bonos aſſere tibi, ut inveniamus miſericordiam, & gratiam cum omnibus ſanctis tuis, qui ab æterno tibi placuerunt per generationem ac generationem, majorum noſtrorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Doctorum, Sanctorum, & omnis ſpiritus juſti fide Chriſti tui conſummati.

Ave Maria gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quia

Sal-

ριε, καὶ τῶν τὰς προσφορὰς ταύτας προσενεγκάντων ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ἐπὶ τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον, καὶ ὑπὲρ ὧν ἕκαστος προσήνεγκεν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἔχει, καὶ τῶν ἀρτίως σοι ἀνεγνωσμένων.

Μνήσθητι κύριε κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, καὶ τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ καὶ ἀχρείου δούλου σου, καὶ τῶν τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον κυκλούντων διακόνων. καὶ χάρισαι αὐτοῖς βίον ἄμεμπτον, ἄσπιλον αὐτῶν τὴν διακονίαν φύλαξον, καὶ βαθμοὺς ἀγαθοὺς περιποίησαι, ἵνα εὕρωμεν ἔλεον, καὶ χάριν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων κατὰ γενεὰν, καὶ γενεὰν, προπατόρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, διδασκάλων, ὁσίων, καὶ παντὸς πνεύματος δικαίου ἐν πίστει τοῦ Χριστοῦ σου τετελειωμένου.

Χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία ὁ κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι

σω-

σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Salvatorem peperiſti animarum noſtrarum.

Εἶτα ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς.

Deinde exclamat Sacerdos.

Ἐξαιρέτως τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου, δεσποίνης ἡμῶν, θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Præcipue ſanctiſſimæ, immaculatæ ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ, Deiparæ ſemperque virginis Mariæ.

Οἱ Ψάλται.

Cantores.

Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς μακαρίζειν σε τὴν θεοτόκον, τὴν ἀειμακάριστον, καὶ παναμώμητον, καὶ μητέρα τοῦ θεοῦ ἡμῶν, τὴν τιμιωτέραν τῶν χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν σεραφίμ. τὴν ἀδιαφθόρως θεὸν λόγον τεκοῦσαν, τὴν ὄντως θεοτόκον σὲ μεγαλύνομεν.

Dignum eſt, ut te vere beatam dicamus Deiparam, ſemper beatam, & omnibus modis irreprehenſam, & matrem Dei noſtri, honorabiliorem quam Cherubim, & glorioſiorem quam Seraphim, quæ ſine corruptione Deum Verbum peperiſti, te revera Deiparam magnificamus.

Καὶ πάλιν ψάλλουσιν.

Et rurſus canunt.

Ἐπὶ σοὶ χαίρει κεχαριτωμένη πᾶσα ἡ κτίσις, ἀγγέλων τὸ σύστημα, καὶ ἀνθρώπων τὸ γένος, ἡγιασμένε ναὲ, καὶ παράδεισε λογικὲ, παρθενικὸν καύχημα, ἐξ ἧς θεὸς ἐσαρκώθη, καὶ παιδίον γέγονεν ὁ πρὸ αἰώνων ὑπάρχων θεὸς ἡμῶν. τὴν γὰρ σὴν μήτραν θρόνον ἐποίησε, καὶ τὴν σὴν γαστέ-

ρα

Tibi, o plena gratiæ, univerſa creatura gratulatur, angelorum cœtus, & hominum genus, quæ es templum ſanctificatum, paradiſus ſpiritalis, virginum gloria, ex qua Deus carnem aſſumpſit, & puer factus eſt Deus noſter, qui eſt ante ſecula: tuum enim uterum thronum

fe-

fecit, & tuum ventrem latiorem, ac ampliorem cœlis ipſis reddidit. Tibi ò gratiæ plena, univerſa creatura gratulatur; gloria tibi.

Diaconus.

Memento, Domine Deus noſter.

Sacerdos inclinatus dicit.

Memento, Domine Deus noſter, ſpirituum & univerſæ carnis quorum memoriam egimus, & quorum non egimus, orthodoxorum ac recte de fide ſentientium, ab Abel juſto uſque ad hodiernum diem: fac eos requieſcere in regione viventium in regno tuo, & deliciis paradiſi, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Jacob, ſanctorum Patrum noſtrorum: unde exulat dolor, triſtitia, & gemitus: ubi præſidet lumen vultus tui, & perpetuo refulget. Noſtræ vero vitæ fines Chriſtianos, acceptabiles, & peccatis puros in pace dirige, Domine, Domine, colligens nos ſub pedes electorum tuorum, quando voles, & ut voles:

dum-

ρα πλατυτέραν οὐρανῶν ἀπειργάσατο. Ἐπὶ σοὶ χαίρει κεχαριτωμένη, πᾶσα ἡ κτίσις. δόξα σοι.

Οἱ Διάκονοι.

Μνήσθητι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν.

Ὁ Ἱερεὺς ἐπικλινόμενος λέγει.

Μνήσθητι κύριε ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων, καὶ πάσης σαρκός, ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν, ὀρθοδόξων, ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας· αὐτὸς ἐκεῖ αὐτοὺς ἀνάπαυσον, ἐν χώρᾳ ζώντων, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἐν τῇ τρυφῇ τοῦ παραδείσου, ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν· ὅθεν ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός· ἔνθα ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, καὶ καταλάμπει διὰ παντός. ἡμῶν δὲ τὰ τέλη τῆς ζωῆς, χριστιανὰ καὶ εὐάρεστα, καὶ ἀναμάρτητα, ἐν εἰρήνῃ κατεύθυνον Κύριε, Κύριε, ἐπισυνάγων ἡμᾶς ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἐκλεκτῶν σου,

ὅτε

ὅπῃ θέλεις καὶ ὡς θέλεις. μόνον, χωρὶς αἰσχύνης, καὶ προσκομμάτων, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μόνος ἀναμάρτητος φανεὶς ἐπὶ τῆς γῆς.

dumtaxat, ſine infamia, & offenſionibus, per Filium tuum unigenitum Dominum, Deum, ac Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum: ipſe enim ſolus eſt, qui abſque peccato apparuit ſuper terram.

Ὁ Διάκονος.

Καὶ ὑπὲρ εἰρήνης, καὶ εὐσταθείας παντὸς κόσμου, καὶ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἕκαστος προσήνεγκεν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἔχει. καὶ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, καὶ πάντων καὶ πασῶν.

Diaconus.

Et pro pace & tranquillitate totius mundi, & ſanctarum Dei Eccleſiarum, & pro quibus unuſquiſque obtulit, vel cogitat offerre, & pro omni populo circumſtante, & pro omnibus. *

Ὁ Λαός.

Καὶ πάντων, καὶ πασῶν.

Populus.

Pro omnibus. *

Ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ.

Δι' ὧν καὶ ἡμῖν καὶ αὐτοῖς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Sacerdos eclamat.

Per quæ, & nobis, & ipſis ut benignus, & humanus.

Ὁ Λαός.

Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον ὁ θεὸς τὰ παραπτώματα ἡμῶν, τὰ ἑκούσια, τὰ ἀκούσια· τὰ ἐν ἔργῳ, καὶ λόγῳ· τὰ ἐν γνώσει, καὶ ἀγνοίᾳ· τὰ ἐν νυκτὶ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ· τὰ κατὰ νοῦν, καὶ διάνοιαν· τὰ πάντα

τα

Populus.

Remitte, ignoſce, & condona, Deus, peccata noſtra voluntaria, & non voluntaria: quæ opere admiſimus, quæ verbo: quæ prudentes & imprudentes: quæ noctu, quæ interdiu: quæ animo

mo

*Maribus & fœminis.

mo & cogitatione : omnia nobis condona, ut bonus, & benignus.

Sacerdos.

Gratia, & miſericordia, ac benignitate unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es, & glorificatus, cum ſanctiſſimo bono, & vivifico Spiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſecula.

Populus. Amen.
Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et ſpiritui tuo.

Diaconus.

Etiam atque etiam ſemper Dominum in pace oremus.

Pro oblatis & ſanctificatis precioſis, ſupercœleſtibus, ineffabilibus, immaculatis, glorioſis, tremendis, horrendis, divinis donis Domino Deo, oremus.

Ut Dominus Deus noſter acceptis iis in ſanctum & ſupercœleſte, mentale, & ſpiritale altare ſuum, & in odorem ſpiritalis fragrantiæ, rependat, ac mittat nobis divinam gratiam, & donum ſan-

τὰ ἡμῖν συγχώρησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ὁ Ἱερεύς.

Χάριτι, καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, καὶ δεδοξασμένος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.
Ὁ Ἱερεύς. εἰρήνη πᾶσι.
Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ Διάκονος.

Ἔτι καὶ διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν προσκομισθέντων, καὶ ἁγιασθέντων τιμίων, ἐπουρανίων. ἀῤῥήτων, ἀχράντων, ἐνδόξων, φοβερῶν, φρικτῶν, θείων δώρων κυρίῳ τῷ θεῷ, δεηθῶμεν.

Ὅπως κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν προσδεξάμενος αὐτὰ εἰς τὸ ἅγιον, καὶ ὑπερουράνιον, νοερὸν, καὶ πνευματικὸν αὐτοῦ θυσιαστήριον εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς, ἀντικαταπέμψῃ ἡμῖν τὴν θείαν χάριν, καὶ τὴν δω-

δωρεὰν τοῦ παναγίου πνεύματος, δεηθῶμεν:

Τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ παναγίου αὐτοῦ καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος αἰτησάμενοι, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς. ἐπεύχεται.

Ὁ θεός, καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ μεγαλώνυμος κύριος, ἡ μακαρία φύσις, ἡ ἄφθονος ἀγαθότης, ὁ πάντων θεὸς καὶ δεσπότης, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβίμ, καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῶν σεραφίμ, ᾧ παρεστήκασι χίλιαι χιλιάδες, καὶ μύριαι μυριάδες ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων στρατιαί, τὰ μὲν προσενεχθέντα σοι δῶρα, δόματα, καρπώματα, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς, προσεδέξω, καὶ ἁγιάσαι καὶ τελειῶσαι κατηξίωσας ἀγαθέ, τῇ χάριτι τοῦ χριστοῦ σου, καὶ τῇ ἐπι-

ſanctiſſimi Spiritus, oremus.

Unitatem fidei, & communicationem ſanctiſſimi ejus, & adorandi Spiritus poſtulantes, nos ipſos, ac nos invicem, & omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Populus. Amen.

Sacerdos ad hoc orat.

Deus, & Pater Domini & Dei, ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, magni nominis Dominus, natura beata, bonitas effuſa, Deus omnium, ac Dominus, qui es benedictus in ſecula, qui ſedes ſuper Cherubim, qui à Seraphim glorificaris, cui aſſiſtunt mille millia ſanctorum angelorum, & archangelorum militiæ: dona tibi oblata, munera, frugum oblationes, accepiſti in odorem ſuavitatis: ſanctificareque & perficere dignatus es, o bone, gratia Chriſti tui, & adventu ſanctiſſimi Spiritus tui, ſanctifica, Domine, & animas noſtras, corpora, &

ſpiritus: noſtras quoque mentes tange, explora conſcientias, omnemque malam cogitationem á nobis aufer, omnem impudicam ratiocinationem, omnem turpem cupiditatem, indecentem omnem cogitationem, omnem invidiam ac ſuperbiam & hypocriſim: omne mendacium, omnem dolum, omnem hujus vitæ diſtractionem, omnem avaritiam, omnem vanam gloriam, deſidiam omnem, omne vitium, omnem iram, omnem iracundiam, omnem injuriarum recordationem, omnem blaſphemiam, commotionem omnem carnis & Spiritus alienam à voluntate ſanctitatis tuæ.

Exclamatio.

Et dignare Domine benine, ut nos audacter, & confidenter, inculpate, puro corde, animo contrito, facie minime confuſa, atque erubeſcente, labiis ſanctificatis, audeamus invocare Te ſanctum Deum Patrem, qui in cœlis es, & dicere.

Po-

φοιτήσει τοῦ παναγίου σου πνεύματος· ἁγίασον δέσποτα, καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, καὶ σώματα καὶ τὰ πνεύματα, καὶ ψηλάφησον τὰς διανοίας, καὶ ἀνάκρινον τὰς συνειδήσεις, καὶ ἔκβαλον ἀφ' ἡμῶν πᾶσαν ἔννοιαν πονηρὰν, πάντα λογισμὸν ἀσελγῆ, πᾶσαν ἐπιθυμίαν αἰσχρὰν, πάντα λογισμὸν ἀπρεπῆ, πάντα φθόνον καὶ τῦφον, καὶ ὑπόκρισιν· πᾶν ψεῦδος, πάντα δόλον, πάντα περισπασμὸν βιωτικὸν, πᾶσαν πλεονεξίαν, πᾶσαν κενοδοξίαν, πᾶσαν ῥαθυμίαν, πᾶσαν κακίαν, πάντα θυμὸν, πᾶσαν ὀργὴν, πᾶσαν μνησικακίαν, πᾶσαν βλασφημίαν, πᾶσαν κίνησιν σαρκός τε καὶ πνεύματος ἀπηλλοτριωμένην τοῦ θελήματος τῆς ἁγιότητός σου.

Ἐκφώνησις.

Καὶ καταξίωσον ἡμᾶς δέσποτα φιλάνθρωπε μετὰ παῤῥησίας ἀκατακρίτως, ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ψυχῇ συντετριμμένῃ, ἀνεπαισχύντῳ προσώπῳ, ἡγιασμένοις χείλεσι, τολμᾶν ἐπικαλεῖσθαί σε τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἅγιον θεὸν πατέρα, καὶ λέγειν.

Ο

Ὁ Λαός.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ Ἱερεὺς ἐπικλινόμενος λέγει.

Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν κύριε, κύριε τῶν δυνάμεων, ὁ εἰδὼς τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ, πάσης ἐπηρείας καὶ μεθοδείας αὐτοῦ, διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, τὸ ἐπικληθὲν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν.

Ἐκφώνησις.

Ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν, καὶ ἀεί.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Λαός.

Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ Διάκονος.

Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν.

Ὁ Λαός. Σοὶ Κύριε.

Ὁ Ἱερεὺς ἐπεύχεται λέγων οὕτω.

Σοὶ ἐκλίναμεν οἱ δοῦλοί σου Κύ-

ριε

Populus.

Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, &c.

Sacerdos, inclinatus dicit.

Et ne nos inducas in tentationem, Domine, Domine virtutum, qui noſti infirmitatem virium noſtrarum: ſed libera nos à malo, & operibus ejus, ab omni inſultu & machinatione ejus, propter nomen tuum ſanctum, quod invocatum eſt ſuper noſtram humilitatem.

Exclamatio.

Quoniam tuum eſt regnũ, potentia, & gloria, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc, & ſemper.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus.

Et ſpiritui tuo.

Diaconus.

Capita noſtra Domino inclinemus.

Populus. Tibi Domine.

Sacerdos.

Tibi inclinavimus, qui ſervi tui ſumus, Domine, cer-

G 2 vi-

vices noſtras coram ſancto altari tuo, exſpectantes copioſam à te miſericordiam, abundantem gratiam tuam, & benedictionem demitte nobis, Domine, & ſanctifica animas noſtra, & corpora atque ſpiritus, ut efficiamur digni ſocij, & participes fieri ſanctorum tuorum myſteriorum, in remiſſionem peccatorum & in vitam æternam.

Exclamatio.

Tu enim adorandus es, & glorificatus es, o Deus noſter, & unigenitus Filius tuus, & ſpiritus tuus ſanctiſſimus, nunc & ſemper.

Populus. Amen.

Sacerdos exclamat.

Et erit gratia, & miſericordia ſanctæ, & conſubſtantialis, increatæ, & adorandæ Trinitatis cum omnibus nobis.

Populus.

Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus.

Cum timore Dei, & reverentia attendamus.

ριε τοὺς ἡμετέρους αὐχένας ἐνώπιον τοῦ ἁγίου σου θυσιαστηρίου, ἀπεκδεχόμενοι τὰ παρὰ σοῦ πλούσια ἐλέη· πλουσίαν τὴν χάριν σου, καὶ τὴν εὐλογίαν σου ἐξαπόστειλον ἡμῖν δέσποτα, καὶ ἁγίασον τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ τὰ σώματα, καὶ τὰ πνεύματα, ἵνα ἄξιοι γενώμεθα κοινωνοί, καὶ μέτοχοι γενέσθαι τῶν ἁγίων σου μυστηρίων, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Ἐκφώνησις.

Σὺ γὰρ προσκυνητὸς καὶ δεδοξασμένος ὑπάρχεις ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ μονογενής σου υἱός, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ.

Καὶ ἔσται ἡ χάρις, καὶ τὰ ἐλέη τῆς ἁγίας, καὶ ὁμουσίου, καὶ ἀκτίστου, καὶ προσκυνητῆς τριάδος, μετὰ πάντων ἡμῶν.

Ὁ Λαός,

Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ὁ Διάκονος.

Μετὰ φόβου θεοῦ πρόσχωμεν.

Ὁ Ἱερεὺς ὑψῶν τὸ δῶρον λέγει καθ' ἑαυτόν.

Ἅγιε ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος Κύριε, ἁγίασον ἡμᾶς τῷ λόγῳ τῆς σῆς χάριτος, καὶ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ παναγίου σου πνεύματος· σὺ γὰρ εἶπας δέσποτα, ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ἀκατάληπτε θεοῦ λόγε, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοούσιε, συναΐδιε, καὶ ἀχώριστε, πρόσδεξαι τὸν ἀκήρατον ὕμνον ἐν ταῖς ἁγίαις, καὶ ἀναιμάκτοις σου θυσίαις, σὺν τοῖς χερουβὶμ καὶ σεραφὶμ, καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ βοῶντος, καὶ λέγοντος.

Ἐκφώνησις.

Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Ὁ Λαός.

Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ Διάκονος.

Ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἱλασμοῦ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς θλιβομένης τε καὶ καταπονουμένης, ἐ-

Sacerdos attollens donum, apud ſe dicit.

Sancte, qui in ſanctis requieſcis, Domine, ſanctifica nos verbo tuæ gratiæ, & adventu ſanctiſſimi tui Spiritus: tu enim dixiſti, Domine: *Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum*, Domine Deus noſter, Verbum Dei, incomprehenſibilis, & conſubſtantialis Patri, & Spiritui ſancto, coæterne, & inſeparabilis, ſuſcipe incorruptum hymnum in ſanctis, & incruentis ſacrificiis tuis, una cum Cherubim & Seraphim, à me quoque peccatore clamante, & dicente.

Exclamatio.

Sancta ſanctis.

Populus.

Unus ſanctus, unus Dominus, Jeſus Chriſtus, in gloriam Dei Patris, cui gloria in ſecula ſeculorum.

Diaconus.

Pro remiſſione peccatorum noſtrorum, & propitiatione animarum noſtrarum, & pro omni anima afflicta & vexata, miſericordiæ

diæ & auxilii Dei indigente, & converſione errantium, curatione infirmorum, liberatione captivorum, requie Patrum, & Fratrum noſtrorum, qui ante nos dormierunt, dicamus omnes extenſa voce, Domine miſerere.

Populus.

Domine miſerere.

Duodecies.

Deinde Sacerdos frangit panem, dimidiumque dextra, ſiniſtra vero dimidium tenet, & quod tenet manu dextra, immergit in calicem, dicens.

Unio ſanctiſſimi corporis, & precioſi ſanguinis Domini & Dei, ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Et ſignat id quod tenet manu ſiniſtra; deinde hoc ſignato alterum dimidium ſignati, ac ſtatim incipit dividere, & ante omnia diſtribuere in ſingulos calices partem unam, dicens.

Unitum eſt, & ſanctificatum, & conſummatum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc, & ſemper.

Et

ἐλέους καὶ βοηθείας θεοῦ ἐπιδεομένης, καὶ ἐπιστροφῆς τῶν πεπλανημένων, ἰάσεως τῶν ἀσθενούντων, ἀναῤῥύσεως τῶν αἰχμαλώτων, ἀναπαύσεως τῶν προκεκοιμημένων πατέρων τε καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, πάντες ἐκτενῶς εἴπωμεν, Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Λαός.

Κύριε ἐλέησον.

Δωδεκάκις.

Εἶτα κλᾷ τὸν ἄρτον ὁ ἱερεὺς, καὶ κρατεῖ τῇ δεξιᾷ τὸ ἥμισυ, καὶ τῇ ἀριστερᾷ τὸ ἥμισυ, καὶ βάπτει τὸ τῆς δεξιᾶς ἐν τῷ κρατῆρι, λέγων.

Ἕνωσις τοῦ παναγίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Καὶ σφραγίζει τὸ τῆς ἀριστερᾶς. εἶτα τούτῳ τῷ ἐσφραγισμένῳ, τὸ ἄλλο ἥμισυ· καὶ εὐθέως ἄρχεται μελίζειν, καὶ πρὸ πάντων διδόναι εἰς ἕκαστον κρατῆρα ἁπλῆν, λέγων.

Ἥνωται καὶ ἡγίασται, καὶ τετελείωται εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος νῦν, καὶ ἀεί.

Καὶ

Καὶ ὅταν σφαγίζῃ τὸν ἄρτον λέγει.

Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, σφαγιασθεὶς ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, καὶ σωτηρίας.

Καὶ ὅταν διδῷ μερίδα ἁπλῶς εἰς ἕκαστον κρατῆρα, λέγει.

Μερὶς ἁγία Χριστοῦ, πλήρης χάριτος, καὶ ἀληθείας, πατρὸς καὶ ἁγίου πνεύματος, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εἶτα ἄρχεται μελίζειν, καὶ λέγειν.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερίζει, εἰς τόπον χλόης, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ.

Εἶτα.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ.

Εἶτα.

Ὑψώσω σε ὁ θεός μου ὁ βασιλεύς.

καὶ τὰ ἑξῆς.

Εἶτα.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη. καὶ τὰ ἑξῆς.

Et cum ſignat panem, dicit.

Ecce agnus Dei, Filius Patris, qui tollit peccata mundi, mactatus pro mundi vita, & ſalute.

Et cum diſtribuit unam partem in ſingulos calices, dicit.

Portio ſancta Chriſti, plena gratiæ, & veritatis, Patris & Spiritus ſancti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum.

Deinde incipit dividere in partes, & dicere.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ.

Et reliqua pſalmi (23)

Deinde.

Benedicam Dominum in omni tempore. *Et reliqua.*

Deinde.

Exaltabo te Deus meus rex.

Et reliqua.

Deinde.

Laudate Dominum omnes gentes &c.

Diaconus.

Domine benedic.

Sacerdos.

Dominus benedicet, & conſervabit nos à condemnatione in perceptione immaculatorum donorum ſuorum, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Et poſtquam abſolverint, dicit Diaconus.

Domine benedic.

Sacerdos.

Dominus benedicet, & dignos nos faciet, qui puris forcipibus accipiamus igneũ carbonem, & imponamus in ora fidelium, ad purgationem & renovationem animarum ipſorum, & corporum, nunc, & ſemper.

Deinde quod ſequitur.

Guſtate, & videte quod benignus eſt Dominus qui in partes diſtributus, ac non diviſus: & fidelibus impertitus, nec conſumptus eſt, in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam, nunc & ſemper, & in ſecula.

Dia-

Ὁ Διάκονος.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ Ἱερεύς.

Ὁ Κύριος εὐλογήσει, καὶ ἀκατακρίτους ἡμᾶς διατηρήσει ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἀχράντων αὐτοῦ δωρεῶν, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Καὶ ὅταν πληρώσωσι, λέγει διάκονος.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει.

Ὁ Κύριος εὐλογήσει, καὶ ἀξιώσει ἡμᾶς ἁγναῖς ταῖς τῶν δακτύλων λαβαῖς, λαβεῖν τὸν πύρινον ἄνθρακα, καὶ ἐπιθεῖναι τοῖς τῶν πιστῶν στόμασιν, εἰς καθαρισμὸν, καὶ ἀνακαινισμὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ τῶν σωμάτων, νῦν, καὶ ἀεί.

Εἶτα.

Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι Χρηστὸς ὁ Κύριος, ὁ μελιζόμενος, καὶ μὴ μεριζόμενος, καὶ τοῖς πιστοῖς μεταδιδόμενος, καὶ μὴ δαπανώμενος, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον, νῦν καὶ ἀεί, εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ

Ὁ Διάκονος.

Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ ψάλλωμεν.

Οἱ Ψάλται.

Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι Χρηστὸς ὁ Κύριος.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει εὐχὴν πρὸ τῆς μεταλήψεως.

Κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ οὐράνιος ἄρτος, ἡ ζωὴ τοῦ παντὸς, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος μεταλαβεῖν τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, ἀλλ' ὡς εὔσπλαγχνος θεὸς ἀξίωσόν με τῇ χάριτί σου ἀκατακρίτως μετασχεῖν τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ζωὴν αἰώνιον.

Εἶτα μεταδίδωσι τῷ κλήρῳ. ὅτε δὲ ἐπαίρουσιν οἱ διάκονοι τοὺς δίσκους, καὶ τοὺς κρατῆρας εἰς τὸ μεταδοῦναι τῷ λαῷ, λέγει ὁ διάκονος αἴρων τὸν πρῶτον δίσκον.

Κύριε εὐλόγησον.

Ἀποκρίνεται ὁ Ἱερεύς.

Δόξα τῷ θεῷ ἁγιάσαντι, καὶ ἁγιάζοντι πάντας ἡμᾶς.

Λέγει ὁ Διάκονος.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ θεὸς,

Diaconus.

In pace Chriſti cantemus.

Cantores.

Guſtate, & videte, quod benignus eſt Dominus.

Sacerdos Orationem dicit ante communionem.

Domine Deus noſter, panis cœleſtis, vita univerſi, peccavi in cœlum, & coram te, & non ſum dignus participes fieri immaculatorum tuorum myſteriorum, ſed ut miſericors Deus, dignum me fac gratia tua, ut citra condemnationem particeps fiam ſancti corporis, & precioſi ſanguinis in remiſſionem peccatorum & vitam æternam.

Deinde impertit Clero. Cum autem attollunt diaconi diſcos & calices ad impertiendum populo, diaconus ait, tollens primum diſcum.

Domine benedic.

Sacerdos reſpondit.

Gloria Deo, qui ſanctificavit, & ſanctiſicat nos omnes.

Diaconus ait.

Exaltare ſupra cœlos, Deus,

& ſupra terram univerſam: gloria tua, & regnum tuum permanet in ſecula ſeculorum.

Et cum Diaconus depoſiturus eſt in menſulam, ait Sacerdos.

Benedictum nomen Domini Dei noſtri in ſecula.

Diaconus.

Cum timore Dei & fide, ac dilectione accedite.

Populus.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Et rurſum, cum attollit diſcum de menſula, ait.

Domine benedic.

Sacerdos.

Serva Deus populum tuum, & benedic hæreditati tuæ.

Sacerdos rurſus.

Gloria Deo noſtro qui ſanctificavit nos omnes.

Et cum deponit calicem ſuper ſanctam menſam, Sacerdos dicit.

Sit nomen Domini benedictum in ſecula ſeculorum.

Dia-

καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου, καὶ ἡ βασιλεία σου διαμένει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ὅτε μέλλει ὁ διάκονος τιθέναι εἰς τὸ παρατράπεζον, λέγει ὁ Ἱερεύς.

Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ Διάκονος.

Μετὰ φόβου θεοῦ, καὶ πίστεως, καὶ ἀγάπης προσέλθετε.

Ὁ Λαός.

Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

Καὶ πάλιν ὅτε ἐπαίρει τὸν δίσκον ἀπὸ τοῦ παρατραπέζου, λέγει.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ Ἱερεύς.

Σῶσον ὁ θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου.

Ὁ Ἱερεὺς πάλιν.

Δόξα τῷ θεῷ ἡμῶν τῷ ἁγιάσαντι πάντας ἡμᾶς.

Καὶ ὅταν ἀποθῆται τὸ ποτήριον εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, λέγει.

Ὁ Ἱερεύς.

Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Λέ-

Λέγουσιν οἱ διάκονοι, καὶ ὁ λαός.

Πλήρωσον τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεώς σου Κύριε, καὶ χαρᾶς ἐμπλήσον τὰ χείλη ἡμῶν, ὅπως ἀνυμνήσωμεν τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου.

Καὶ πάλιν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς μεταχεῖν τοῦ σώματος, καὶ αἵματός σου, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἀκατακρίτους ἡμᾶς φύλαξον, δεόμεθα, ὡς ἀγαθός, καὶ φιλάνθρωπος.

Εὐχὴ θυμιάματος εἰς τὴν ἐσχάτην εἴσοδον.

Εὐχαριστοῦμέν σοι τῷ σωτῆρι τῶν ὅλων θεῷ ἐπὶ πᾶσιν οἷς παρέχου ἡμῖν ἀγαθοῖς, καὶ ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων, καὶ ἀχράντων σου μυστηρίων, καὶ προσφέρομέν σοι τὸ θυμίαμα τοῦτο, δεόμενοι, φύλαξον ἡμᾶς ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν πτερύγων σου, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς, μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων σου,

εἰς

Diaconi & populus dicunt.

Imple os noſtrum laude tua, Domine, & gaudio reple labia noſtra, ut laudemus gloriam tuam, & toto die magnificentiam tuam.

Et rurſus.

Gratias agimus tibi Chriſte, Deus noſter, quoniam dignatus es non participes fieri corporis, & ſanguinis tui, in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam. Ut nos à condemnatione conſerves, obſecramus, ut qui bonus & benignus.

Oratio ſuffitus, ad extremum veſtibulum.

Agimus gratias tibi Servatori univerſorum Deo, pro omnibus bonis, quæ nobis præbuiſti, & pro ſumptione ſanctorum, & immaculatorum tuorum myſteriorum: & offerimus tibi ſuffitus hunc, orantes, ut nos conſerves ſub operimento alarum tuarum, & digneris nos uſque ad ultimum ſpiraculum vitæ noſtræ partici-

pes

pes facere ſanctificationum tuarum in ſanctificationem animarum & corporum, in hæreditatem regni cęlorum: quia tu es ſanctifiſiatio noſtra Deus, tibique gloriam, & gratiarum actionem referimus, Patri, Filio, & Spiritui ſancto.

Et incipit Diaconus in veſtibulo.

Gloria tibi, gloria tibi, gloria tibi Chriſte rex, Verbum Patris unigenitum, quoniam dignatus es, ut nos peccatores & indigni ſervi tui fruamur immaculatis myſteriis tuis in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam. Gloria tibi.

Et cum veſtibulum tranſierit Diaconus incipit hunc in modum dicere.

Etiam atque etiam, & nmni tempore in pace Dominum oremus.

Ut perceptio ſacrorum ejus myſteriorum, valeat nobis ad amoliendam omnem malam rem, in viaticum æternæ vitæ in communicatio-

εἰς ἁγιασμὸν ψυχῶν, καὶ σωμάτων, εἰς βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν· ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν ὁ θεὸς, καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

Καὶ ἄρχεται ὁ Διάκονος ἐν τῇ εἰσόδῳ.

Δόξα σοι, δόξα σοι, δόξα σοι χριστὲ βασιλεῦ, μονογενὲς τοῦ πατρὸς, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ ἀναξίους δούλους σου ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. δόξα σοι.

Καὶ ὅταν ποιήσῃ τὴν εἴσοδον, ἄρχεται λέγειν ὁ διάκονος οὕτως.

Ἔτι, καὶ ἔτι, καὶ διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως γένηται ἡμῖν ἡ μετάληψις τῶν ἁγιασμάτων αὐτοῦ εἰς ἀποτροπὴν παντὸς πονηροῦ πράγματος, εἰς ἐφόδιον ζωῆς αἰωνίου, εἰς κοινωνίαν

νίων, καὶ δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος, δεηθῶμεν.

Ὁ Ἱερεὺς εὔχεται.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερενδόξου, εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα.

Ὁ Λαός. Σοί κύριε.

Ὁ Ἱερεύς.

Ὁ θεός ὁ διὰ πολλὴν, καὶ ἄφατον φιλανθρωπίαν συγκαταβὰς τῇ ἀσθενείᾳ τῶν δούλων σου, καὶ καταξιώσας ἡμᾶς μετασχεῖν ταύτης τῆς ἐπουρανίου τραπέζης, μὴ κατακρίνῃς ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, ἀλλὰ φύλαξον ἡμᾶς ἀγαθὲ, ἐν ἁγιασμῷ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, ἵνα ἅγιοι γενόμενοι, εὕρωμεν μέρος, καὶ κληρονομίαν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ μονογενοῦς

σου

tionem ac donum Spiritus ſancti, oremus.

Sacerdos orat.

Sanctiſſimæ, immaculatæ, glorioſiſſimæ, benedictæ matris noſtræ Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ & omnium ſanctorum, qui à ſeculo Tibi accepti fuerunt, mentionem facientes, & nos invicem & omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Populus. Tibi Domine.

Sacerdos.

Deus, qui propter multam & ineffabilem benignitatem condeſcendiſti infirmitati ſervorum tuorum, & dignatus es nos menſæ hujus cœleſtis participes facere, ne condemnes nos peccatores ob perceptionem myſteriorum tuorum immaculatorum, ſed conſerva nos benigne in ſanctificatione Spiritus ſancti tui, ut ſancti effecti, aſſequamur partem & hereditatem cum omnibus ſanctis, qui tibi ab æterno accepti fuerunt, in lumine vultus tui, per miſericordiam unigeniti Filii tui,

Do-

Domini & Dei, ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, cum quo benedictus es, cum ſancto & benigno, atque vivifico Spiritu tuo: quoniam benedictum & glorificatum eſt, omnibus modis honorandum, & magnificum nomen tuum, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Diaconus.

Inclinemus capita noſtra Domino.

Sacerdos.

Deus magnus, & mirabilis, reſpice in famulos tuos, quoniam tibi cervices inclinavimus: extende manum tuam fortem, & plenam benedictionibus, & benedic populo tuo: conſerva hæreditatem tuam ut ſemper, & perpetuo glorificemus Te ſolum viventem, & verum Deum noſtrum, ſanctam & conſubſtantialem Trinitatē, Patrem, & Filium, & Spi-

ri-

σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι. ὅτι ηὐλόγηται, καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον, καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ο Λαός. Ἀμήν.

Ο Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ο Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο Διάκονος.

Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν.

Ο Ἱερεύς.

Ὁ θεὸς ὁ μέγας, καὶ θαυμαστὸς ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, ὅτι σοὶ τοὺς αὐχένας ἐκλίναμεν. ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν κραταιὰν, καὶ πλήρη εὐλογιῶν, καὶ εὐλόγησον τὸν λαόν σου. διαφύλαξον τὴν κληρονομίαν σου, ἵνα ἀεὶ, καὶ διὰ παντὸς δοξάζωμεν σὲ τὸν μόνον ζῶντα, καὶ ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν, τὴν ἁγίαν, καὶ ὁμοούσιον τριάδα, πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦ-

μα,

μα, νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ritum ſanctum, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Ἐκφώνησις.

Exclamatio.

Σοὶ γὰρ πρέπει, καὶ ἐποφείλεται ἡ παρὰ πάντων ἡμῶν δοξολογία, τιμή, καὶ προσκύνησις, καὶ εὐχαριστία, τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

Tibi enim convenit, & debetur laus & gloria à nobis, Omnipotens, honor, & adoratio, ac gratiarum actio, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Populus. Amen.

Ὁ Διάκονος.

Diaconus.

Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ ψάλλωμεν.

In pace Chriſti cantemus.

Καὶ πάλιν λέγει.

Et rurſus dicit.

Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ πορευθῶμεν.

In pace Chriſti eamus.

Ὁ Λαός.

Populus.

Ἐν ὀνόματι Κυρίου. Κύριε εὐλόγησον.

In nomine Domini, Domine benedic.

Εὐχὴ ἀπολυτικὴ λεγομένη παρὰ τοῦ διακόνου.

Oratio quando dimittitur populus, quæ dicitur à Diacono.

Ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν πορευόμενοι, σὲ ὑμνοῦμεν τὸν σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν. δόξα πατρί, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, σὲ ὑμνοῦμεν τὸν σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ex gloria in gloriam progredientes, laudamus te Servatorem animarum noſtrarum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula laudamus te Servatorem animarum noſtrarum.

Sacerdos Orationem dicit, ab ipſo altari uſque ad armarium.

Ex virtute in virtutem progredientes, & abſoluto omni divino ſacrificio in templo tuo, nunc etiam te oramus, Domine Deus noſter, dignare nos perfecta benignitate: dirige viam noſtram, confirma nos, & ſtabili in timore tuo, & nos dignare Regno cœleſti, in Chriſto Jeſu, Domino noſtro, cum quo benedictus es cum ſancto, bono, & vivifico Spiritu tuo, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Diaconus.

Etiam atque etiam, ac ſemper in pace Dominum oremus.

Oratio, quæ dicitur in armario, poſtquam dimiſſus eſt populus.

Largitur es nobis, Domine Deus, ſanctificationem in perceptione ſanctiſſimi corporis, & precioſi ſanguinis unigeniti Filii tui, Domini noſtri Jeſu Chriſti: imparti-

re

Ὁ Ἱερεὺς λέγει εὐχὴν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου μέχρι τοῦ σκευοφυλακίου.

Ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν πορευόμενοι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν τῷ ναῷ σου πληρώσαντες θείαν λειτουργίαν, καὶ νῦν δεόμεθά σου κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, τελείας φιλανθρωπίας ἀξίωσον ἡμᾶς. ὀρθοτόμησον τὴν ὁδὸν ἡμῶν· ῥίζωσον ἡμᾶς ἐν τῷ φόβῳ σου, καὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας ἀξίωσον, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ Διάκονος.

Ἔτι καὶ ἔτι, καὶ διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν.

Ἔδωκας ἡμῖν δέσποτα τὸν ἁγιασμὸν ἐν τῇ μετουσίᾳ τοῦ παναγίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, Κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δὸς ἡμῖν

καὶ

ϗ τὴν χάριν τοῦ πνεύματός σου τοῦ ἀγαθοῦ, ϗ φύλαξον ἡμᾶς ἀμώμους ἐν τῇ πίστει· ὁδήγησον ἡμᾶς εἰς τελείαν υἱοθεσίαν, ϗ ἀπολύτρωσιν, ϗ εἰς τὰς μελλούσας αἰωνίους ἀπολαύσεις· σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς, καὶ φωτισμὸς ἡμῶν ὁ θεὸς, καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμά σου πανάγιον, νῦν, ϗ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ὁ Διάκονος.

Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ διαφυλαχθῶμεν.

Ὁ Ἱερεύς.

Ηὐλόγηται ὁ θεὸς ὁ εὐλογῶν, ϗ ἁγιάζων διὰ τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγίων, ϗ ζωοποιῶν, ϗ ἀχράντων μυστηρίων, νῦν, ϗ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἶτα εὐχὴ τοῦ ἱλασμοῦ.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἀμνὲ, ϗ ποιμὴν ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ τὸ δάνειον τοῖς δυσὶ χρεωφειλέταις χαρισάμενος, ϗ τῇ ἁμαρτωλῷ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῆς

re nobis gratiam quoque Spiritus ſancti tui boni, & conſerva nos inculpabiles in fide deduc nos in perfectam adoptionem, & redemptionem, & in futuras illas æternas fruitiones: tu enim es ſanctificatio, & illuminatio noſtra Deus, ac unigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus ſanctiſſimus, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Diaconus.

In pace Chriſti conſervemur.

Sacerdos.

Benedictus eſt Deus, qui benedicit, & ſanctificat per perceptionem ſanctorum: vivificorum & immaculatorum myſteriorum, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Deinde Oratio propitiationis.

Domine Jeſu Chriſte, fili Dei viventis, agne, ac paſtor, qui tollis peccatum Mundi, qui debitum duobus debitoribus remiſiſti, & peccatrici mulieri remiſſionem

peccatorum ejus conceſſiſti, qui ſanitatem paralytico cũ remiſſione peccatorum ejus largitus es, remitte, condona, ignoſce, Deus, peccata noſtra voluntaria, & non voluntaria, quæ prudentes, & imprudentes perpetravimus, quæ per tranſgreſſionem, & inobedientiam fecimus: quæ Spiritus tuus ſanctiſſimus melius novit, quam ſervi tui: & ſi quid à mandatis tuis ut homines carnem geſtantes, & mundum hunc inhabitantes, vel à diabolo ſeducti, aberrarunt, ſive dicto ſive facto, vel in maledictionem inciderunt, aut peculiari anathemate irretiti ſunt, rogo & precor ineffabilem tuam benignitatem, ut verbo abſolvantur, & ut ipſis condones & jusjurandum, & peculiare anathema, ſecundum bonitatem tuam. Age, Domine Domine, exaudi orationem meam pro ſervis tuis, & prætermitte, ut injuriarum immemor omnia eorum errata: ignoſce ipſis omne delictum, & volun-

δοὺς, ὁ τὴν ἴασιν τῷ παραλυτικῷ δωρησάμενος, σὺν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον ὁ θεὸς τὰ πλημμελήματα ἡμῶν τὰ ἑκούσια, τὰ ἀκούσια· τὰ ἐν γνώσει, τὰ ἐν ἀγνοίᾳ, τὰ ἐν παραβάσει, καὶ παρακοῇ γενόμενα, ἃ οἶδε τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον ὑπὲρ τοὺς δούλους σου. καὶ εἴ τι τῶν ἐντολῶν σου ἄνθρωποι σάρκα φοροῦντες, καὶ τὸν κόσμον τοῦτον οἰκοῦντες, ἢ ἐκ τοῦ διαβόλου ἐπλανήθησαν, εἴτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ· εἴτε ὑπὸ κατάραν ὑπέπεσαν, ἢ τῷ ἰδίῳ ἀναθέματι, παρακαλῶ, καὶ δέομαι τὴν ἄφατόν σου φιλανθρωπίαν, τῷ μὲν λόγῳ λυθῆναι· συγχωρηθῆναι δὲ αὐτοῖς τῷ ὅρκῳ, καὶ τῷ ἰδίῳ ἀναθέματι κατὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα. Ναὶ δέσποτα κύριε εἰσάκουσον τῆς δεήσεώς μου ὑπὲρ τῶν δούλων σου, καὶ πάριδε ὡς ἀμνησίκακος τὰ ἐπταισμένα αὐτῶν ἅπαντα· συγχώρησον αὐτοῖς πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε, καὶ ἀκούσιον· ἀπάλλαξον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου κολάσεως. σὺ γὰρ εἶ ὁ ἐντειλάμενος ἡμῖν λέ-

γων, ὅτι, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῶς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, θεὸς τοῦ ἐλεεῖν, καὶ σώζειν, καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας δυνάμενος, καὶ πρέπει σοι ἡ δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

luntarium, & involuntariũ: libera eos ab æterno ſupplicio. Tu enim es, qui præcepiſti nobis, dicens: Quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata in cœlis: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlis: quoniam tu es Deus noſter, Deus, qui miſereri, ſervare, & dimittere peccata potes, ac Te gloria decet cum Patre ſine principio, & Spiritu vivifico, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

EADEM MISSA
SANCTI JACOBI
EX ANTIQUO MSS. MESSANENSI,
Quod nondum lucem aſpexit.

.... noſtræ, Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ, venerabilium, & glorioſorum, incorporalium Archangelorum, S. Joannis Præcurſoris, & Baptiſtæ, divorum, ſacrorum Apoſtolorum, glorioſorem Prophetarum, & egregiè Victorum Martyrum, & S. Stephani primi Diaconi, & primi Martyris, & Sancti & Beati Patris noſtri Jacobi Apoſtoli, & Dei fratris, & omnium Sanctorum, & Juſtorum memoriam habeamus, quo ipſorum precibus, & deprecationibus omnes miſericordiam conſequamur. (*a*)

Sacerdos, dicit, orationem Triſagii.

Al-

.... ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τῶν τιμίων ἐνδόξων Ἀσωμάτων Ἀρχαγγέλων, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ τῶν θείων Ἱερῶν ἀποστόλων ἐνδόξων προφητῶν, καὶ καλλινίκων μαρτύρων, καὶ τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτοδιακόνου, καὶ πρωτομάρτυρος, καὶ τοῦ ἁγίου, καὶ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβου τοῦ Ἀποστόλου, καὶ ἀδελφοθέου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ δικαίων μνημονεύσωμεν· ὅπως, καὶ πρεσβείαις αὐτῶν πάντες ἐλεηθῶμεν.

Ὁ Ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τοῦ τρισαγίου.

Ὁ

(a) *Dominæ* : Sic incipit Codex mutilus ab initio.

Ὁ οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμε.

Ἐκφώνως.

Ὅτι ἅγιος εἶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις κατοικεῖς, καὶ ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπομεν.

Οἱ ψάλται τό.

Ἅγιος ὁ θεός.

Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Ἱερεὺς σφραγίζει λέγων.

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ ψάλτης, τὸ προκείμενον.

Ὁ Ἀπόστολος. τὸ Ἀλληλούϊα.

Εὐχὴ εἰς τὸ θυμίαμα τοῦ Ἀλληλούϊα.

Σοὶ τῷ πεπληρωμένῳ.

Ὁ Ἱερεὺς, εὐχὴν πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου.

Σοὶ εὐχαριστοῦμεν κύριε τῷ ἐξανατείλαντι ἡμῖν φῶς ἐκ σκότους, καὶ ἀποκαλύψαντι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν εἰς κατανόησιν τῶν θαυμασίων σου, καὶ ἀνοίξαντι τὸ

στό-

Miſerator, & Miſericors, longanimis. (*a*)

Alta voce.

Quoniam Sanctus es Domine Deus noſter, & in ſanctis habitas, & requieſcis, Tibique gloriam, & terſanctũ hymnum emittimus &c.

Pſaltæ.

Sanctus Deus.

Et poſt hæc Sacerdos ſignat dicens.

Pax omnibus.

Pſaltæ Procimenon. (*b*) *Epiſtola*. Alleluja.

Oratio ſuper Thymiamate, Alleluja.

Tibi, qui plenus es.

Sacerdos orationem ante Evangelium.

Agimus tibi gratias Domine, qui ex tenebris lumen nobis oriri feciſti, atque ad mirabilia tua intelligenda oculos mentis noſtræ revelaſti, & ad confitendum pecca-

---

(a) Reliqua conſonant iis, quæ pag. 9. Superius ſunt edita.

(b) Prociwenon ſunt verſiculi prævii, qui ante Epiſtolam Sancti Pauli, quæ *Apoſtolus* Antonomaſtice dicitur legendam, præcinuntur. Hi verſiculi ut plurimum e pſalmis excerpti vel ſcripturæ legenda, vel decantandæ rei alterius ſpecialis rationem, & ſummam complectuntur.

cata noſtra, tua verò præcepta meditandum os nobis aperuiſti. Idem ipſe nunc, ò Dominator à nobis peccatoribus, & minimis ſervis tuis preces ſuſcipe, & deprecationem noſtram ne deſpicias; Verumtamen ſecundum Magnificentiam tuam cuſtodi nos, atque hos, qui una nobiſcum oraturi convenerunt. Fac, ut & noſtris, atque ipſorum cordibus divinorum eloquiorum Evangelii Chriſti tui illuminatio ſplendeat.

Dicamus omnes Kyrie eleiſon.

Domine omnipotens. (*a*)

Ut pacem deſuper.

Ut totus mundus pace.

Ut ſerves ac faveas.

Pro ſanto Patre noſtro N. omni Clero, & populo Chriſtum amante rogamus.

Pro devotiſſimo, & Chriſtum amante Imperatore noſtro, omni Palatio, & exercitu, atque, ut ipſi victoriam conſequantur, rogamus.

Pro

ςόμα ἡμῶν εἰς ἐξομολόγησιν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, μελέτην δὲ τῶν σῶν ἐντολῶν· Αὐτὸς, καὶ νῦν Δέσποτα πρόσδεξαι τὴν προσευχὴν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἐλαχίςων δούλων σου· καὶ μὴ ὑπερίδης τὴν δέησιν ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν φύλαξον ἡμᾶς, καὶ τοὺς συνελθόντας, καὶ συνευχομένους ἡμῖν, καὶ ἐναύγασον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τε, καὶ αὐτῶν τὸν φωτισμὸν τῶν θείων λογίων τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριςοῦ σου.

Εἴπωμεν πάντες, Κύριε ἐλέησον.

Κύριε παντοκράτορ.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ.

Ὑπὲρ σωτηρίας.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα παντὸς τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ φιλοχρίςου λαοῦ δεόμεθα.

Ὑπὲρ τοῦ εὐσεβεςάτου, καὶ φιλοχρίςου ἡμῶν βασιλέως, παντὸς τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ ςρατοπέδου, καὶ νίκης αὐτῶν δεόμεθα.

Ὑπὲρ

(a) Cætera vide pag. 11. brevitati enim ſtudens illa omitto, ſatiſque mihi ſuit indicare initia

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, καὶ τῆς βασιλευούσης πάσης πόλεως, καὶ χώρας δεόμεθα.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι.

Ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος.

Σῶσον ὁ Θεὸς τὸν λαόν.

Ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν· καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου, καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ, τῇ χάριτι τῆς τριημέρου, καὶ φωτοφόρου σου ἐκ νεκρῶν Ἐγέρσεως, πρεσβείαις τῆς παναγνοῦ εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου. Ἱκετεύομέν σε πολυέλεε Κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, δεόμεθά σου, καὶ ἐλέησον.

Ὁ λαός. Κύριε ἐλέησον. Ἐκ τρίτου.

Καὶ ὁ Ἱερεύς. Εὐχή.

Ἔλλαμψον ἐν ταῖς καρδίαις.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ εὐαγγελισμός.

Ὁ Ἀρχιδιάκονος. Ὀρθοί. Ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου.

Ὁ

Pro ſancta Chriſti Dei noſtri Civitate, & pro Imperiali, atque omni civitate, & regione rogamus.

Ut liberes nos ab omni.

Pro populo circumſtante.

Salvum fac Deus.

Extolle cornu Chriſtianorum, & ſuper nos divitias miſericordiæ tuæ emitte, virtute pretioſæ, vivificæ Crucis, gratia triduanæ & reſplendentis tuæ Reſurrectionis à mortuis, precibus puriſſimæ benedictæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ, & omnium ſanctorum tuorum. Deprecamur te multum Miſericors Domine, nos peccatores exaudi, rogamus te, & Miſerere.

Populus. Kyrie eleiſon *ter*.

Et Sacerdos. *Oratio*.

Fac ut reſplendeat in cordibus. (*a*)

Tu enim es bona illa annunciatio.

Archidiaconus. Recti. Audiamus ſanctum Evangeliũ.

Sa-

(a) Hæc oratio integra in Liturgia S. Baſilij extat, illamque heic omitto, cum in Codice iſto MS. tantummodo citetur, & ſtatim ſubjungatur clauſula. *Tu enim*.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Ex Evangelio ſecundum Matthæum.

Archidiaconus. Attendamus.

Et completo Evangelio dicit Diaconus.

Vacemus intente. Dominus rogemus.

Pro pace univerſi Mundi, & pro unitate omnium ſanctarum Eccleſiarum.

Ut opituletur ſanctis Patribus noſtri. *Illi*, *&* *Illi* omni.... Dominum rogemus. (*a*)

Nullus Cathecumenorum hic eſto; nondum initiatorũ nullus: Nemo eorum, qui nobiſcum orare non permittãtur. Nemo adverſus alium verbum, aut malignitatem habeat. Dimittite, & dimittentur vobis peccata veſtra, Confitemini, & cum compunctione ignoſcite. (*b*)

Po-

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Διάκονος. Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Ὁ Ἀρχιδιάκονος. Πρόσχωμεν.

Καὶ ὅτε πληρωθῇ τὸ Εὐαγγέλιον λέγει ὁ Διάκονος.

Σχολάσωμεν ἐκτενῶς. Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ἑνώσεως πασῶν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν.

Ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα, παντός.... τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Μήτις τῶν κατηχουμένων ὧδε ἔσω. Μήτις τῶν ἀμυήτων. μήτις τῶν μὴ δυναμένων ἡμῖν συνδεηθῆναι. Μηδεὶς κατὰ τοῦ ἑτέρου λόγον, ἢ πονηρίαν ἐχέτω. Ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ἐξομολογήσασθε, καὶ μετὰ κατανύξεως συγχωρήσασθε.

Αι-

(a) Hic etiam nonnulla deſunt ad complendam collectam ut videtur, pertinentia. Atque obiter nota Collectam in hoc MS. ita dividi, ut una pars præcedat Evangelii lectionem, altera ſequatur. Ut ut ſit mox expulſionem Cathechumenorum habemus.

(b) *Fortaſſe deeſt* ἀλλήλοις *invicem*.

'Αιτήσαϑε μετὰ φόβου, καὶ τρόμου . . . ἀλλήλους ἐπίγνωτε.

'Ορϑοὶ πάντες.

Καὶ προέρχονται τὰ ἅγια. οἱ τὰ χερουβεὶμ. ὅτε δὲ τεϑῶσιν ἐν τῷ ϑυσιαστηρίῳ εὔχεται ὁ Ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τῆς προϑέσεως.

Ο Θεὸς ἡμῶν ὅτων οὐράνιον ἄρτον.

'Ευχὴ εἰς τὸ ϑυμίαμα.

Δέσποτα παντοκράτορ, βασιλεῦ τῆς δόξης.

'Ευχὴ λεγομένη προερχομένων τῶν ἁγίων. Τοῦ ἁγίου Διονυσίου.

Τὸ φρικτόν σου Κύριε καταλαβόντες δάπεδον ϑαμβούμεϑα τῷ προσώπῳ τῇ λαμπρᾷ σου τραπέζῃ προσερχόμενοι· καὶ πέλας τοῦ φοβεροῦ σου γινόμενοι βήματος κλονούμεϑα τῷ παλμῷ τὰ μέλη βραττόμενοι· ἀνέφικτον ϑῦμα προσάγοντες. Τίς γὰρ γηγενῶν προσηλωμένος τοῖς πάϑεσιν ἄξιος (*) τηλικούτων μυστηρίων ἐφάψα-

Poſtulate cum timore, & tremore (*a*) ..... invivem recognoſcite.

Recti omnes.

Et procedunt Sancta [*Myſteria, ſeu potius* δῶρα *Dona,*] Nos qui Cherubim; *Cum vero ſupar Altare collocata fuerint Sacerdos dicit orationem Propoſitionis.*

Deus noſter qui cœleſtem Panem. (*b*)

Oratio ſuper Thymiamate.

Domine Omnipotens, Rex gloriæ.

Oratio, quæ dicitur, dum procedunt Sancta. Sancti Dionyſii.

Domine tuum tremendum pavimentum dum petimus, dum tuæ illuſtri menſæ accedimus attonitu vultu hæremus. At proximi tuo terribili tribunali effecti concutitur, membriſque palpitantibus agitamur, dum, quod vires noſtras excedit, ſacrificium offerimus. Ecquis enim terreſtrium hominum paſſionibus affixus di-

(*) Sic fortaſſe ἀξίως. (a) *Deſunt pauca.*
(b) *Suppouuntur nota à Calligrapho ex Liturgia Chryſoſtomi.*

gnè tanta Myſteria contingere valet? Naturæ enim inſtabilitas confidentiam eripit, & ſcelerum ſibi conſciam mentem efficit, animique aſpectui tenebras offundit indecora, converſatio, & conſtanter culpabilis vitæ ratio. Qua de re timemus, ac metu agitamur ne forte indigna tua Dona contrectantes adverſus noſmetipſos divinam vindictam convertamus. Quare benignitatem tuam deprecamur. Da nobis ſancta Myſteria tua ſancte inchoare: Animam, & corpus noſtrum corrobora. Concede nobis ut inculpatè ineffabili virtute tua, ſacrificemus. Omnia enim per te fiunt, & te decet omnis gloria, honor, & Magnificentia Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Et alia Oratio Sancti Baſilii. Orat ſacerdos hunc in modum.

Nemo dignus. (a)

De-

θαι δύναται; Ἀφαίρεται γὰρ τὴν παῤῥησίαν τὸ τῆς φύσεως ἄστατον· καὶ συνειδήσεις ἐναγεῖς τῷ νῷ κατεργάζεται· καὶ σκότος ἐπάγει τῷ βλέμματι ἄσεμνος πολιτεία, καὶ βίος ἐπίμονος· ὅθεν δεδοίαμεν, καὶ τῷ φόβῳ κλονούμεθα· μήπως ἀναξίως τῶν δώρων ἁψάμενοι, τρέψωμεν καθ' ἑαυτῶν τὴν θείαν ἐκδίκησιν. Διὸ καθικετεύομεν τὴν φιλανθρωπίαν σου· Δὸς ἡμῖν ἁγιοπρεπῶς τῶν ἁγίων σου μυστηρίων ἀπάρξασθαι· ἐνδυνάμωσον ἡμᾶς Δέσποτα ψυχῇ, καὶ σώματι, καὶ χάρισαι ἡμῖν ἀμώμως ἱερουργῆσαι τῇ σῇ ἀῤῥήτῳ δυνάμει· πάντα γὰρ διὰ σοῦ ἐστι· καὶ πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ μεγαλοπρέπεια τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν.

Καὶ ἑτέρα εὐχὴ τοῦ ἁγίου Βασιλείου· Εὔχεται ὁ Ἱερεὺς ταῦτα.

Οὐδεὶς ἄξιος.

Εἶ-

(a) *Habetur in Liturgia Chryſoſtomi, & Baſilii.*

Εἶτα ὁ Ἀρχιδιάκονος.

Ἐν σοφίᾳ Θεοῦ πρόσχωμεν, καὶ ἄρχεται ὁ Ἱερεύς.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν.

Εὐχὴ πρὸ τοῦ ἀσπασμοῦ.

Ὁ πάντων Θεὸς καὶ Δεσπότης.

Καὶ πληρουμένου τοῦ Συμβόλου.

Ὑπὲρ σωτηρίας, καὶ ἀντιλήψεως τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, παντὸς τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ τοῦ Κυρίου.

Ὑπὲρ τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως παντὸς τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ, καὶ τῆς οὐρανόθεν βοηθείας, καὶ νίκης αὐτοῦ.

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, καὶ τῆς βασιλευούσης, καὶ πάσης πόλεως, καὶ χώρας, καὶ τῶν ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ εὐλαβείᾳ οἰκούντων ἐν αὐταῖς, εὐ-

Deinde Archidiaconus.

In ſapientia Dei attendamus.

Et incipit Sacerdos.

Credo in unum Deum.

Oratio ante Amplexum.

Deus univerſorum, & Domine. (*a*)

Et expleto ſymbolo.

Pro ſalute, & auxilio Sancti Patris noſtri N., omnis Cleri, & Chriſtum amantis populi Dominum. (*b*)

Pro devotiſſimo, & Chriſtum amante Imperatore noſtro, toto Palatio, & ipſius exercitu, ut cælitus auxilium, & victoriam conſequantur Dominum rogemus.

Pro ſancta Chriſti Dei noſtri Civitate, Hieruſalem, & pro urbe Imperiali (*c*) & pro omni Civitate, & regione, atque iis, qui illas in orthodoxa Fide, &

(a) Hinc ferme ut in edito uſque ad Καθολικὴν συναπτὴν, Univerſalem collectam. Ideo ſic dicta, qui preces pro omni ſtante, colligit, & continet, quam in noſtro MS. legit Archidiaconus, & vocatur abſolute Καθολικη Univerſalis. In qua poſt quartam rogationem pro pace totius orbis &c. habentur etiam ſequentes.

(b) Deeſt δεηθῶμεν, quod hic & alibi etiam omittitur, quia hæc & ſimiles ſunt voces notæ ex ipſo frequenti uſu, quod etiam in aliis Codicibus obſervatur. (c) Intelligitur pro Conſtantinopoli.

& religione incolunt, ut pacem, & ſecuritatem habeant Dominum. (*a*)

εἰρήνης, καὶ ἀσφαλείας αὐτῶν τοῦ Κυρίου.

Pro memoria, remiſſione, & requie Sanctorum Patrum noſtrorum Archiepiſcoporum poſt Sanctum Jacobum Apoſtolum, & fratrem Domini, & primum Epiſcopum uſque ad Nicolaum, & Eliam, & Benedictum, & Agapium, & Oreſten, cæterorumque Sanctorum Patrum, & Fratrum noſtrorum Dominum rogemus. (*b*)

Ὑπὲρ μνήμης, ἀνέσεως, καὶ ἀναπαύσεως τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου, τοῦ Ἀποστόλου, καὶ ἀδελφοῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρωτεπισκόπου Ἀρχιεπισκόπων μέχρι Νικολάου, καὶ Ἡλία, καὶ βενεδίκτου, καὶ Ἀγαπίου, καὶ Ὀρέστου, καὶ λοιπῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν, καὶ ἀδελφῶν τοῦ.

Deinde Diaconus.

Pro propoſitis Sanctis, Glorioſis, divinis, cœleſtibus, ineffabilibus, tremendis, horrendis, immortalibus, vivificantibus donis, & ſalute, ac ſuſceptiones præſentis, & offerentis ea Venerandi Patris noſtri, & Archierarchæ qui orat, Dominum Deum noſtrum oremus.

Εἶτα ὁ Διάκονος.

Καὶ ὑπὲρ τῶν προκειμένων ἁγίων, ἐνδόξων, ἐπουρανίων, θείων, ἀῤῥήτων, φοβερῶν, φρικτῶν, ἀθανάτων, ζωοποιῶν δώρων, καὶ σωτηρίας, ἀντιλήψεως τοῦ παρεστῶτος, καὶ προσφέροντος τοῦδε τιμίου πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἀρχιεράρχου τοῦ προσευχομένου Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἱκετεύσωμεν.

Po- Ο

(a) Poſt ſequitur lacuna ſatis magna, ubi aliæ, ut par eſt credere ſcriptæ erant rogationes; mox leguntur 8. 6. 7. 9. 10. 5. diſponuntur in Ms.

(b) Coeteræ rogationes, & quæ ſequuntur vide ſupra, cum ſint eædem, quæ in vulgata Liturgia, licet ordine paululum immutato.

Ὁ Λαός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Ἱερεὺς ἐκφώνως.

Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς.

Καὶ πάλιν σφραγίζει τὰ χείλη.

Ἐκ τρίτου.

Κύριε τὰ χείλη.

Ἐκ τρίτου.

Πληρωθήτω.

Καὶ πάλιν σφραγίζει τὰ δῶρα λέγων ἐκ τρίτου.

Τοῦ πατρός.

Καὶ κλίνων Εὔχεται καθ' ἑαυτόν.

Ὁ ἐπισκεψάμενος.

Εὐχὴ β'. Διονυσίου συνάπτει λέγων.

Ὁ θεὸς ὁ διὰ πολλήν.

Συνάπτει, καὶ ταύτην. Εὐχὴ τρίτη τοῦ ἁγίου βασιλείου.

Κύριε ὁ θεός.

Καὶ συνάπτει ταύτην τὴν εὐχήν. Εὐχὴ τοῦ καταπετάσματος.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε ὁ θεὸς ἡ-

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Alta voce.

Per miſericordiam, & benignitatem &c.

Atque iterum ſignat labia.

Ter.

Domine labia. (*a*)

Ter.

Impleatur. (*b*)

Et iterum ſignat dona dicens ter.

Patris. (*c*)

Et inclinatus orat apud ſemetipſum.

Domine Domine. (*d*)

Oratio ſecunda Dioniſij; ſubjungit dicens.

Deus qui propter. (*e*)

Adjungit & hanc oratio tertia S. Baſilij.

Dominus Deus. (*f*)

Et addit hanc orationem.

Oratio velaminis.

Gratias tibi, ò Domine Deus noſter agimus, quod no-

(a) Vid. pag. 25. (b) Cætera vid. cir. pag. ..... (c) Ibid.
(d) Et cætera uſque ad pag. 25. (e) Vide ſupra a pag. 27.
(f) Hæc oratio etiam nunc legitur in Liturgia S. Baſilii nomine inſignita.

nobis fiduciam dederis ad ingreſſum ſanctorum tuorum: quam renovaſti nobis viam recentem, & viventem, per velamen carnis Chriſti tui. Dignos igitur cum nos feceris qui ingrediamur in locum tabernaculi gloriæ tuæ, ſimulſque intra illud velum, & aſpiclamus ſancta ſanctorum, flectimus genua ad tuam bonitatem, Domine miſerere noſtri, quandoquidem veremur ac tremimus, quum tuum ſanctum altare nobis accedendum eſt, & offerendum.

Populus &c.

Et ſacerdos orat.

Bone, & Benigne Domine.

Domine Deus noſter, qui per manifeſtationem unigeniti Filii tui, & per illapſum ſpiritus tui Sanctiſſimi, dignum feciſti me peccatorem & humilem ſervum tuum qui adſiſtam tuo ſancto altari, & offeram, & adminiſtrem

ἡμῶν, ὅτι ἔδωκας ἡμῖν παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων σου, ἣν ἀνεκαίνισας ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον, καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ σου. καταξιωθέντες οὖν εἰσελθεῖν εἰς τόπον σκηνώματος δόξης σου, ἔσω τε γενέσθαι τοῦ καταπετάσματος, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων κατοπτεῦσαι, προσπίπτομεν τῇ σῇ ἀγαθότητι· δέσποτα ἐλέησον ἡμᾶς· ἐπειδὴ ἔμφοβοι, καὶ ἔντρομοί ἐσμεν, μέλλοντες παρεστάναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσφέρειν.

Καὶ τὰ ὑποκείμενα.

Ὁ λαός. Ἔλαιον.

Ὁ Ἱερεὺς εὔχεται.

Ἀγαθὲ καὶ φιλάνθρωπε Δέσποτα Κύριε.

Ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ διὰ τῆς παρουσίας τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, καὶ τῆς ἐλλάμψεως τοῦ παναγίου σου πνεύματος καταξιώσας με τὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ ἀχρεῖον σου δοῦλον παρεστάναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσφέρειν, καὶ λειτουργεῖν τοῖς

καὶ

(a) Cætera vide pag. 30.

καὶ τοῖς, καὶ ἀχράντοις τῆς διαθήκης σου μυστηρίοις. Ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθὸν, καὶ ἀξίωσόν με ἐν καθαρῷ συνειδότι λατρείαν σοι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.	ſtrem tua nova, & immaculata tui Teſtamenti myſteria. Fac mecum ſignum in bonum, & dignum me fac, qui pure exerceam cultum tuum cunctis diebus vitæ meæ. (*a*)
Ἐκφώνως. Ἡ ἀγάπη.	*Alta voce*, Charitas &c.
Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν κλίνων λέγει.	*Et ſacerdos orationem dicit inclinans.* (caput ſcilicet.)
Ὡς ἀληθῶς ἄξιόν ἐστιν.	Verè dignum, & juſtum eſt. (*b*)
Ἐκφώνησις. Τόν. Ἐπινίκιον.	*Exclamatio.* Hymnum.
Ὁ Λαός. Ἅγιος.	*Populus.* Sanctus.
Καὶ ὁ ἱερεὺς σφραγίζων τὰ δῶρα τρὶς λέγει καθ' ἑαυτὸν ἱστάμενος.	*Et ſacerdos ſignum Crucis ter facit ſuper dona, & ſtans dicit.*
Ἅγιος εἶ βασιλεῦ.... Δοτὴρ † ... ἐποίησας ... † Τὰ βάθη σου τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς †.	Sanctus es Rex.... Dator † ... feciſti † ... Etiam profunditates tuas qui Deus es, & Patris †.
Καὶ κλίνει λέγων. Ἅγιος εἶ.	*Et ſe ſe inclinans dicit.* Sanctus es. (*c*)
Καὶ Ἀνιστάμενος, καὶ λαβὼν τὸν ἄρτον λέγει.	*Et erectus accipiens panem dici.*
Λαβὼν τὸν ἄρτον.... καὶ Εὐχαριστήσας † εὐλογήσας † ἁγιάσας	Accipiens panem, & Gratias agens † benedicens † ſanctificans † frangens dedit ſan-

(a) Vide pag. 32. (b) Vide pag. 33. (c) Etc. vid. pag. 35.

ſanctis & Beatis diſcipulis ſuis. (*a*)

Diaceni dicunt.

In remiſſionem.

Deinde exclamat.

Accipite, comedite.

Populus. Amen.

Deinde ... & dicit ſignans.

Similiter.... & Gratias agens † benedicens † ſanctificans † implens ſpiritu ſancto dedit beatis diſcipulis ſuis & Apoſtolis dicens.

Sacerdos alta voce.

Bibite &c.

Populus. Amen.

Sacerdos erectus dicit apud ſemetipſum.

Hoc facite. (*b*)

Et Sacerdos ſtans crucem facit ſuper dona, dicens, miſerere noſtri Deus omnipotens. (*c*)

Inclinans & conſignans cruces dicit.

Offerimus tibi. (*d*)

Quæ

σας ✝ κλάσας Μετέδωκε τοῖς ἁγίοις, καὶ μεκαρίοις αὐτοῦ μαθηταῖς.

Λέγουσιν οἱ διάκονοι.

Εἰς ἄφεσιν.

Εἶτα ἐγφωνεῖ.

Λάβετε, φάγετε.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Εἶτα ... λέγει σφραγίζων.

Ὡσαύτως..... καὶ Εὐχαριστήσας, ἁγιάσας, Εὐλογήσας πλήσας πνεύματος ἁγίου μετέδωκεν τοῖς μακαρίοις αὐτοῦ μαθηταῖς, καὶ ἀποστόλοις εἰπών.

Ἐκφώνως ὁ Ἱερεύς.

Πίετε....

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Καὶ ὁ Ἱερεύς, καθ' ἑαυτὸν ἱστάμενος λέγει.

Τοῦτο ποιεῖτε.

Καὶ ὁ ἱερεὺς σφραγίσας ἱστάμενος τὰ δῶρα λέγει Ἐλέησον ὁ θεὸς ὁ παντοκράτων.

Σφραγίζων, καὶ κλίνων, λέγει.

Προσφέρομέν σοι.

Ἀπο-

(a) Reliqua, quæ hic omiſſa ſunt, conſonant iis, quæ vulgata ſunt pag. 36.
(b) Reliqua conſonant vulgatæ ſupra a pag. 37. 38. 39.
(c) *Et cætera vide pag.* 39. 40. 41. (d) *Et cætera vide pag.* 41.

Ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

Προηγουμένως τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν ὁ Δεῖνα, παντὸς τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ ἱερατείου αὐτοῦ. γῆρας αὐτῷ τίμιον χάρισαι, μακροχρόνιον αὐτὸν διαφύλαξον. ποιμαίνοντα τὸν λαόν σου ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, καὶ σεμνότητι, καὶ δικαιοσύνῃ.

Μνήσθητι Κύριε τοῦ ἐνθάδε τιμίου πρεσβυτερίου, καὶ τοῦ ἁπανταχῆ, τῆς ἐν Χριστῷ Διακονίας, καὶ λοιπῆς πάσης ὑπηρεσίας παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ ὀρθοδόξου τάγματος, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἀδελφότητος ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ.

Μνήσθητι Κύριε, καὶ τῶν συμπαρισταμένων ἡμῖν ἱερέων ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ ὥρᾳ ἐνώπιον τοῦ ἁγίου σου θυσιαστηρίου ἐπὶ προσενέξει τῆς ἁγίας, καὶ ἀναιμάκτου σου θυσίας ταύτης·, καὶ δὸς αὐτοῖς, καὶ ἡμῖν λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν εἰς δόξαν, καὶ ἔπαινον τοῦ παναγίου σου ὀνόματος.

Μνήσθητι Κύριε κατὰ τὸ πλῆθος

Quæ eſt per Univerſum orbem.

Præcipuè Sancti Patris noſtri, illius univerſi Cleri, & ſacerdotii ipſius memento; Venerandam ipſi ſenectam largire, ad multos annos ipſum cuſtodi, ut populum tuum in omni pietate, & honeſtate, & juſtitia paſcat.

Memento. Domine hujus venerabilis Presbyterii, & ubique locorum degentis, & in Chriſti amore miniſtrantium Diaconorum, cæterorumque omnium, qui altari, ſerviunt atque omnis Eccleſiaſtici, & Orthodoxi ordinis, & in Chriſto collectæ Fraternitatis noſtræ, & omnis populi Chriſtum amantis.

Memento Domine etiam Sacerdotum, qui hac ſancta hora coram ſancto Altari tuo adſtant ad hujus ſanctum & incruenti tui ſacrificii cum oblatione. Atque ipſis, & nobis verbum in aperitione oris noſtri concedas in gloriam, & laudem ſanctiſſimi nominis tui.

Memento Domine ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ,& miſerationum tuarum etiam mei vilis, & peccatoris, & minimi, & indigni ſervitui. Et viſita me in miſericordia, & miſerationibus, & libera, & indemnem me conſerva, ab iis, qui me perſecuntur Domine, Domine virtutum: Et non intres in judicium cum ſervo tuo, & quoniam abundavit in me peccatum, tuam benignitatem deprecor, ut ſuperabundet in me gratia tua,& veniat ſuper me magna miſericordia tua.

Memento Domine & Diaconorum, qui ſanctum Altare tuum circumdant, atque ipſis inculpatam vitam largire, purum ipſorum Miniſterium conſerva, graduſque ipſis bonos acquire.

Memento Domine devotiſſimi & Chriſtum amantis Regis noſtri, devotæ, & Chriſtum amantis ipſius Reginæ, totius Palatii, & exercitus ipſius, ut cœlitus auxilium, protectionem, & victortam conſequantur.

τοῦ ἐλέους σου, καὶ τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ, καὶ ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἐλαχίστου, καὶ ἀναξίου δούλου σου. Καὶ ἐπίσκεψαί με ἐν ἐλέει, καὶ οἰκτιρμοῖς· Καὶ ῥῦσαι, καὶ ἀθώωσόν με ἐκ τῶν καταδιωκόντων με Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων· καὶ μὴ εἰσέλθης εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· Καὶ ἐπειδὴ ἐπλεόνασεν ἐν ἐμοὶ ἡ ἁμαρτία, δέομαι, τῆς σῆς ἀγαθότητος ὑπερπερισσεύσει σου ἡ χάρις ἐν ἐμοί, καὶ ἔλθῃ μοι τὸ μέγα σου ἔλεος.

Μνήσθητι Κύριε, καὶ τῶν τὸ ἅγιόν θυσιαστήριον κυκλούντων διακόνων, καὶ χάρισαι αὐτοῖς βίον ἀμέμπτον, ἄσπιλον τὴν διακονίαν αὐτῶν διαφύλαξον, καὶ βαθμοὺς ἀγαθοὺς αὐτοῖς περιποίησαι.

Μνήσθητι Κύριε τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως, τῆς εὐσεβοῦς, καὶ φιλοχρίστου αὐτῆς βασιλίδος, παντὸς τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ, καὶ τῆς οὐρανόθεν βοηθείας, σκέπης, καὶ νίκης αὐτοῦ. Ἐπιλαβοῦ ὅπλου, καὶ θυ-

θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν αὐτοῦ· ὑπόταξον αὐτῷ πάντα τὰ πολέμια, καὶ βάρβαρα ἔθνη, τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα· ὅπως ἐν τῇ γαληνότητι αὐτῶν ἤρεμον, καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, καὶ σεμνότητι.

Μνήσθητι Κύριε τῆς ἁγίας πόλεως, καὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως, καὶ τῆς .... μονῆς ταύτης, πάσης πόλεως, καὶ χώρας, καὶ νήσου, καὶ τῶν ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ εὐλαβείᾳ οἰκούντων ἐν αὐταῖς, εἰρήνης, καὶ ἀσφαλείας αὐτῶν.

Μνήσθητι Κύριε τῶν ἐν παρθενίᾳ, καὶ εὐλαβείᾳ, καὶ ἀσκήσει διαμενόντων, καὶ τῶν ἐν ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις· καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς ἀγωνιζομένων ὁσίων πατέρων τε, καὶ ἀδελφῶν, καὶ τῶν κατὰ τόπον ὀρθοδόξων συνοδιῶν, καὶ τῆς ἐνθάδε συνοδίας ἡμῶν πρὸς εὐαρέστησιν τῆς σῆς ἀγαθότητος.

Μνήσθητι Κύριε τῶν κοπιόντων, καὶ διακονούντων ἡμῖν πατέρων τε καὶ α-

Apprehende arma, & ſcutum, & in adjutorium ipſius exſurge. Subiice ipſi omnes inimicas & barbaras gentes, quæ bella volunt; quo in ipſorum tranquillitate placidam, & quietam vitam degamus in omni pietate, & honeſtate.

Memento Domine S. Civitatis, & imperialis Civitatis & .... hujus monaſterii, omnis civitatis, & regionis, & inſulæ, illorumque qui illis in orthodoxa fide, & religione incolunt, ut pacem, & ſecuritatem ipſis largiaris.

Memento Domine illorum, qui in Virginitate, & religione, pietatiſque exercitatione perſeverant, & ſanctorum Patrum, & Fratrum noſtrorum, qui in montibus, & ſpeluncis, & terræ cavernis decertant, atque orthodoxorum conventuum ubique locorum exiſtentium, tum maxime hujus noſtræ ſocietatis ad placendum tuæ Bonitati collectæ.

Memento Domine laborantium, & miniſtrantium no-

nobis Patrum, & Fratrum noſtrorum propter ſanctum nomen tuum.

Memento Domine Chriſtianorum qui venerunt, & qui veniunt Chriſti loca adoraturi.

Memento Domine qui in ſenectute & imbecillitate afflictantur, infirmorum, lupeſcentium &c. (*a*)

Memento Domine Navigantium, iter agentium &c. (*b*) ut in pace, & gaudio unuſquiſque ad propria celeriter revertatur.

Memento Domine omnis animæ Chriſtianæ .... niſi qua (*c*), & remiſſionis peccatorum noſtrorum, & ſanationis infirmorum, & ſalutis animarum noſtrarum.

Memento Domine omnium ut benigne illis tacitas ut. (*d*) *Hic innuit Archidiacono.*

Memento Domine temperiei aeris. (*e*)

Memento Domine fluvialium aquarum ... (*f*)

Memento Domine eorum

qui

ἀδελφῶν ἡμῶν διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον.

Μνήσθητι Κύριε τῶν ἐλθόντων, καὶ ἐρχομένων χριστιανῶν τοῦ προσκυνῆσαι ἐν τοῖς τοῦ Χριστοῦ τόποις.

Μνήσθητι Κύριε τῶν ἐν γήρᾳ, καὶ ἀδυναμίᾳ ὄντων, νοσούντων, καμνόντων &c.

Μνήσθητι Κύριε πλεόντων ὁδοιπορούντων &c. εἰρηνικῆς ἐπανόδου ἑκάστου μετὰ χαρᾶς. ἐν τάχει εἰς τὰ οἰκεῖα αὐτῶν.

Μνήσθητι Κύριε πάσης ψυχῆς Χριστιανῆς &c. καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἰάσεως τῶν ἀσθενούντων, καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Μνήσθητι Κύριε πάντων εἰς ἀγαθὸν &c. Ἐνταῦθα νεύει τῷ Ἀρχιδιακόνῳ.

Μνήσθητι Κύριε εὐκρασίας ἀέρων &c.

Μνήσθητι Κύριε τῶν ποταμίων ὑδάτων, καὶ τ....

Μνήσθητι Κύριε τῶν καρπο-

φο-

(a) Pag. 42. (b) Pag. 42. (c) Pag. 42. (d) Pag. 42. (e) Pag. 43.
(f) *Cætera legi non potuere.*

φορησάντων. καὶ καρποφορούντων ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐκκλησίαις &c.

Ἔτι μνησθῆναι καταξίωσον Δέσποτα &c. καὶ τῶν ἀρτίως σοι ἀναγινωσκομένων, ὧν σὺ Κύριε γινώσκεις τὰ ὀνόματα.

Μνήσθητι Κύριε τῶν ἡμετέρων γονέων, καὶ ἀδελφῶν, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ ὧν Κύριε γινώσκεις τὰ ὀνόματα. τούτων πάντων.

Μνήσθητι Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν ὀρθοδόξων. ἀντίδος αὐτοῖς ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τὰ οὐράνια, ἀντὶ τῶν φθαρτῶν τὰ ἄφθαρτα, ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια, κατὰ τὸ ἐπάγγελμα τοῦ Χριστοῦ σου.

Ἐπειδὴ δὲ ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν ἔχεις Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἔτι μνησθῆναι καταξίωσον Δέσποτα, καὶ τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος

σοι

qui fructum attulerunt, atque afferunt in ſanctis Dei noſtri Eccleſiis &c. (*a*)

Præterea meminiſſe digneris Domine &c. (*b*) Eorumque, quorum tibi nuper Domine nomina recitata ſunt, & quorum Tu Domine nomina cognoſcis.

Memento Domine parentum noſtrorum, & fratrum, atque amicorum, cognatorumque, & quorum Tu Domine nomina cognoſcis horum omnium.

Memento Domine Deus noſter, atque orthodoxorum quorum meminimus, & quorum memoriam non fecimus. Retribue illis pro terrenis cœleſtia, pro corruptibilibus incorruptibilia, pro temporalibus ſempiterna ſecundum promiſſionem Chriſti tui.

Quoniam vero vitæ, & mortis poteſtatem habes Domine Deus noſter meminiſſe etiam digneris Domine eo-

rum,

(a) Pag. 43. Hic in margine habetur, hæc ordinario ὁ Διάκονος. Ὑπὲρ σωτηρίας. Diaconus, dicit, Pro ſalute. Hoc loco recitabat, ut puto, Diaconus ex Diptycis Nomina Vivorum. (*b*) Pag. 43.

rum, qui à ſæculo de generatione in generationem tibi placuerunt ſanctorum Patrum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Juſtorum, Confeſſorum, Doctorum, Monachorum, Epiſcoporum, atque omnis ſpiritus juſti, qui in Fide Chriſti deceſſit, & quorum hodie commemorationem facimus. (*a*)

Memento Domine illius Archangeli vocis: *Ave gratia Plena, Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus, & Benedictus Fructus ventris tui*. (*b*)

Alta voce.

Præcipuè ſanctiſſimæ immaculatæ, & ſuper omnes benedictæ Reginæ.

Populus: Memento Domine Deus noſter.

S. Joannis Prophetæ, Præcurſoris, & Baptiſtæ, S.S. & celeberrimorum Apoſtolorum Petri, Pauli, Andreę, Ja-

σοι κατὰ γενεὰν, καὶ γενεὰν εὐαρεστησάντων σοι ἁγίων Πατέρων, Προφητῶν, Ἀποστόλων, Μαρτύρων, Δικαίων, Ὁμολογητῶν, Διδασκάλων, Ὁσίων, Ἐπισκόπων, καὶ παντὸς πνεύματος δικαίου ἐν πίστει τοῦ Χριστοῦ τετελειωμένου, καὶ ὧν ἐν τῇ σήμερον τὴν ὑπόμνησιν ποιούμεθα.

Μνήσθητι Κύριε τῆς ἀρχαγγελικῆς φωνῆς τῆς λεγούσης, Χαῖρε κεχαριτωμένη ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

Ἐκφώνως.

Ἐξαιρέτως τῆς παναγίας, ἀχράντου ὑπερευλογημένης Δεσποίνης.

Ὁ Λαός. Μνήσθητι Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προφήτου, Προδρόμου, καὶ Βαπτιστοῦ, τῶν ἁγίων, καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων Πέτρου, Παύλου, Ἀνδρέου, Ἰα-

(a) In margine: Ὁ Διάκονος τὰ δίπτυχα: Diaconus recitat Diptyca.

(b) In margine addebatur: Ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν; quoniam Salvatorem animam noſtram genuiſti ter. At ſatis inepta hoc loco videtur ea additio. Series precum non videtur eam admittere; immò ipſam AVE MARIA, quæ inedita liturgia apponitur loco adeo opportuno nequaquam ponitur; Ordo noſtri Codicis magis exactus videtur.

Ἰακώβου, Ἰωάννου, Φιλίππου, Βαρθολομαίου, Θωμᾶ, Ματθαίου, Ἰακώβου, Σίμωνος, Ἰούδα, Ματθία, Μάρκου, Λουκᾶ τῶν Εὐαγγελιςῶν, Θαδδαίου, Βαρνάβα, Τιμοθέου, Τίτου, Ἀνανίου, καὶ λοιπῶν ἁγίων Μαθητῶν, καὶ Ἀποςόλων, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων, Πατέρων, Ἀδάμ, Ἄβελ, Σήθ, Ἐνώς, Ἐνώχ, Νῶε, Σήμ, Μελχισεδέκ, Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἰακώβ, Ἰωσήφ, Ἰώβ, τῶν ἁγίων Προφητῶν, Μωϋσέως, Ἀαρών, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, Σαμουήλ, Ἠλιοῦ, Ἐλισσαίου, Νάθαν, Δαβίδ, Ἀχία τοῦ Σιλωνίτου, Ἠσαΐου, Ἱερεμίου, Ἰεζεχιήλ, Δανιήλ, Ὠσηέ, Ἀμώς, Ἀβδίου, Μιχαίου, Μαλαχίου, Σοφονίου, Ἰωήλ, Ἰωνᾶ, Ἀμβακούμ, Ναούμ, Ζαχαρίου, Ἀγγαίου, καὶ λοιπῶν Προφητῶν τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ Πρωτοδιακόνου, καὶ Πρωτομάρτυρος, καὶ τῶν ἁγίων Μαρτύρων, καὶ Ὁμολογητῶν τῶν διὰ Χριςὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν Μαρτυρησάντων, καὶ ὁμολογησάντων τὴν καλὴν ὁμολογίαν.

Jacobi, Joannis, Philippi, Bartholomæi, Thomæ, Matthæi, Jacobi, Simonis, Judæ, Matthiæ, Marci, Lucæ Evangeliſtarum, Thaddæi, Barnabæ, Timothei, Titi, Ananiæ, cæterorumque ſanctorum Diſcipulorum, & Apoſtolorum, nec non ſanctorum, & beatorum Patrum Adam, Abel, Jeth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Melchiſedec, Abraam, Iſaac, Jacob, Joſeph, Job, Sanctorum Prophetarum, Moyſis, Aaron, Jeſu Nave, Samuel, Eliæ, Eliſſæi, Nathan, David, Achiæ Silonitæ, Heſaiæ, Hieremiæ, Jezechiel, Daniel, Oſee-Amos, Abdiæ, Micheæ, Malachiæ, Sophoniæ, Joel, Jonæ, Ambacum, Naum, Zachariæ, Aggæi, atque alicrum Prophetarum: Sancti Stephani, & Protodiaconi Protomartiris, & ſanctorum Martyrum, & Confeſſorum, qui propter Chriſtum Deum verum pulchram confeſſionem confeſſi illi teſtimonium peribuerunt.

Μνη- Do-

Memento Domine ... (a) ſanctorum triumphantium Martyrum Eraſmi, Theodori, Georgii, Euſtratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii, & Oreſtæ, Panteleemonis, Euſtathii, Hiſidori, Æmiliani, Adriani, Cæſarii, Juliani, & ſociorum ejus, Tryphonis, Alexandri, Ceryci, Sergii, & Bacchi, Cyri, & Joannis, Menæ, Victoris, & Vincentii, S. S. quadraginta martyrum atque omnium ſanctorum Martyrum, ſanctarum Mulierum, quæ ad Chriſti tumulum unguentum detulerunt, ſactarum Mulierum Theclæ, Anaſtaſiæ, Februniæ, Barbaræ, Julianæ, Agathæ, Luciæ, Callinicæ, Calliſtæ, Julittæ, Hieruſalem, Æcaterinæ, Nataliæ, Baſiliſſæ, Ciliciæ putarem Ceciliæ, Cyriacæ, Eugeniæ, Chriſtinæ, Erenæ, Theodotæ, Fauſtæ; Non eo quod nos ipſorum Beatitudinis memoriam facere, verum ut ipſi ſacroſancto tremendoque tuo Tribunali ado-

Μνήσθητι Κύριε .... τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων Μαρτύρων Ἐράσμου, Θεοδώρου, Γεωργίου, Εὐστρατίου, Αὐξεντίου, Εὐγενίου, Μαρδαρίου, καὶ Ὀρέστου, Παντελεήμονος, Εὐσταθίου, Ἰσιδώρου, Αἰμιλιανοῦ, Ἀδριανοῦ, Καισαρίου, Ἰουλιανοῦ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Τρύφωνος, Ἀλεξάνδρου, Κηρύκου, Σεργίου, καὶ Βάκχου, Κύρου, καὶ Ἰωάννου, Μηνᾶ, Βίκτωρος, καὶ Βικεντίου, τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα Μαρτύρων, καὶ λοιπῶν ἁγίων Μαρτύρων, τῶν ἁγίων Μυροφόρων γυναικῶν, τῶν ἁγίων γυναικῶν Θέκλης, Ἀναστασίας, Φεβρωνίας, Βαρβάρας, Ἰουλιανῆς, Ἀγάθης, Λουκίας, Καλλινίκης, Καλλίστης, Ἰουλίττης, Ἱερουσαλὴμ, Αἰκατερίνης, Ναταλίας, Βασιλίσσης, Κιλικίας, Κυριακῆς, Εὐγενίας, Χριστίνης, Εἰρήνης, Θεοδότης, Φαύστης. Οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἐσμὲν ἄξιοι μνημονεῦσαι τῆς αὐτῶν μακαριότητος· ἀλλ' ἵν' αὐτοὶ παρεστῶτες τῷ φρικτῷ καὶ φοβερῷ-

(a) Hic notinullæ lineæ legi non poterant.

ρῷ σου βήματι Κύριε ἀντιμνυμονεύσουσιν τῆς ἡμετέρας ἐλεϊνότητος.

Καὶ τῶν ἁγίων ἀξίων Πατέρων ἡμῶν, καὶ Ἀρχιεπισκόπων τῶν ἀπὸ τοῦ ἀξίου Ἰακώβου τοῦ Ἀποστόλου, καὶ Ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, καὶ πρώτου τῶν Ἀρχιεπισκόπων μέχρι Λέοντος, καὶ Ἀθανασίου ὀρθοδόξως Ἀρχιεπισκοπησάντων, (τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως,) καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀρχιεπισκοπησάντων Μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐνέα, τοῦ Ἀποστολικοῦ, καὶ πρώτου τῶν Ἐπισκόπων μέχρι Σωφρονίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν Διονυσίου, Κλήμεντος, Τιμοθέου, Ἰγνατίου, Σιλβέστρου, Εἰρηναίου, Ἀλεξάνδρου, Εὐσταθίου, Ἀθανασίου, Βασιλείου, Γρηγορίου, Ἀμβροσίου, Νικολάου, Ἀμφιλοχίου, Λιβερίου, Δαμάσου, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Ἐπιφανίου, Θεοφίλου, Κελεστίνου, Αὐγουστίνου, Κυρίλλων, Λέοντος, Πρόκλου, Πρόκλου,

adorantes Domine miſeriarum noſtrarum viciſſim reminiſcantur.

Et ſanctorum Patrum noſtrorum, & Archiepiſcoporum à S. Jacobo Apoſtolo, & Fratre Domini, & primo Archiepiſcopo, uſque ad Leonem, & Athanaſium, qui in recta fide Archiepiſcopi extiterunt *a*) (ſanctę Chriſti Dei noſtri Civitatis) Atque eorum, qui ab initio Pontifices fuerunt, inde ab ipſo Sancto, & Beato Patre noſtro Enea (*b*) viro Apoſtolico, & primo Epiſcoporũ uſque ad Sophronium, & Joannem, & ſanctorum Patrum noſtrorum Dionyſii, Clementis, Timothei, Ignatii, Silveſtri, Irenæi, Alexandri, Euſtathii, Athanaſii, Baſilii, Gregorii, Ambroſii, Nicolai, Amphilochii, Liberii, Damaſi, Joannis Chryſoſtomi, Epiphanii Theophili, Celeuſtini (*c*), Auguſtini, utriuſque Cyrilli, Leonis, Procli, Procli, Delicis, Ormiſci (*d*), Agapeti, Eulogii,

(a) Hæc in margine addebantur. (b) Sic ſcriptum erat. (c) Legereme Cœlſtini.
(d) Forte Ormiſdæ.

Martini, Agathonis, Sophronii, Polycarpi, Flaviani, Methodii, Pauli, Modeſti Ephrē, Martini Heſychii, Marciani, Pancratii, Antipatri, Gregorii Agrigentini, Leonis, Eupli, Severiani, Philippi, Germani, Nicolai, Taraſii, Epiſcoporum, Presbyterorum, Sacerdotum & Martyrum, qui in vera fide verbum veritatis tuæ recte diſtribuerunt.

Et ſanctarum magnarum ſex æcumenicarum ſynodorum; Primæ octo decem & trecentorum Patrum Niceæ congregaturum; Secundæ Conſtantinopoli centum & quinquaginta; Tertiæ ducentorum Epheſi; Quartæ Chalcedonis ſexcentorum & triginta; Quintæ in Sina centum & ſexaginta quatuor; Sextæ, quæ eſt ſecunda in Sina ducentorum octaginta novem, atque omnium ſanctarum ſynodorum, & Epiſcoporum, qui per univerſum terrarum orbem in fidei rectitudine verbum veritatis diſtribuerunt: Et ſanctorum Patrum noſtrorum, &

Aſce-

Φίλικος, Ὀρμίσκου, Ἀγαπητοῦ, Εὐλογίου, Μαρτίνου, Ἀγάθωνος, Σωφρονίου, Πολυκάρπου, φλαβιανοῦ, Μεθοδίου, Παύλου, Μοδέστου, Ἐφραίμ, Μαρτίνου, Ἡσυχίου, Μαρκιανοῦ, Παγκρατίου, Ἀντιπάτρου, Γρηγορίου Ἀκραγαντίνων, Λέοντος, Εὔπλου, Σεβηριανοῦ, Φιλίππου, Γερμανοῦ, Νικολάου, Ταρασίου, Ἐπισκόπων, καὶ Πρεσβυτέρων, Ἱερομαρτύρων, ὀρθοδόξως ὀρθοτομησάντων, τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας.

Καὶ τῶν ἁγίων μεγάλων οἰκουμενικῶν ἓξ συνόδων, Πρώτης τῆς ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δέκα, καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων, Δευτέρας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑκατὸν πεντήκοντα, Τρίτης τῆς ἐν Ἐφέσῳ διακοσίων, Τετάρτης τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἑξακοσίων τριάκοντα, Πέμπτης τῆς ἐν Σινᾶ ἑκατὸν ἑξήκοντα τεσσάρων, Ἕκτης πάλιν τῆς ἐν Σινᾶ διακοσίων ὀγδοήκοντα ἐννέα, καὶ λοιπῶν ἁγίων Συνόδων, καὶ Ἐπισκόπων τῶν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ὀρθοδόξως ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ τῶν ὁσίων πατέρων

ἡ-

ἡμῶν, καὶ ἀσκητῶν Παύλου, Ἀντωνίου, Παύλου, Παχωμίου, Ἀμμωνᾶ, Θεοδώρου, Ἱλαρίωνος, Ἀρσενίου, Μάκαρος, Μακαρίου, Σισοΐου, Ἰωάννου, Παμ .... Ἐφραὶμ, Συμεῶνος, Εὐθυμίου, Θεοδοσίου, Σάβα, Χαρίτωνος, Γερασίμου, Μαξίμου, Ἀναστασίου, Κοσμᾶ, Ἰωάννου, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῷ Σινᾶ, καὶ ἐν τῇ Ραΐθου.

Μνήσθητι Κύριε Πρεσβυτέρων, Διακόνων, Διακονισσῶν, Ὑποδιακόνων, Ἀναγνωστῶν, Ψαλτῶν, Ἑρμηνευτῶν, Μοναζόντων, τῶν μετὰ πίστεως ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἁγίας καθολικῆς, καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τελειωθέντων, καὶ τῶν πιστῶν, καὶ Εὐσεβῶν Βασιλέων Κωνσταντίνου, καὶ Ἑλένης, Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, Μαρκιανοῦ, Κωνσταντίνου, καὶ τῶν κατ' αὐτῶν εὐσεβῶς, καὶ πιστῶς βασιλευσάντων, καὶ πάντων τῶν ἐν πίστει Χριστοῦ προκεκοιμημένων φιλοχρίστων ὀρθοδόξων Λαϊκῶν, καὶ ὑπὲρ εἰρήνης, καὶ εὐσταθείας πασῶν τῶν ἁ-

Aſcetarum Pauli, Antonii Pauli, Pachonii, Ammonæ, Theodori, Hilarionis, Arſenii, Mac aris, Macarii, Siſoii, Joannis Pam., ..., Ephrem, Simeonis, Euthymii, Theodori, Sabæ, Charitonis, Geraſimi, Maximi, Anaſtaſii, Coſimæ, Joannis, & ſanctorum Patrum noſtrorum, quia barbaris in Monte Sina, & Rhaitha occiſi ſunt.

Memento Domine Presbyterorum Diaconorum, Diaconiſſarum, Subdiaconorum, Lectorum, Pſaltarũ, Interpretum, Monachorum qui in fide & communione Sanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ deceſſerunt, & fidelium, & devotorum Imperatorum Conſtantini, & Helenę, Theodoſii Magni, Marciani, Conſtantini, atque eorum, qui poſt ipſos religioſe, & fideliter regnaverunt, atque omnium, qui in Chriſti fide jam obdormierunt, Chriſtum Amantium, atque orthodoxorum Laicorum; Et pro pace, ſtabilitate om-

omnium ſanctarum Dei Eccleſiarum, & illorum pro quibus unuſquiſque obtulit, aut in mente habet, & pro circumſtanti, & Chriſtum Amante Populo, & cunctorum cunctarumque.

Et dicit Sacerdos ſecreto.

Sancti Joannis Prophetæ, Præcurſoris, & Baptiſtæ, ſanctorum & celeberrimorum Apoſtolorum, & Sancti, N., cujus memoriam recolimus, atque omnium ſanctorum tuorum, quorum precibus reſpice nos Deus.

Et Memento Domine omnium, qui dormierunt in ſpe remunerationis vitæ æternæ, & da illis requiem ubi lumen vultus tui reſplendet. (*a*)

Et recitat nomina mortuorum.

Memento Domine, Parentum noſtrorum, & Fratrum, & Amicorum cognatorumque, atque univerſæ carnis, orthodoxorum quorum meminimus, & quorum memoriam non fecimus, ibi ip-

ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἕκαστος προσήνεγκεν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἔχει, καὶ τοῦ περιεστῶτος φιλοχρίστου, καὶ πάντων, καὶ πασῶν.

Καὶ λέγει ὁ Ἱερεὺς Μυστικῶς.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προφήτου Προδρόμου, καὶ Βαπτιστοῦ, τῶν ἁγίων, καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ τοῦ ἁγίου τοῦ, ὁ Δεῖνα, οὗ τὴν μνήμην μνημονεύομεν, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου· ὧν ταῖς ἱκεσίαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ὁ Θεός.

Καὶ Μνήσθητι Κύριε πάντων τῶν κεκοιμημένων ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου, καὶ ἀνάπαυσον αὐτοὺς ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου.

Καὶ ὀνομάζει τοὺς Κοιμηθέντας.

Μνήσθητι Κύριε τῶν ἡμετέρων γονέων, καὶ ἀδελφῶν, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ πάσης σαρκὸς, ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν ὀρθοδόξων,

(a) Hic erat lacuna aliquot linearum mox dicebat.

ξων, ἐκεῖ αὐτοὺς ἀνάπαυσον ἐν χώρᾳ ζώντων ἐν βασιλείᾳ οὐρανῶν &c.

Μετὰ τὴν εὐχὴν λέγει ἐκφώνως.

Δι' ὃν, καὶ ἡμῖν, καὶ αὐτοῖς ὡς ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος Δεσπότης.

Ὁ λαός, Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον ὁ θεὸς τὰ παραπτώματα ἡμῶν τὰ ἑκούσια, καὶ τὰ ἀκούσια, τὰ ἐν γνώσει, καὶ ἀγνοίᾳ.

Ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεύς.

Ἐν πρώτοις μνήσθητι Κύριε τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν ὁ Δεῖνα, τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων τεσσάρων, μεγάλων, οἰκουμενικῶν ὀρθοδόξων Πατριαρχῶν. Βενεδίκτου Ρώμης. Νικολάου Κωνσταντινουπόλεως, Ἀγαπίου, Ἀντιοχείας, καὶ Ἠλία τῆς μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας, καὶ ὁ Δεῖνα, τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν οὓς

χά-

ipſis da requiem in regione viventium, in regno cœlorum. (*a*)

Poſt orationem dicit alta voce.

Per quem, & nobis, & ipſis ut bonus & benignus Dominus:

Populus: remitte dimitte, indulge Deus delicta noſtra voluntaria, & involuntaria, ſcienter & ignoranter contracta.

Sacerdos alta voce dicit.

In primis memento Domine ſanctiſſimi Patri noſtri N., Sanctæ Chriſti Dei noſtri Civitatis, & una cum ipſo quatuor ſanctorum, magnorum, Æcumenicorum, orthodoxorumque Patriarcharum. Benedicti Romæ, Nicolai Conſtantinopolis, Agapii Antiochiæ, & Eliæ Alexandriæ, magnæ Civitatis, & N. Archiepiſcopi noſtri, quos concede ſanctis

Ec-

(a) Uſque ad ea verba φανεὶς ἐπὶ τῆς γῆς, qui apparuit ſuper terra, ut pag. 47. Deinceps ordo Codicis erat aliquantiſper perturbatus ob varias tranſpoſitiones quæ variis ſive punctis, ſive lineolis aperte indicabantur; Verum cum illis reſpondentia ſigna ſuo loco non amplius appareant aliquid certi erui non poteſt. Cæterum, ut mihi videtur, ita ſequitur poſt ea verba, quæ ſupra dixi, φανεὶς ἐπὶ τῆς γῆς.

Eccleſiæ tuis in pace ſalvos. (a)

Intonat Archidiaconus.

Et pro pace, & tranquillitate totius mundi, & unitate omnium Eccleſiarum, & pro quibus unuſquiſque obtulit, aut in animo habet, & pro circumſtanti populo, & pro omnibus, & omnibus.

Intonat Sacerdos.

Gratia, & miſerationibus, & benignitate Unigeniti Filii tui, cum quo Benedictus es, & glorificatus una cum ſanctiſſimo, & bono, & vivifico.

Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et ſpiritui tuo.

Poſtea Archidiaconus.

Etiam, atque etiam, & ſemper in pace. (b)

χάρισαι ταῖς ἁγίαις σου Ἐκκλησίαις ἐν εἰρήνῃ σώους &c.

Προσφωνεῖ ὁ Ἀρχιδιάκονος.

Καὶ ὑπὲρ εἰρήνης, καὶ εὐσταθείας τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ ἑνώσεως πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἕκαστος προσήνεγκεν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἔχει, καὶ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, καὶ πάντων καὶ πασῶν.

Ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεύς.

Χάριτι, καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, καὶ δεδοξασμένος σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ.

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.
Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Εἶτα ὁ Ἀρχιδιάκονος.

Ἔτι, καὶ ἔτι, καὶ διαπαντὸς ἐν εἰρήνῃ τοῦ.

Dia- Ὁ

(a) Cætera verba hujus precationis omiſit ſcriptor ea ex communi Chryſoſtomi liturgia nota ſciens; ſunt autem hæc. Ἐντίμους, ὑγιεῖς, μακροημερεύοντας, ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας: Honorabiles ſanos, longævos, recte tuæ Veritatis verbum diſtribuentes. Sequitur autem Codex.

(b) Adde Dominum rogemus cætera vid. a pag. 48. uſque ad 53. ubi collecta MS. differt ab edita ibi. eaque in textu referimus.

Ὁ Διάκονος.

Ὑπὲρ σωτηρίας, καὶ ἀντιλήψεως τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν ὁ Δεῖνα, παντὸς τοῦ Κλήρου, καὶ τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ἔτι δὲ καὶ ὑπὲρ σωτηρίας, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τῷ προσενέγκαντι ἀδελφῷ ἡμῶν.

Καὶ ὑπὲρ μνήμης τῶν ὁσίων Πατέρων ἡμῶν, καὶ ἀδελφῶν εἴπωμεν πάντες ἐκτενῶς.

Καὶ μελίζων ὁ Ἱερεὺς κρατῶν τὸ ἥμισυ τῇ δεξιᾷ βάπτει πρῶτον εἰς τὸ ποτήριον τῆς δεξιᾶς λέγων.

Ἕνωσις τοῦ παναγίου Σώματος, καὶ τοῦ τιμίου Αἵματος τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Εἶτα σφραγίζει τὸ τῆς ἀριστερᾶς, καὶ ἄρχεται μελίζειν, καὶ πρὸ πάντων διδόναι εἰς ἕκαστον κρατῆρα μερίδα διπλῆν, λέγων.

Ἥνωται, καὶ ἡγίασται, καὶ τετελέωται τὸ θεῖον .... Εἰς τὸ ὄνομα

Diaconus.

Pro ſalute, & Auxilio ſancti Patris noſtri N., univerſi Cleri, & Chriſtum amantis populi Dominum rogemus.

Adhuc autem & pro ſalute, & peccatorum remiſſione Fratris noſtri, qui obtulit.

Et pro memoria ſanctorum Patrum noſtrorum, & fratrum dicamus omnes aſſiduo, (*ſupple, Kyrie eleiſon.*)

Et dividens ſacerdos tenet dimidiam partem dextera, & immergit primum in calicem dexteræ, dicens.

Unio ſanctiſſimi corporis, & pretioſi ſanguinis Domini, & Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Inde ſignat Calicem ſiniſtræ, & incipit dividere, & ante omnia diſtribuere in unumquemque calicem particulam duplum dicens.

Unitum, ſanctiſicatumque, & conſumatum eſt divinum (a) (Myſterium), in nomi-

(a) Legi non potuit vox, quæ hic ſcribebatur, fortaſſe dicebat.

mine Patris, & Filii, & Spiritus Sanĉti.

Et cum diviſionem expleverit. (*a*)

Ob conceſſam nobis ex benignitate divinam gratiã noſtris viribus ſuperiora efficere auſi ſumus. Accedimus itaque cum timore ad ſanĉta myſteria Domine, & quærimus, ſi quid humana imbecillitate neglectum eſt propitius nobis eſto Domine Deus noſter.

Inchoant autem Pſaltę Cantores Guſtate. *Et communicat Sacerdos & Clerus. Cum autem Diaconus paternam tollit, dicit.*

Domine benedicas. Exaltare ſuper cœlos Deus, & in univerſam terram gloria tua. Et regnum tuum perſeverat in ſæcula ſæculorum.

Sacerdos. Gloria Deo, qui ſanĉtificavit, & ſanĉtificat omnes nos. *Addit Sacerdos.* Benedictum nomen Domini Dei noſtri.

In-

μα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Καὶ ὅταν πληρώσῃ μελίζειν.

Τῆς κατὰ φιλανθρωπίαν παρασχεθείσης ἡμῶν θείας χάριτος τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐτολμήσαμεν. Προσερχόμεθα οὖν μετὰ φόβου τοῖς ἁγίοις μυστηρίοις, Δέσποτα αἰτούμενοι, εἴ τι δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἡμῖν παρῶπται συγνώμων γενοῦ Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Ἄρχονται δὲ οἱ Ψάλται τὸ Γεύσασθαι. Καὶ κοινωνεῖ ὁ Ἱερεὺς, καὶ ὁ Κλῆρος. Ὅτε δὲ αἴρει ὁ Διάκονος τὸν δίσκον λέγει.

Κύριε εὐλόγησον. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Καὶ ἡ βασιλεία σου διαμένει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ Ἱερεύς. Δόξα τῷ Θεῷ τῷ ἁγιάσαντι, καὶ ἁγιάζοντι πάντας ἡμᾶς. Καὶ προστίθει ὁ Ἱερεύς. Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Προ-

(a) Hic erat lacuna aliquot linearum.

Προσφωνεῖ ὁ Διάκονος.

Μετὰ πίστεως, καὶ φόβου Θεοῦ προσέλθετε.

Καὶ μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τὸν λαὸν, ἄρχονται οἱ ψάλται.

Πλήρωσον τὸ στόμα μου αἰνέσεως Κύριε, καὶ χάριτος. Καὶ ψάλλουσιν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι Χριστέ.

Καὶ εὐθὺς ὁ Διάκονος:

Ὀρθοὶ μεταλαβόντες τῶν ἁγίων, ἀχράντων, καὶ ζωοποιῶν Μυστηρίων ἐπὶ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν δεηθῶμεν.

Ὅπως γένηται ἡμῖν ἡ μετάληψις τῶν ἁγιασμάτων αὐτοῦ εἰς ἀποτροπὴν παντὸς πονηροῦ πράγματος, εἰς ἐφόδιον ζωῆς αἰωνίου, εἰς κοινωνίαν, καὶ δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δεηθῶμεν.

Τῆς παναγίας, καὶ ὑπερευλογημένης Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ δικαίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς τε, καὶ ἀλλήλους, καὶ ... πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡ-

Intonat Diaconus.

Cum fide, & Timore Dei accedite, *& ubi populus communicaverit inchoant Cantores.*

Imple os meum laudatione, Domine, & gratia, *& pſallunt.*

Gratias agimus tibi Chriſte.

Et ſtatim Diaconus.

Fideles, qui participes facti ſumus ſanctorum, immaculatorum, vivificorumque myſteriorum in remiſſionem peccatorum noſtrorum oremus.

Ut ſanctorum myſteriorum perceptio fiat nobis in everſionem omnis maligni negotii, in viaticum vitæ eternę in communicationem Sancti Spiritus, oremus.

Sanctiſſime, & ſupra omnes benedictæ Reginæ noſtræ Dei genitricis, & ſemper Virginis Mariæ, Sanctorum, Juſtorumque omnium memoriam facientes, nos ipſos & invicem, &... (*a*) om-

(*a*) Quæ ſequuntur ex editis adduntur.

omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Et orat Sacerdos.

Deus qui propter multam &c. (*a*)

In nomine Domini, Domine benedices. (*b*)

Et orat ſacerdos attendens populo ideſt converſus ad populum. (*c*)

Qui benedicis &c. (*d*)

In Diaconico dicit Archidiaconus Dominum oremus.

Sacerdos orat reverſus in Diaconicum.

Ex virtute in virtutem. (*e*)

Pax omnibus.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Et dicunt Diaconi.

Domine benedicas.

Et orat ſacerdos.

Benedictus eſt Deus, qui benedicit, & ſanctificat, & cuſtodit, & protegit, & con-

ἡμῶν Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα.

Καὶ εὔχεται ὁ Ἱερεύς.

Ὁ Θεὸς ὁ διὰ πολλὴν καὶ ἄφατον εὐσπλαγχνίαν συγκαταβὰς &c.

Ἐν ὀνόματι Κυρίου, Κύριε εὐλόγησον.

Καὶ εὔχεται ὁ Ἱερεὺς προσέχων τῷ λαῷ.

Ὁ Εὐλογῶν.

Εἰς τὸ Διακονικὸν λέγει ὁ Ἀρχιδιάκονος. Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Ἱερεὺς εὔχεται ὄπισθεν τῷ διακονικῷ.

Ἐκ Δυνάμεως εἰς δύναμιν.

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Λαός. Καὶ τῷ Πνεύματί σου.

Καὶ λέγουσιν οἱ Διάκονοι.

Κύριε Εὐλόγησον.

Καὶ εὔχεται ὁ Ἱερεύς.

Ηὐλόγηται ὁ Θεός, ὁ εὐλογῶν, καὶ ἁγιάζων, καὶ διαφυλάττων, καὶ σκέπων, καὶ διατηρῶν, καὶ

(a) Vide pag. 61. 62. 63. (b) Hic concordat cum edita liturgia uſque ad ea verba. (c) Mox ſequitur Codex in hunc modum.

(d) Citatur ſolummodo initium in Codice, quia ſupponitur nota eſſe hæc oratio ex liturgia Chryſoſtomi, & Baſilii, quod etiam intelligendum eſt his locis ubi initium precum refert, aut aliqua verba ſcriptor omiſit. (e) Ut in pag. 64.

καὶ εἰρηνεύων, ἐν ἀγάπῃ τὴν ζωὴν πάντων ἡμῶν διὰ τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγίων, καὶ οὐρανίων, τῶν ἀχράντων, τῶν ἀθανάτων, καὶ ζωοποιῶν αὐτοῦ Μυστηρίων, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

conſervat, & in pace continet, atque in charitate omnium noſtrum vitam perceptione ſanctorum, & immaculatorum, & immortalium, vivificorumque Myſteriorum, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen. (*a*)

(a) Hoc loco finem dat liturgiæ Noſter Codex.

APPENDIX MONUMENTORUM AD HIEROSOLYMITANAE ECCLESIÆ

Miſſalem Librum pertinentium

MONUMENTUM PRIMUM,

Ex Juſtini Apologia depromptum.

NOs autem poſtquam eum, qui fidem ſuam & aſſenſum doctrinæ noſtræ teſtatus eſt, ſic abluimus, ad eos, qui dicuntur fratres, deducimus, ubi illi congregati ſunt, communes preces & pro nobiſmetipſis, & pro eo qui illuminatus eſt, & pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut veritatis cognitionem adepti, hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus vitam agentes & præceptorum cuſtodes inveniamur, quo ſalutem æternam aſſequamur. Invicem oſculo ſalutamus, ubi deſiimus precari. Deinde ei, qui fratribus præeſt, panis affertur, & poculum aquæ & vini: quibus ille acceptis laudem & gloriam univerſorum Parenti per nomen Filii & Spiritus ſancti emittit, & Euchariſtiam, ſive gratiarum actionem, pro his ab illo acceptis donis prolixe exſequitur. Poſtquam preces & Euchariſtiam abſolvit; populus omnis acclamat, *Amen*. Amen autem Hebræa lingua idem valet ac *Fiat*. Poſtquam vero is, qui præeſt, preces abſolvit, & populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur Dia-

Diaconi panem & vinum & aquam, in quibus gratiæ actæ ſunt, unicuique præſentium participanda diſtribuunt, & ad abſentes perferunt.

Atque hoc alimentum apud nos vocatur Euchariſtia, cujus nemini alii licet eſſe participi, niſi qui credat vera eſſe quæ docemus, atque illo ad remiſſionem peccatorum & regenerationem lavacro ablutus fuerit, & ita vivat ut Chriſtus tradidit. Neque enim ut communem panem, neque ut communem potum iſta ſumimus; ſed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Jeſus Chriſtus Salvator noſter & carnem & ſanguinem habuit noſtræ ſalutis cauſa; ſic etiam illam, in qua per precem ipſius verba continentem gratiæ actæ ſunt, alimoniam, ex qua ſanguinis & carnes noſtræ per mutationem aluntur, incarnati illius Jeſu & carnem & ſanguinem eſſe edocti ſumus. Nam Apoſtoli in commentariis ſuis, quæ vocantur evangelia, ita ſibi mandaſſe Jeſum tradiderunt: eum ſcilicet accepto pane, cum gratias egiſſet, dixiſſe: *Hoc facite in meam commemorationem; Hoc eſt corpus meum*, & poculo ſimiliter accepto, actiſque gratiis dixiſſe: *Hic eſt ſanguinis meus*, ipſiſque ſolis tradidiſſe. Atque id quidem & in Mithræ myſteriis ut fieret, pravi dæmones imitati docuerunt. Nam panem & poculum aquæ in ejus, qui initiatur, myſteriis, quibuſdam verbis additis apponi, aut ſcitis, aut diſcere poteſtis.

Ex illo tempore hæc ſemper nobis invicem in memoriam revocamus, & qui habemus, indigentibus omnibus ſubvenimus, & ſemper una ſumus. Atque in omnibus oblationibus laudamus creatorem omnium per Filium ejus Jeſum Chriſtum & per Spiritum ſanctum. Ac ſolis, ut dicitur, die omnium ſive urbes, ſive agros incolentium in eumdem locum fit conventus, & commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector deſiit, is qui præeſt admonitionem verbis & adhortationem

ad

ad res tam præclaras imitandas ſuſcipit. Poſtea omnes ſimul conſurgimus, & preces emittimus: atque, ut jam diximus, ubi deſiimus precari, panis affertur & vinum & aqua: & qui præeſt, preces & gratiarum actiones totis viribus emittit, & populus acclamat, *Amen*, & eorum, in quibus gratiæ actæ ſunt, diſtributio fit & communicatio unicuique præſentium, & abſentibus per Diaconos mittitur: Qui abundant & volunt, ſuo arbitrio, quod quiſque vult, largiuntur, & quod colligitur apud eum, qui præeſt, deponitur, ac ipſe ſubvenit pupillis, & viduis, & iis qui vel ob morbum, vel aliam ob cauſam egent, tum etiam iis qui in vinculis ſunt & advenientibus peregre hoſpitibus; uno verbo omnium indigentium curam ſuſcipit. Die autem ſolis omnes ſimul convenimus, tum quia prima hæc dies eſt, qua Deus, cum tenebras & materiam vertiſſet, mundum creavit, tum quia Jeſus Chriſtus Salvator noſter eadem die ex mortuis reſurrexit. Pridie enim Saturni eum crucifixerunt, & poſtridie ejuſdem diei, id eſt, ſolis die Apoſtolis ſuis & diſcipulis viſus ea docuit, quæ vobis quoque conſideranda tradidimus.

ALTERUM MONUMENTUM,

EX CLEMENTIS CONSTITUTIONUM APOSTOLICARUM LIBRIS.

Quòd voluntas Dei ſit, ut homines in pietate conſentiant, inſtar cœleſtium Virtutum.

HOc enim eſt, quod nos docuit Dominus, dicere Patri ſuo, dum oramus; *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra*: ut ſicut cœleſtes naturæ incorporearum Virtutum,

tum, cunctæ una ſententia Deum concelebrant; ſic & in terra cuncti homines uno ore, unoque affectu, laudes in ſolum Deum, unum & verum conferant, per unigenitum Chriſtum. Voluntas ergo Dei eſt, ut ipſum concordi mente laudemus, & voce conſona adoremus. Hæc quippe eſt Dei voluntas in Chriſto, ut multi in eo ſalventur, non autem ut ei detrimentum quis inferat, neque ut vos Eccleſiam minuatis, aut numerum fidelium contrahatis, una hominis anima à vobis occiſa, quæ quidem per pœnitentiam ſervari poterat; periit tamen, non ſolùm propter propriam iram ſeu merita ſua, ſed & jam ob veſtras inſidias; & impleviſtis quod ſcriptum eſt; *Qui non congregat, mecum ſpargit*. Hic eſt diſperſor, ovium adverſarius, Dei hoſtis, agnorum laniator, quorum Dominus paſtor exſtitit. Et nos ex variis gentibus & linguis congregationem fecimus, cum multo labore ac periculo, cum aſſidua moleſtia, pervigiliis, eſurie, humi cubatibus, perſecutionibus, plagis, carceribus: ut voluntati Dei obſequentes, triclinium, hoc eſt, ſacram & Catholicam Eccleſiam repleremus accumbentibus, nempe vocatis, gaudentibus & exultantibus, prædicantibus & magnificantibus Deum, qui per nos ad vitam illos vocavit. At vos, quantùm in vobis fuit, diſſipaſtis. Jam verò, vos Laici, pacem mutuò habete, & tamquam prudentes ſtudete Eccleſiam adaugere, ac eos qui vel ferarum, vel erraticarum ovium mores ae locum tenent, cicurate, & ad eam reducite, ac in priſtinum ſtatum reſtituite. Atque hæc eſt maxima in repromiſſione Dei merces: *Si eduxeris ex indigno dignum & precioſum, quaſi os meum eris*.

Divina Liturgia; in qua Oratio pro Catechumenis.

Orate Cethecumeni. Et omnes fideles pro illis cum attentione orent, dicentes; *Kyrie eleiſon*. Diaconus verò pro eis

eis precetur, dicens; Pro Cathecumenis omnes Deum invocemus; ut, qui bonus ac hominum amans eſt, benignè exaudiat eorum obſecrationes ac preces; & ſuſcepta eorum ſupplicatione, opem illis ferat, detque petitiones cordis ipſorum, prout eis expedit; revelet eiſdem Evangelium Chriſti ſui; illuminet eos ac inſtituat; erudiat cognitione ac religione divina; doceat mandata ſua & juſtificationes; inſerat in eis caſtum ac ſalutarem timorem ſuum; aperiat aures cordis eorum, ut in ejus lege die ac nocte occupentur; & confirmet eos in pietate; adunet atque annumeret eos ſancto ſuo gregi, donatis iis lavacro regenerationis, indumento immortalitatis, vera vita; liberet verò illos ab omni impietate, & non det locum Adverſario contra illos; mundet autem ipſos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus; inhabitetque in eis ac inambulet, per Chriſtum ſuum; benedicat introitus ac exitus eorum, atque propoſita moderetur iis ad commodum. Adhuc intentè pro illis ſupplicemus, ut remiſſionem delictorum conſecuti per Baptiſmi initiationem, digni fiant ſanctis Myſteriis, & permanſione cum ſanctis. Surgite Catechumeni. Pacem Dei, per Chriſtum ejus petite; diem quietum, ac ſine peccato, itidem omne tempus vitæ veſtræ; mortem Chriſtianam; propitium ac benevolum Deum; veniam delictorum. Vos ipſos ſoli Ingenito Deo, per Chriſtum ejus commendate. Inclinate, & accipite benedictionem. Porro in ſingulis horum, quæ Diaconus proloquitur, ut jam diximus, populus, reſpondeat; *Kyrie eleiſon*; & ante cunctos pueri. Catechumenis autem capita inclinantibus, Epiſcopus ordinatus benedicat eis benedictione hujuſmodi: Deus omnipotens, ingenitus & inacceſſus, ſolus verus Deus, Deus & Pater Chriſti tui unigeniti Filii tui, Deus Paracleti, ac omnium Dominus; qui per Chriſtum, diſcipulos in doctores conſtituiſti ad pietatis diſciplinam: ipſe & nunc reſpice ſuper ſervos tuos, catechizatos in Chriſti tui Evangelio; & da eis cor novum,

& ſpi-

& ſpiritum rectum innova in viſceribus eorum, ut cognoſcant ac faciant voluntatem tuam, in corde pleno & anima volente: dignare illos initiatione ſancta; & aduna illos ad ſanctam Eccleſiam tuam; & fac participes divinorum myſteriorum; per Chriſtum, ſpem noſtram, qui pro ipſis mortuus eſt; per quem tibi gloria, & adoratio, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et poſt hoc Diaconus dicat; Exite Catechumeni, in pace. Cumque ii exierint, dicat; Orate Energumeni & vexati à Spiritibus immundis. Intente cuncti pro ipſis deprecemur; ut benignus Deus, per Chriſtum increpet immundos ac malos Spiritus, & liberet ſupplices ſuos ab oppreſſione ac tyrannide Adverſarii: qui increpavit legionem Dæmonum, & originem mali Diabolum; increpet ipſe nunc quoque Apoſtatas pietatis, & liberet creaturas ſuas à Diaboli vexatione, & mundet eas, quas magna cum ſapientia condidit. Adhuc intentè pro ipſis precemur. Serva & erige illos Deus, in virtute tua. Inclinate Energumeni, atque benedictionem accipite. Et Epiſcopus deprecetur, dicens.

Oratio pro Energumenis.

Qui fortem ligaſti, & cuncta vaſa ejus diripuiſti; qui dediſti nobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem Inimici; qui homicidam ſerpentem, vinctum tradidiſti nobis, ſicut paſſerem pueris; quem omnia horrent ac tremunt; à facie poteſtatis tuæ; qui eumdem è cœlo in terram ſicut fulgur decidere feciſti, non caſu locali, ſed ab honore in ignominiam, propter voluntariam ipſius malitiam; cujus aſpectus exſiccat abyſſos, & minæ liquefaciunt montes, & veritas manet in æternum; quem laudant infantes, & benedicunt lactentes; quem celebrant atque adorant Angeli; qui reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere; qui tangis montes, & fumant; qui increpas mare, &

exſiccas illud, & omnia flumina ipſa deſerta reddis; cujus nubes, pulvis pedum; qui ambulas ſuper mare, tamquam ſuper pavimentum: Unigenite Deus, magni Patris Fili: increpa malos Spiritus; & libera opera manuum tuarum ab alieni Spiritus vexatione: quia tibi gloria, honor ac veneratio, & per te Patri tuo, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Tum Diaconus dicat; Exite Energumeni. Et iis egreſſis; proclamet; Orate illuminandi Baptiſmo, ſeu Competentes. Intente cuncti fideles pro ipſis deprecemur; ut Dominus dignos eos faciat, qui Baptiſmate initiati in Chriſti mortem cum ipſo reſurgant, fiantque participes regni ipſius, ac Myſteriorum ejus conſortes; adunet & annumeret eos cum iis qui ſalvi fiunt in ſancta ipſius Eccleſia. Serva & ſuſcita eos in gratia tua. Conſignati Deo per Chriſtum ejus, inclinantes ſe, benedicantur ab Epiſcopo hac benedictione.

Oratio pro iis qui jamjam baptizandi ſunt.

Qui per ſanctos Prophetas tuos prædixiſti iis qui initian-
tur ac baptizantur; *Lavamini mundi eſtote*; & per Chriſtum
ſanxiſti ſpiritualem regenerationem: ipſe nunc etiam reſpice
in nos baptizandos, & benedic eis, & ſanctifica, ac præpa-
ra ut digni fiant ſpirituali dono tuo, ac vera adoptione, tuiſque
ſpiritualibus Myſteriis, atque aggregatione cum iis qui ſalvan-
tur, per Chriſtum Salvatore noſtrum; per quem tibi gloria, ho-
nor & reverentia, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et
dicat Diaconus; Exite qui illuminandi eſtis. Et poſt hoc edi-
cat; Orate, Pœnitentes. Intente univerſi pro fratribus noſtris
in pœnitentia verſantibus precemur; ut miſericordiæ ſtudio-
ſus Deus illis oſtendat viam pœnitentiæ; admittat eorum pa-
linodiam ſeu retractationem, atque confeſſionem, & conte-
rat Satanam ſub pedibus eorum velociter, liberetque illos à
laqueo Diaboli, & violentia Dæmonum, atque ipſos eripiat
ab

ab omni ſermone illicito, & omni actione turpi, & mala cogitatione; condonet verò illis omnia delicta eorum, voluntaria pariter ac involuntaria, & deleat quod adverſum eos erat, Chirographum, & adſcribat eos in libro vitæ; mundet autem ipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, atque uniat illos, reſtituens in ſanctum ovile ſuum. Quia ipſe cognoſcit conformationem noſtram. Quoniam *quis gloriabitur mundum ſe habere cor*; *aut quis poterit dicere purum ſe eſſe à peccato*? Univerſi namque pœnis ſubjacemus. Adhuc pro iiſdem intentiùs deprecemur: quia *gaudium oritur in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*: ut averſi ab omni opere illicito, adjungant ſe ad omnem actionem bonam; quò hominum amator Deus obſecrationes eorum citò ſuſcipiat placidè, reſtituat eis lætitiam ſalutaris, & ſpiritu principali confirmet illos, ne amplius labantur: conſortes fiant ſacroſanctorum ejus, & participes divinorum Myſteriorum: ut redditi digni adoptione, conſequantur vitam æternam. Adhuc intentè omnes pro ipſis dicamus; *Kyrie eleiſon*. Salva eos Deus, & erige miſericordia tua. Suſcitati Deo per Chriſtum ejus, inclinate, & accipite benedictionem. Epiſcopus igitur has preces fundat.

Impoſitio manuum, & oratio pro pœnitentibus.

Omnipotens Deus æternæ, Domine univerſorum, creator, & rector cunctorum; qui hominem mundi mundum, ſive ornamenti ornamentum effeciſti per Chriſtum, & legem ei dediſti innatam, & ſcriptam, ut legitimè viveret, tamquam ratione præditus; quique ei poſtquam peccavit tribuiſti bonitatem tuam incitamentum ad pœnitentiam: reſpice in eos qui cervicem animæ & corporis inclinaverunt tibi: quia non vis mortem peccatoris, ſed pœnitentiam; ut avertat ſe à via ſua mala, & vivat. Qui Ninivitarum pœnitentiam re-

cepiſti; qui vis omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; qui paternis viſceribus ſuſcepiſti filium illum, bonorum ſuorum decoctorum prodigum ac luxurioſum, quòd eum pœniteret facti: ipſe nunc quoque accipe ſupplicum tuorum pœnitentiam; quia non eſt qui non peccet tibi: *Si enim iniquitates obſervaveris, Domine, Domine, quis ſuſtinebit? quoniam apud te propitiatio eſt*: & reſtitue illos ſanctæ Eccleſiæ tuæ, in priorem dignitatem ac honorem, per Chriſtum Deum ac Salvatorem noſtrum; per quem tibi gloria, & adoratio, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et Diaconus dicat; Abite qui eſtis in pœnitentia. Et addat; Nemo eorum quibus non licet, exeat. Qui fideles ſumus, flectamus genu. Precemur Deum per Chriſtum ejus. Omnes contentè Deum per Chriſtum ejus appellemus.

Oratio pro fidelibus.

Pro pace & tranquillitate mundi atque ſanctarum Eccleſiarum oremus; ut Deus univerſitatis, perpetuam & ſtabilem ſuam pacem nobis tribuat; ut nos conſervet perſeverantes in plenitudine piæ ac religioſæ virtutis. Pro ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, à finibus uſque ad fines extenſa, oremus; ut Dominus eam inconcuſſam & fluctibus non agitatam conſervet atque tueatur uſque ad conſummationem ſæculi, fundatam ſuper petram. Et pro ſancta hac Parœcia oremus; ut cunctorum Dominus nobis donet conſectari ſine remiſſione cœleſtem ipſius ſpem, & reddere ipſi aſſiduum precationis debitum. Pro univerſo ſub cœlis exſiſtente Epiſcopatu eorum qui rectè diſperiunt verbum veritatis tuæ, oremus: & pro Epiſcopo noſtro Jacobo ac Parœciis ejus oremus: pro Epiſcopo noſtro Clemente ac Parœciis ejus oremus: pro Epiſcopo noſtro Evodio & Parœciis ejus oremus: ut miſericors Deus illos Eccleſiis ſanctis ſuis præſtet incolumes, honoratos, lon-

longævos ; & præbeat eis honoratam ſenectutem in pietate ac juſtitia. Etiam pro Presbyteris noſtris oremus ; ut Dominus liberet illos ab omni turpi ac prava re, & concedat illis integrum & honoratum Presbyterium. Pro univerſo Christi Diaconio ac Miniſterio oremus ; ut Dominus inculpatam ipſis largiatur miniſtrationem. Pro Lectoribus, Cantoribus, virginibus, viduis & pupillis oremus : pro iis qui in matrimonio & liberorum procreatione vivunt oremus : ut Dominus miſereatur eorum omnium. Pro Eunuchis in ſanctitate ambulantibus oremus. Pro iis qui continentem & religioſam agunt vitam oremus. Pro iis qui in ſancta Eccleſia oblationes faciunt, ac Eleemoſynas pauperibus dant oremus : & pro iis qui Domino Deo noſtro hoſtias & primitias offerunt oremus : ut Deus optimus remuneretur eos cœleſtibus ſuis gratiis ; detque iis in præſenti centuplum, & in futuro vitam æternam ; atque donet ipſis pro temporariis æterna, pro terrenis cœleſtia. Oremus pro recens baptizatis fratribus noſtris ; ut Dominus eos ſtabiliat ac firmet. Pro fratribus noſtris mala valetudine afflictis oremus ; ut Dominus liberet illos omni morbo & omni languore, ſanoſque reſtituat ſanctæ ſuæ Eccleſiæ. Pro navigantibus ac iter habentibus oremus. Pro iis qui in metallis, exſiliis, cuſtodiis & vinculis, propter nomen Domini, verſantur oremus. Pro acerba ſervitute oppreſſis oremus. Pro inimicis & odio habentibus nos, oremus : pro proſequentibus nos propter nomen Domini, oremus : ut Dominus mitigato eorum furore, diſſipet iram adverſus nos concitatam. Pro iis qui foris ſunt, ac errore ducuntur, oremus : ut Dominus illos convertat. Infantium Eccleſiæ recordemur ; uti Dominus eos in timore ſuo reddat perfectos, & ad menſuram ætatis perducat. Pro nobis invicem oremus ; ut Dominus gratia ſua ſervet nos ac cuſtodiat uſque ad finem, & liberet nos à malo, & ab omnibus ſcandalis operantium iniquitatem, & ſalvos nos ducat in regnum ſuum cœleſte. Pro omni anima

Chri-

Chriſtiana oremus. Salva, & erige nos Deus miſericordia tua. Surgamus. Orantes intente, nos ipſos atque mutuo, viventi Deo, per Chriſtum ejus commendemus. Precetur autem Pontifex, & dicat.

Invocatio pro fidelibus.

Domine omnipotens, celſiſſime, qui in altis habitas, ſancte qui in ſanctis requieſcis, originis expers, Monarcha; qui per Chriſtum dediſti nobis cognitionis prædicationem in agnitionem gloriæ tuæ ac nominis tui, quod manifeſtavit nobis ad comprehenſionem: ipſe nunc quoque reſpice per ipſum in hoc ovile tuum; & libera illud omni ignorantia, & prava actione; & da ut te timore timeat, ac dilectione te diligat, & contremiſcat à facie gloriæ tuæ: ſis eis clemens, propitius, ac exauditor in precibus eorum; & cuſtodi illos immutabiles, irreprehenſos, inculpatos: ut ſint ſancti corpore atque anima, non habentes maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi; ſed ut ſint integri, nulluſque inter eos ſit mutilus, vel imperfectus. Defenſor, potens, perſonarum non acceptor; ſis auxiliator populi tui hujus, quem redemiſti precioſo Chriſti tui ſanguine: patronus, adjutor, propugnator, cuſtos, murus tutiſſimus, vallum, firmum præſidium: quoniam ex manu tua nemo poteſt rapere: non enim eſt alius Deus ſicut tu: quia in te eſt noſtra exſpectatio. Sanctifica eos in veritate tua; quoniam ſermo tuus veritas eſt. Qui gratiæ cauſſa nihil agis, qui decipi non potes; libera eos omni morbo & omni infirmitate, omni delicto, omni injuria & fraude, à timore inimici, à ſagitta volante per diem, à negotio in tenebris perambulante; & dignare illos æterna vita, quæ in Chriſto Filio tuo unigenito, Deo ac Salvatore noſtro; per quem tibi gloria & cultus, in ſancto Spiritu, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Poſtea Diaconus dicat;

At-

Attendamus. Et ſalutet Epiſcopus Eccleſiam, ac dicat; Pax Dei, cum omnibus vobis. Et populus reſpondeat; Et cum ſpiritu tuo. Diaconus verò dicat omnibus: Salutate vos invicem in oſculo ſancto: & Clerici oſculentur Epiſcopum, Laici viri Laicos, fœminæ fœminas. Pueri autem ſtent ad ſuggeſtum. Ac Diaconus alius ipſis præſit, ne inordinatè ſegerant. At alii Diaconi deambulent, inſpiciantque viros ac mulieres, ne ſtrepitus aliquis oriatur, & ne quis nutum faciat, vel ſuſurret, vel dormitet. Diaconi verò ſtent ad januas virorum, & Subdiaconi ad januas mulierum; ut nemo egrediatur, neve aperiatur janua tempore oblationis, licet adveniat quiſpiam fidelis. Unus autem Subdiaconus det Sacerdotibus aquam ad lavandum manus; quæ res ſignum eſt puritatis animarum Deo conſecratarum.

Conſtitutio Jacobi, fratris Johannis Zebedæi.

Porro ego Jacobus, frater Johannis Zebedæi ajo; ut ſtatim Diaconus dicat; Ne quis ex Catechumenis. Ne quis ex Audientibus. Ne quis ex infidelibus. Ne quis ex Heterodoxis. Qui priorem precationem feciſtis exite. Matres aſſumite pueros. Ne quis contra aliquem. Ne quis in hypocriſi. Erecti ad Dominum cum timore ac tremore ſtemus ad offerendum. Quibus peractis, Diaconi Dona ad altare admoveant Epiſcopo: ac Presbyteri à dextris illius & à ſiniſtris ſtent, ut diſcipuli magiſtro aſſiſtentes. Duo autem Diaconi ex utraque parte altaris, teneant flabellum ex tenuibus membranis, aut ex pennis pavonis, aut ex linteo; & ſenſim abigant parva animalia volitantia, ne in calices incidant. Orans igitur apud ſe Pontifex una cum Sacerdotibus, & ſplendidam veſtem indutus, ſtanſque ad altare; tropæum crucis in fronte manu faciat coram omnibus, ac dicat; Gratia omnipotentis Dei, & caritas Domini noſtri Jeſu Chriſti, & communicatio ſancti Spiritus, ſit cum omnibus

vo-

vobis. Atque omnes una voce reſpondeant; Et cum ſpiritu tuo. Tum Pontifex; Surſum mentem: Et omnes; Habemus ad Dominum. Et Pontifex: Gratias agamus Domino: Et cuncti; Dignum & juſtum eſt. Et Pontifex dicat; Verè dignum & juſtum eſt, ante omnia laudare te verum Deum, ante creaturas exiſtentem, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur; ſolum ingenitum, principii expertem, rege ac domino carentem, nullo indigentem, omnis boni largitorem, omni cauſſa & origine ſuperiorem, ſemper uno eodemque modo te habentem; à quo cuncta tamquam è carceribus quibuſdam ad exſiſtendum proceſſerunt. Tu enim es originis expers cognitio, perpetuus viſus, auditus ingenitus, ſapientia non edocta; primus natura, & lex exſiſtendi, ac omnem numerum ſuperans. Qui omnia ex nihilo in rerum naturam protuliſti, per unigenitum Filium tuum: ipſum verò ante omnia ſæcula genuiſti voluntate, & potentia, & bonitate, abſque intermedio, Filium unigenitum, Verbum Deum, Sapientiam viventem, primogenitum omnis creaturæ, Angelum magni conſilii tui, pontificem tuum, regem autem & dominum omnis naturæ quæ intelligi ac ſentiri poteſt, quique ante omnia, & per quem omnia. Tu namque, Deus æterne, cuncta per ipſum condidiſti, & per ipſum cuncta dignaris convenienti providentia. Per quem enim ut eſſent donaſti, per eumdem etiam ut bene eſſent dediſti. Deus & Pater unigeniti Filii tui; qui per eum ante omnia feciſti Cherubinos & Seraphinos, Sæcula & Exercitus, Virtutes & Poteſtates, Principatus & Thronos, Archangelos & Angelos; atque poſt hæc omnia, per eum fabricaſti hunc qui apparet mundum, cunctaque quæ in eo ſunt. Nam tu es qui cœlum ut cameram ſtatuiſti, ac ut pellem extendiſti; & terram ſupra nihilum collocaſti ſola voluntate: qui fixiſti firmameutum; & noctem ac diem fabricatus es: qui lucem ex theſauris eduxiſti, & illius amictu induxiſti tenebras, ad requiem anima-

lium

lium, quæ in mundo moventur: qui in cœlo ſolem poſuiſti ad dominium diei, & lunam ad dominium noctis; atque chorum ſtellarum in cœlo delineaſti, in laudem magnificentiæ tuæ: qui feciſti aquam ad potum ac expurgationem; vitalem aerem, ad aſpirationem, & ad editionem vocis dum lingua aerem ferit, & ad auditum quem adjuvat in ſentienda loquela incumbente ac penetrante: qui feciſti ignem ad ſolatium de tenebris, ad indigentiæ expletionem, & ut calefieremus ac illuminaremur ab eo, qui mare magnum à terra ſeparaſti; & illud quidem reddidiſti navigabile, hanc verò pedibus perviam effeciſti; & illud quidem animalibus parvis ac magnis referſiſti, hanc autem cicuribus ac indomitis repleviſti, variis ſtirpibus redimiſti, herbis coronaſti, floribus decoraſti, ſeminibus ditaſti: qui conſtituiſti abyſſum, & ingentem molem ei circumpoſuiſti, acervata ſalſarum aquarum æquora; eamque circumſepſiſti tenuiſſimæ arenæ portis: qui abyſſum eamdem ſeu pelagum modò ventis in altitudinem montium attollis, modo in planitiem ſternis; modo in furorem tempeſtatis agis, modo, ut navigio curſum facientibus ſit ad profectionem facilis, in lenitatem ſerenitatis ducis: qui mundum creatum à te per Chriſtum, fluviis cinxiſti, torrentibus proluiſti, perennibus fontibus perfudiſti, & ad terræ inconcuſſam ac firmiſſimam ſedem, montibus conſtrinxiſti. Impleviſti mundum tuum, ac exornaſti herbis odoratis & ſalubribus; multis variiſque animantibus, robuſtis ac infirmioribus, eſculentis ac operariis, cicuribus ac feris, & ſerpentum ſibilis atque diverſarum volucrum clangoribus; annorum circulis, menſium ac dierum numeris, tempeſtatum ſerie; nubium, imbres procreantium curſibus, ad fructuum fœtus, ad animalium conſervationem, libramentum ventorum flantium cum à te jubentur, multitudinem ſtirpium ac herbarum. Neque ſolùm condidiſti mundum, ſed & in ipſo, mundi civem hominem effeciſti, ac eum mundi mundum, ſeu ornatus orna-

tum conſtituiſti. Dixiſti enim Sapientiæ tuæ ; *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem, & dominentur piſcibus maris, & volatilibus cœli*. Ideoque feciſti eum ex anima immortali & corpore diſſipabili ; illa quidem ex nihilo effecta, hoc vero ex quatuor elementis, & dediſti ei, in anima quidem rationalem dijudicationem, pietatis ac impietatis diſcretionem, juſti ac injuſti animadverſionem ; in corpore autem donaſti quinquertium ſenſuum, atque motum progreſſivum. Tu namque Deus omnipotens, per Chriſtum, in Edene ad Orientem plantaſti Paradiſum, omni genere eſculentarum plantarum ornatum, & in eum tamquam in opiparam domum induxiſti hominem ; quem, cùm efficeres, lege naturali ac inſita donaſti, quo intus ac ex ſe haberet cognitionis Dei ſemina. Introducens autem eum in Paradiſum deliciarum, poteſtatem quidem omnium ad participandum conceſſiſti, unius verò ſolius guſtatum in ſpem meliorum rerum interdixiſti, ut ſi mandatum cuſtodiret, illius ſervati mercedem ferret immortalitatem. Cum autem mandatum neglexit, & fraude ſerpentis, mulieriſque conſilio guſtavit prohibitum fructum ; ex Paradiſo quidem juſtè illum expuliſti, bonitate verò tua, funditus pereuntem non deſpexiſti : erat enim opificium tuum : ſed qni ei ſubjeceras creaturam, dediſti ut ſuis ſudoribus ac laboribus ſibi pararet victum, te omnia producente, augente ac maturante : atque eum brevi mortis ſomno affectum, per jusjurandum ad regenerationem vocaſti; decreto mortis ſoluto, vitam ex reſurrectione promiſiſti. Neque hoc ſolum ; verùm etiam ex poſteris ejus, à te in multitudinem innumerabilem effuſis, eos qui tibi adhæſerunt glorificaſti, eos verò qui à te defecerunt puniviſti ; admiſſo quidem Abelis ſacrificio, ut innocentis, fratricidæ autem Caini munere, ut deteſtandi, faſtidito. Et ad hæc Sethum ac Enoſum ſuſcepiſti, atque Henochum tranſtuliſti. Tu enim es opifex hominum, vitæ largitor, indigentiæ expletor, ; legum

gum dator, eaſque ſervantium remunerator, tranſgredientium vindex. Qui diluvium ingens mundo propter impiè viventium multitudinem intuliſti, & eo ex diluvio in arca eripuiſti una cum octo animabus juſtum Noam, finem quidem eorum qui præterierant, originem verò ſucceſſurorum. Qui horrendum ignem adverſus Sodomitanam Pentapolim concitaſti, & terram frugiferam in ſalſuginem propter nequitiam illius incolarum redegiſti, ac ſanctum Lotum ex incendio eruiſti. Tu es qui Abrahamum liberaſti avita impietate, & mundi hæredem conſtituiſti, ipſique Chriſtum tuum apparere feciſti. Qui Melchiſedecum, pontificem divini cultus deſignaſti. Qui multa paſſum famulum tuum Jobum, victorem ſerpentis, originis malorum, declaraſti. Qui Iſaacum effeciſti filium promiſſionis. Qui Jacobum duodecim filiorum patrem, ejuſque poſteros in multitudinem propagaſti, & ad Ægyptum in ſeptuaginta quinque animabus introduxiſti. Tu Domine, non deſpexiſti Joſephum; ſed illi, pro mercede caſtitatis tua cauſſa ſervatæ, dediſti ut Ægyptiis præeſſet. Tu Domine, Hebræos ab Ægyptiis oppreſſos, ob promiſſa patribus eorum facta, non neglexiſti, verum Ægyptiis punitis, liberaſti. Cumque homines legem naturalem corrupiſſent, & creaturam, modo quidem fortuitam arbitrarentur, modo autem pluſquam oportet honorarent, ac tibi omnium Deo compararent; non ſiviſti errore duci; quin potius edicto ſancto famulo tuo Moyſe, per eum legem ſcriptam in naturalis adjutorium tribuiſti, & creaturas oſtendiſti opus tuum eſſe, errorem verò de multitudine Deorum, exterminaſti. Aaronem & poſteros ejus honore ſacerdotali decoraſti: Hebræos cùm peccarent caſtigaſti, cum reverterentur ſuſcepiſti: Ægyptios decem plagis ultus es: mari diviſo trajeciſti Iſraelitas: inſecutos Ægyptios deleviſti ſubmerſione: ligno, amaram aquam dulceſcere feciſti: ex petra dura aquam profudiſti: è cœlo mannam depluiſti: præbuiſti ex aere eſcam, orty-

gometram: conſtituiſti nocte columnam ignis ad illuſtrationem, & die columnam nubis ad umbraculum in æſtu. Per Jeſum ducem exercitus à te declaratum, ſeptem gentes Chananæorum evertiſti, Jordanem dirupiſti, fluvios Ethan ſiccaſti, muros proſtraviſti abſque machinis & abſque manu humana. Pro omnibus tibi gloria, Domine omnipotens. Te adorant innumerabiles copiæ Angelorum. Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatuum, Poteſtatum, Virtutum, Exercituum, Sæculorum ſeu Æternorum; & Cherubini; item Seraphini ſenis alis præditi, binis quidem velantes pedes ſuos, binis verò capita, & duabus aliis volantes, ac dicentes una cum mille millibus Archangelorum & denis millibus denum millium Angelorum, indeſinenter ac ſine vocis intermiſſione clamantibus: & omnis populus ſimul dicat; *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth: pleni ſunt cœli & terra gloria ejus: Benedictus in ſæcula. Amen.* Et Pontifex poſtea dicat; Sanctus enim verè es ac ſanctiſſimus, altiſſimus & ſuperexaltatus in ſæcula. Sanctus quoque unigenitus tuus Filius Dominus noſter & Deus Jeſus Chriſtus; qui ad omnia tibi Deo ſuo Patri, tum in varia creatione, tum in providentia convenienti, miniſtrans, non deſpexit genus humanum quod peribat: ſed poſt naturalem legem, poſt Legalem admonitionem, poſt Propheticas reprehenſiones, & Angelorum præfecturas; cum legem naturalem una cum lege ſcripta ſeu poſita violarent, atque è memoria abjicerent diluvium, conflagrationem Sodomiticam, plagas Ægyptiis, & cædes Paleſtinis illatas, cumque illico perituri eſſent omnes; ex ſententia tua ipſe elegit, creator hominis, homo fieri; legislator, ſub legibus; Pontifex, hoſtia; paſtor, ovis; & te ſuum Deum ac Patrem placavit atque mundo reconciliavit, cunctoſque ab imminente ira liberavit, factus ex virgine, factus in carne, Deus Verbum, dilectus Filius, primogenitus omnis creaturæ, & ſecundum Prophetias ab ipſo de ſe prædi-

ctas

ctas ortus ex ſemine Davidis & Abrahami ac de tribu Judæ: & factus eſt in utero virginis, formator omnium qui gignuntur; incarnatus eſt, qui carnis expers; qui ſine tempore genitus, in tempore natus eſt: ſanctè vixit, & legitimè docuit; omnem morbum & omnem infirmitatem ab hominibus expulit; ſigna & prodigia in populo edidit: cibum, potum, ſomnum cepit is, qui cunctos alimento indigentes nutrit, omneque animal implet beneplacito: manifeſtavit nomen tuum iis qui illud ignorabant; fugavit ignorantiam; pietatem exſuſcitavit; voluntatem tuam implevit; opus quod ei dediſti conſummavit: atque his omnibus feliciter geſtis, per proditionem illius qui malitiæ morbo languebat, comprehenſus eſt manibus flagitioſorum, nempe falſo nomine gaudentium ſacerdotum ac pontificum, & populi iniqui; à quibus multa paſſus eſt, & omnem ignominiam ſuſtinuit, permiſſu tuo; traditus eſt Pilato præſidi; judicatus eſt, judex; condemnatus eſt, Salvator; cruci affixus eſt, qui pati non poteſt, mortuus eſt, natura immortalis; ſepultus eſt, vitæ effector; ut illos propter quos advenerat, à paſſione ſolveret, & à morte eriperet, ut Diaboli vincula rumperet, illiuſque ex fallacia liberaret homines: reſurrexit à mortuis tertia die: quadraginta diebus commoratus cum diſcipulis, aſſumptus eſt in cœlos, & ad dexteram aſſidet tibi, Deo ac Patri ſuo. Memores igitur eorum quæ propter nos pertulit, gratias agimus tibi, Deus omnipotens, non quantum debemus, at quantum poſſumus; & conſtitutionem ejus implemus. In qua enim nocte tradebatur, pane ſanctis ac immaculatis manibus ſuis accepto, & elevatis oculis ad te Deum ſuum ac Patrem, fregit, & dedit Diſcipulis, dicens; Hoc eſt myſterium novi Teſtamenti: accipite ex eo, manducate: Hoc eſt corpus meum, quod pro multis frangitur in remiſſionem peccatorum. Similiter calicem miſcuit ex vino & aqua, ſanctificavit, ac dedit iiſdem, dicens; Bibite ex eo omnes: Hic eſt ſanguis meus,

qui

qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & bibetis hunc calicem, mortem meam annunciabitis, donec veniam. Itaque memores paſſionis ejus, & mortis, & à mortuis reſurrectionis, atque in cœlum reditus; necnon ſecundi adventus, quem idem facturus eſt, in quo cum gloria & poteſtate veniet judicare vivos & mortuos, & reddere ſingulis juxta opera eorum; tibi regi ac Deo panem hunc, & calicem hunc offerimus, ſecundum conſtitutionem ejus gratias tibi per eum agentes, quia nos dignos habuiſti, qui ſtaremus coram te, ac ſacerdotio ſungeremur tibi; & poſcimus te, ut ſuper hæc dona in conſpectu tuo propoſita placatè reſpicias, tu qui nullius indiges Deus, & beneplaceas in eis ad honorem Chriſti tui, atque ſupra hoc ſacrificium mittas ſanctum tuum Spiritum, teſtem paſſionum Domini Jeſu; ut exhibeat panem hunc corpus Chriſti tui, & calicem hunc ſanguinem Chriſti tui, quo participes illius, ad pietatem confirmentur, remiſſionem peccatorum conſequantur, Diabolo ejuſque errore liberentur, Spiritu ſancto repleantur, digni Chriſto tuo fiant, viam ſempiternam impetrent, te illis reconciliato, Domine omnipotens. Adhuc oramus te Domine, pro ſancta Eccleſia tua, quæ à finibus ad fines extenditur, quam acquiſiiſti precioſo ſanguine Chriſti tui; ut eam inconcuſſam, ac minimè fluctuantem conſerves uſque in ſæculi conſummationem: item pro univerſo Epiſcopatu, rectè verbum veritatis tractante, ac diſtribuente. Adhuc rogamus te pró me nullius precii homine, qui tibi offero; & pro omni Presbyterio, pro Diaconis, ac univerſo Clero; ut omnes ſapientiam à te edoctos, Spiritu ſancto impleas. Adhuc rogamus te, Domine, pro rege, & iis qui in ſublimate ſunt, & pro cuncto exercitu; ut res noſtræ in pace verſentur; quo totum vitæ noſtræ tempus in quiete & concordia trajicientes, te per Jeſum Chriſtum ſpem noſtram gloria afficiamus. Adhuc offe-

offerimus tibi pro omnibus ſanctis, qui à ſæculo placuerunt tibi, Patriarchis, Prophetis, juſtis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, virginibus, viduis, Laicis, & omnibus quorum tu noſti nomina. Adhuc offerimus tibi pro populo hoc, ut eum in laudem Chriſti tui exhibeas regale ſacerdotium, gentem ſanctam: pro iis qui in virginitate & caſtitate vivunt; pro viduis Eccleſiæ; pro iis qui in nuptiis honeſtis, ac in progeneratione liberorum degunt; pro infantibus plebis tuæ; uti noſtrum neminem rejiciendum habeas. Adhuc poſcimus te pro urbe hac, & habitantibus in ea; pro ægrotis, pro dura ſervitute afflictis; pro exſulibus; pro proſcriptis; pro navigantibus, & iter facientibus; ut ſis auxiliator, omnium adjutor ac defenſor. Adhuc rogamus te pro iis qui oderunt nos, & propter nomen tuum nos proſequuntur; pro iis qui foris ſunt, ac errant: ut adducas eos ad bonum, & furorem eorum mitiges. Iterum rogamus te pro Eccleſiæ Cathecumenis; & pro iis qui ab Adverſario jactantur; & pro pœnitentiam agentibus fratribus noſtris: ut primos quidem perficias in fide; alteros verò mundes à vexatione Mali; tertiorum autem pœnitentiam ſuſcipias, condoneſque cum iis, tum nobis, quæ deliquimus. Offerimus quoque tibi pro aeris temperatura, & frugum ubertate; ut indeſinenter bona à te collata percipientes, aſſidue laudemus te, qui das eſcam omni carni. Etiam rogamus te pro iis, qui ob cauſſam probabilem abſentes ſunt: ut omnes nos in pietate conſervatos à te, in Chriſti tui, Dei univerſæ naturæ ſub ſenſum & intelligentiam cadentis, regiſque noſtri regno congreges, immutabiles, inculpatos, irreprehenſos: quoniam tibi omnis gloria, veneratio, gratiarum actio, honor, adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in infinita ac ſempiterna ſæcula ſæculorum. Atque omnis populus: Amen reſpondeat. Et dicat Epiſcopus; Pax Dei ſit cum omnibus vobis.

Cun-

Cunctuſque populus reſpondeat; Et cum ſpiritu tuo. Ac Diaconus iterum prædicet.

Oratio pro fidelibus poſt divinam oblationem.

Adhuc atque adhuc oremus Deum per Chriſtum ejus, pro munere, quod Domino Deo oblatum eſt; ut Deus, qui bonus eſt, illud, mediante Chriſto ſuo, recipiat in cœleſte ſuum altare, ad odorem ſuavitatis. Pro Eccleſia hac, & populo oremus; pro univerſo Epiſcopatu, omni Presbyterio, cuncto Chriſti Diaconio ac Miniſterio, omni Eccleſiæ cœtu oremus; ut Dominus univerſos conſervet atque cuſtodiat. Pro regibus, & in ſublimi poteſtate conſtitutis oremus; ut res noſtræ pacificæ ſint; quo vitam quietam & tranquillam nacti, in omni pietate ac morum caſtitate degamus. Sanctorum Martyrum memores ſimus; ut digni habeamur participes fieri eorum certaminis. Pro iis qui in fide requieverunt oremus. Pro cœli temperatura, & frugum maturitate, oremus. Pro recenter Baptiſmo illuminatis oremus; ut confirmentur in fide. Omnes, alii ab aliis incitentur. Suſcita nos Deus in gratia tua. Suſcitati, nos ipſos Deo per Chriſtum ejus commndemus. Et Epiſcopus dicat; Deus, qui magnus & magni nominis es, magnus conſilio, & potens operibus; Deus & Pater ſancti Filii tui Jeſu Salvatoris noſtri; reſpice ſuper nos ac ſuper gregem tuum hunc, quem per eum delegiſti ad nominis tui gloriam, & ſanctificans corpus noſtrum & animam noſtram, concede, ut effecti puri ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, propoſita bona conſequamur; neminemque noſtrum, indignum judices, verùm ſis noſter, adjutor, opitulatur, propugnator, per Chriſtum tuum; cum quo tibi gloria, honor, laus, glorificatio, gratiarum actio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. Et poſtquam omnes dixerint, Amen; Diaconus dicat; Attendamus. Ac Epiſcopus ita ad

po-

populum proloquatur; Sancta ſanctis. Populuſque reſpondeat; Unus ſanctus, unus Dominus, unus Jeſus Chriſtus, in gloriam Dei Patris, benedictus in ſæcula. Amen. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Hoſanna filio Davidis: benedictus qui venit in nomine Domini* Deus Dominus; & apparuit nobis: *Hoſanna in altiſſimis*. Poſt hoc ſumat & communicet Epiſcopus; deinde Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, Cantores, & Aſcetæ; & in fœminis Diaconiſſæ, virgines, & viduæ; poſteà pueri; tuncque omnis populus ordine, cum pudore & reverentia, abſque ſtrepitu. Ac Epiſcopus quidem tribuat Oblatam, dicens; Corpus Chriſti; & qui recipit, reſpondeat, Amen: Diaconus verò teneat calicem, ac tradendo dicat; Sanguis Chriſti, calix vitæ; & qui bibit; Amen reſpondeat. Pſalmus autem trigeſimus tertius dicatur, dum reliqui omnes communicant. Cumque univerſi & univerſæ communicaverint, accipientes Diaconi quæ ſuperſunt, inferant in Paſtophoria. Et Diaconus, quando qui pſallit fecerit finem, pronunciet.

Oratio poſt communionem.

Percepto precioſo corpore, & precioſo ſanguine Chriſti, agamus gratias ei, qui dignos effecit nos, ut participes eſſemus ſanctorum ejus Myſteriorum; rogemuſque id nobis non in judicium ac damnationem fieri, ſed in ſalutem, in utilitatem animæ, & corporis, in cuſtodiam pietatis, in remiſſionem peccatorum, in vitam futuri ſæculi. Surgamus. In gratia Chriſti, nos ipſos Deo, ſoli ingenito Deo, & Chriſto ejus commendemus. Atque Epiſcopus gratiarum actionem proferat.

Invocatio poſt communionem.

Domine Deus omnipotens, Pater Chriſti tui, benedicti Filii; exauditor eorum qui rectè invocant te, cognitor precum etiam eorum, qui tacent; gratias agimus tibi, quod nos dignos cenſuiſti, qui participaremus ſancta tua Myſteria, quæ præbuiſti nobis ad plenam eorum, quæ bene cognovimus perſuaſionem, ad cuſtodiam pietatis, ad remiſſionem delictorum; quoniam nomen Chriſti tui invocatum eſt ſuper nos, & tibi adjuncti ſumus. Qui ſegregaſti nos ab impiorum communione, aduna cum iis qui tibi ſunt conſecrati, firma nos in veritate per ſancti Spiritus adventum, quæ ignoramus revela, quæ deficiunt ſupple, quæ novimus corrobora. Sacerdotes inculpatos conſerva in cultu tuo: reges tuere in pace; magiſtratus in juſtitia; aerem in temperie; fruges in ubertate; mundum in omnipotente providentia. Gentes bellicoſas ſeda: errantes converte: populum tuum ſanctifica: virgines conſerva: conjuges cuſtodi in fide: caſtos robora: infantes ad maturam ætatem perduc: nuper initiatos firma: Catechumenos erudi, ac dignos initiatione redde: noſque omnes congrega in regnum cœlorum, in Chriſto Jeſu Domino noſtro; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. Et Diaconus dicat; Deo per Chriſtum ejus inclinate, & accipite benedictionem. Tum Epiſcopus precetur, his verbis; Deus omnipotens; verax, & incomparabilis; qui ubique exſiſtis, ac omnibus præſens es, & in nullo inſtar eorum quæ inſunt contineris; qui locis non circumſcriberis, temporibus non vetuſteſcis, ſæculis non terminaris, verbis non ſeduceris, qui ortui non es ſubjectus, & cuſtodia non indiges, & ſupra extraque interitum es, ac converſionem recipere nequis, atque natura es immutabilis, qui lucem habitas inacceſſam, & natura inviſibilis es, qui omnibus

bus naturis rationabilibus te benevolè requirentibus notus es, & deprehenderis ab iis, qui in benevolentia veſtigant te: Deus Iſraelis, verè videntis, in Chriſtum credentis populi tui: propitius factus, exaudi me propter nomen tuum, ac benedic iis qui tibi inclinarunt cervices ſuas, atque da eis cordis eorum petitiones, quæ utiles ſunt, & neminem eorum abjici facias à regno tuo, verùm ſanctifica illos, cuſtodi, protege, adjuva, libera ab Adverſario, ab omni inimico, domos eorum ſerva, eorum introitus & exitus tuere: quoniam tibi gloria, laus, majeſtas, cultus, adoratio, & Filio tuo Jeſu, Chriſto tuo, noſtro Domino Deo, ac regi, & ſancto Spiritui, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Et Diaconus dicat: Ite in pace. Hæc de Myſtico cultu nos Apoſtoli conſtituimus vobis Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis.

MONUMENTUM TERTIUM.

S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI ARCHIEPISCOPI

Catechesis Mystagogica V.

Ex epiſtola catholica Petri (1. *c.* 11.): *Idcirco deponentes omnem immunditiam, & omnem dolum ac detractionem*, & quæ ſequuntur.

ABunde in præcedentibus Synaxibus, Deo clementer largiente tum de baptiſmate, cum de chriſmate, & ſumtione Corporis, & Sanguinis Chriſti: nunc ad ea, quæ conſequun-

ſequuntur tranſgredi nos oportet, hodie ſpiritali inſtitutionis veſtræ ædificio coronidem impoſituros.

Vidiſtis igitur Diaconum, Sacerdoti, & Presbyteris altare Dei circumſtantibus aquam abluendis manibus porrigentem. Nullatenus verò propter corporeas ſordes extergendas dabat. Non, inquam, propterea. Neque enim corporis ſordes gerentes initio Eccleſiam ingreſſi eramus. Et ea manuum ablutio ſymbolum eſt, mundos vos ab omnibus peccatis, & prævaricationibus eſſe debere. Cum enim manus ſymbolum ſint actionis, iis lavandis puritatem operum, eorumque ab omni reprehenſione immunitatem ſignificamus. Non audiſtis beatum David hoc nobis myſterii aperientem ajentemque: *lavabo inter Innocentes* (*pſ.* 25.) *manus meas, & circumdabo altare tuum, Domine*? Itaque quod manus abluuntur, ſignum eſt immunitatis a peccatis.

Deinde clamat Diaconus: *Vos invicem ſuſcipe, oſculemurque mutuo*. Ne oſculum illud arbitrere ejuſdem ordinis, ac moris eſſe, qualia illa ſunt, quæ inter communes amicos in foro frequentantur. Non eſt hujuſmodi oſculum iſtud. Animas enim mutuo conciliat, & miſcet atque omnem illis injuriarum oblivionem ſpondet. Signum igitur eſt oſculum hoc, animas ſibi invicem admiſceri, & omnem injuriarum memoriam ablegare. Propterea Chriſtus ajebat: *Si offeras munus tuum ad altare* (*Matt.* v.), *& ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adverſum te: relinque munus tuum ad altare, & vade prius ac reconcilieris fratri tuo, & tunc accedens offer munus tuum*. Igitur oſculum reconciliatio eſt; & propterea ſanctum, ſicut alicubi beatus Paulus clamabat dicens: *Salutate invicem* (1. *cor.* 16.) *in oſculo ſancto*: & Petrus: *In oſculo* (1. *Petr.* 5.) *charitatis*.

Poſtea clamat Sacerdos: *Surſum corda*. Verè enim in hac per quam maxime tremenda hora, cor ſurſum habere oportet ad Deum, & non deorſum circa terram & terrena ne-

negotia. Idem igitur eſt ac ſi præcipiat Sacerdos, ut omnes circa illam horam deponant curas vitæ hujus, & domeſticas ſollicitudines, habeantque ſurſum in cœlo cor ad clementem Deum. Deinde reſpondetis. *Habemus ad Dominum*; ei præcepto per eam, quam pronunciatis confeſſionem aſſentientes. Nemo igitur ita comparatus adſit, ut cum ore dicat, *Habemus ad Dominum*, cogitatione mentem habeat hujus vitæ curis occupatam. At enim omni tempore memores eſſe nos oportet Dei. Quod ſi propter humanam imbecillitatem impoſſibile ſit, illa tamen maxime hora hoc ſtudioſe emitendum eſt.

Poſt hæc Sacerdos ait: *Gratias agamus Domino*. Verè enim grates agere debemus, quod cum indigni eſſemus, ad tantam nos vocavit gratiam, quod inimici cum eſſemus nos reconciliavit, quod ſpiritu adoptionis eſt dignatus. Ad hoc vos ſubijcitis: *Dignum & juſtum*. Dum enim gratias agimus, dignam rem agimus,& juſtam: ipſe autem non juſtè ſed præter juſtum agens,nobis benefecit,& tantis bonis nos dignos effecit.

Facimus deinde mentionem cœli,& terræ,& maris,Solis, & Lunæ, aſtrorum, & totius creaturæ tam ratione præditæ, quam carentis, viſibilis, & inviſibilis: Angelorum, Archangelorum, Virtutum, Dominationum, Principatuum, Poteſtatum,Thronorum; Cherubim multis faciebus præditorum: quaſi dicentes Davidicum illud; *Magnificate Dominum* (*pſ.* 33.) *mecum*. Mentionem etiam facimus, Seraphim, quæ in Spiritu Sancto vidit Heſajas Thronum Dei circumſtantia, & duabus alis faciem tegentia, duabuſque pedes,ac duabus volantia, & dicentia: *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus Dominus Sabaoth*. Propterea enim traditam nobis ab Seraphinis hancTheologiam (*ſeu Dei celebrationem*) recitamus, ut communi laudum modulatione cum ſuperioribus mundo exercitibus conjungamur.

Deinde, poſtquam noſmetipſos per ſpirituales laudes ſanctificavimus, Deum benignum exoramus ut emittat Sanctum

ctum Spiritum ſuper (*Dona*) propoſita : ut faciat panem quidem Corpus Chriſti, vinum verò Sanguinem Chriſti. Omnino enim quodcumque adtigerit Spiritus Sanctus, id ſanctificatum, & traſmutatum eſt.

Poſtquam verò perfectum eſt ſpirituale ſacrificium, incruentus cultus, ſuper illam propitiationis hoſtiam obſecramus Deum pro communi Eccleſiarum pace : pro recta mundi compoſitione : pro Imperatoribus ; pro militibus, & ſociis : pro iis, qui infirmitatibus laborant ; pro his, qui afflictionibus premuntur, & univerſim pro omnibus, qui opis indigent, præcamur nos omnes, & hanc victimam offerimus.

Poſtea recordamur eorum quoque qui obdormierunt : primum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum ; ut Deus eorum precibus, & legationibus orationem noſtram ſuſcipiat. Deinde & pro defunctis Sanctis Patribus, & Epiſcopis, & omnibus generatim, qui inter nos vita functi ſunt (*oramus*) ; maximum hoc credentes, adjumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum ſancta, & perquam tremenda coram jacet victima.

Hujus rei fidem vobis ab exemplo facere volo, novi enim multos ita dicere : quid juvat animam ex hoc mundo in peccatis ſeu ſine peccatis decedentem, ſi ejus in oratione fiat mentio? An verò, ſi rex quiſpiam vivos a quibus offenſus fuerit relegarit in exſilium ; poſteaquam illi, ad quos adtinet, Coronam plectentes eam Regi pro ſuis pœna ab ipſo afflictis obtulerint : nonne ipſis ſuppliciorum relaxationem gratificaturus ſit? Ad eundem modum, & nos pro defunctis, etiamſi peccatores ſint, preces Deo offerimus, non coronam plectimus ; ſed Chriſtum mactatum pro peccatis noſtris offerimus ; Clementem Deum cum pro illis, tum pro nobis demereri, & propitiare ſatagentes.

Tum verò poſt hæc illam recitamus orationem, quam Salvator propriis ſuis diſcipulis tradidit ; Deum cum pura con-

conſcientia patrem nuncupantes, dicenteſque; *Pater noſter, qui es in cœlis*. O Maximam Dei in homines junctam cum amore clementiam? Tantam his qui a ſe defecerunt, atque in extremis malis exſtitere, injuriarum oblivionem, & gratiæ participationem indulſit, ut & Patrem appellarent. *Pater noſter, qui es in cælis*; cæli autem etiam fuerint ii, qui cæleſtis imaginem ferunt, in quibus eſt Deus inhabitans, & inambulans.

Sanctificetur Nomen tuum. Sanctum eſt natura nomen Dei, ſive id dicamus, ſive non dicamus. Quia verò per peccantes quandoque profanatur, ſecundum illud: *Propter vos nomen meum continuè blaſphematur in gentibus*; Oramus ut in nobis *ſanctificetur nomen Dei*. Non quod incipiat ſanctum eſſe quod ante non erat, ſed quia in nobis fit ſanctum, quum ſanctificamur ipſi, & ſanctificatione digna facimus.

Veniat Regnum tuum. Mundæ animæ eſt dicere cum fiducia: *Veniat Regnum tuum*; qui enim audiverit Paulum dicenìem: *Non igitur* (Rom. 6.) *regnet peccatum in mortali veſtro corpore*, & ſeipſum opere, cogitatione, ac ſermone purum præſtiterit, is Deo dicturus eſt: *Veniat Regnum tuum*.

Fiat volutas tua, quemadmodum in cælo, ſic etiam in Terra. Divini ac beati Angeli Dei voluntatem Dei faciunt, ſicut David in pſalmis dicebat: *Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, potentes robore, facientes voluntates ejus*. Tua igitur oratio vim hanc habet, & ſignificationem, quaſi dicas: quemadmodum in Angelis Voluntas tua fit, ſic & ſuper Terram in me fiat Domine.

Panem noſtrum ſubſtantialem da nobis hodie. Panis iſte communis non eſt ſubſtantialis. Panis verò iſte qui Sanctus eſt, ſubſtantialis eſt; quaſi dicas ad ſubſtantiam animæ directus. Hic panis non in ventrem vadit atque in ſeceſſum eijcitur; ſed in omnem tui compagem dividitur ad corporis, & ani-

animæ emolumentum. Illud autem *hodiè*, dicitur pro *quotidiè*; ſicut & Paulus ajebat: *quod appellatur dies hodiernus* (Hebr. 3.)

Et Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Multa enim peccata habemus. Offendimus quippe & verbo, & cogitatione, & multa condemnatione digna agimus. Ac *ſi dixerimus quod peccatum non habemus, mentimur*, ut ait Johannes (1. c. 1.). Pactum itaque cum Deo inimus, orantes ut nobis condonet peccata, quemadmodum & nos proximis peccata remittimus. Perpendentes igitur pro qualibus qualia accipiamus, ne cunctemur; nec mutuas inter nos offenſiones remittere tergiverſemur. Quæ in nos committuntur offenſæ, eæ parvæ, leves & diſſolutu faciles; quas verò in Deum committimus, magnæ, & ſolius ejus benignitatis auxilio diluendæ. Cave igitur ne propter parva & vilia in te admiſſa, graviſſimorum tibi ipſi peccatorum remiſſionem apud Deum præcluſeris.

Et ne nos inducas in tentationem, Domine. Idne Dominus orare nos docet, ne ullatenus tentemur? Et quomodo alicubi dictum eſt: *Vir non tentatus, non eſt probatus*? Et iterum *ſummum gaudium exiſtimate fratres mei cum in tentationes incideritis varias*. Verum ingredi in tentationem, nonne fuerit a tentatione ſubmergi? Nam tentatio torrenti ad traijciendum difficili ſimilis eſt. Qui igitur in tentationibus non ſubmerguntur, optimi velut natatores traijciunt, & nulla ratione ab eis pertrahuntur: qui verò tales non ſunt, ingreſſi demerguntur. Qualis, ut exemplo utamur, Judas fuit, qui in avaritiæ tentationem ingreſſus, non enatavit, ſed ſubmerſus & corpore, & ſpiritu ſuffocatus eſt. Petrus in denegationis tentationem introivit, ſed ingreſſus merſus non eſt: verum generosè tranans a tentatione liberatus eſt. Audi rurſus incolumium ſanctorum chorum, quod a tentatione ereptus ſit gratias perſolventem. *Probaſti nos, Deus, incendiſti*

nos

nos ſicut inceditur argentum; *poſuiſti afflictiones ſuper dorſum noſtrum*; *impoſuiſti homines ſuper capita noſtra*. *Tranſivimus per ignem*, *& aquam*, *& eduxiſti nos in refrigerium* (pſ. 65.). Viden eos fidenter exſultantes, quod trajecerint, nec ipſi perfoſſi ſint? *& eduxiſti nos* additur *in refrigeriam*. In refrigerium ipſos veniſſe eſt, a tentatione liberatos fuiſſe.

Sed libera nos a malo. Si illud, *Ne inducas nos in tentationem*, ſignificaret omnino non tentari, non adjeciſſet, *ſed libera nos a malo*. Malus verò eſt adverſarius dæmon, a quo liberari oramus. Tum verò expleta oratione, dicis; *Amen*, per illud *Amen*, quod ſignificat *fiat*, quæcumque in hac a Deo tradita oratione continentur, obſignans (*& aſſentiens*.)

His peractis dicit Sacerdos: *Sancta Sanctis*. Sancta ſunt, quæ (*in Altari*) propoſita jacent, recepto Spiritus Sancti ſuperventu. Sancti vos quoque Spiritus Sancti dono dignati. Sancta igitur Sanctis conveniunt. Deinde vos ſubiicitis: *Unus Sanctus*, *Unus Dominus J. C.* Revera namque unus eſt Sanctus natura Sanctus, nos autem etiam Sancti; Verum non natura, ſed participatione, & operum exercitio, ac voto.

Audiviſti deinde vocem pſallentis divina quadam melodia vos ad Sanctorum myſteriorum communionem invitantis, ac dicentis: *Guſtate*, *& videte quod bonus eſt Dominus*. Ne corporis faucibus hujus rei judicium, æſtimationemque permittite, non inquam, ſed fidei omnis dubitationis experti. Qui enim guſtant, non panem, & vinum deguſtare jubentur, ſed antitypum Corporis, & Sanguinis Chriſti.

Adiens igitur, ne expanſis manuum volis, neque disjunctis digitis accede, ſed ſiniſtram velut thronum ſubijciens dexteræ, utpote Regem ſuſcepturæ: & concava manu ſuſcipe Corpus Chriſti, reſpondens. *Amen*. Poſtquam autem cautè oculos nos Sancti Corporis contactu ſanctificaveris, illud percipe, advigilans ne quid ex eo tibi depereat. Quod enim in-

intercidere patieris, id tibi tamquam ex propriis membris, deminutum puta. Dic enim quæſo, ſi quis tibi auri ramenta dediſſet, non ne ſumma cautione ac diligentia teneres ne quid horum tibi periret, ac damnum paterere? nonne multo cautius ac vigilantius curabis, ne ex eo tibi vel mica intercidat, quod eſt auro, ac gemmis longè pretioſius?

Tum verò poſt communionem Corporis Chriſti, accede & ad Sanguinis poculum, non extendens manus, ſed pronus, & adorationis ac venerationis in modum, dicens, *Amen*, ſanctificeris, ex Sanguine Chriſti quoque ſumens. Et cum adhuc labiis tuis adhæret ex eo mador, manibus adtingens, & oculos, & frontem, & reliquos ſenſus ſanctifica. Poſtremo exſpectans orationem, gratias age Deo qui te tantis myſteriis impertire dignatus eſt.

Eas traditiones inviolatas retinete, & inoffenſos voſmet ſervate. A communione ne vos abſcindite: neque propter peccatorum inquinamentum ſacris iſtis, & ſpiritualibus defraudate myſteriis. *Deus autem pacis ſanctiſicet* (1. Theſs. v. 23.) *vos totos: & integrum veſtrum corpus, & anima, & ſpiritus, in adventu D.N.J.C. ſervetur*. Cui gloria, honor, & imperium cum Patre, & Sancto Spiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

* * *

* *

*

ANA-

ANAPHORA
S. JACOBI APOSTOLI
FRATRIS DOMINI.

Oratio ante Pacem.

DOmine Deus noſter hominum amator, nos indignos famulos tuos dignos effice, ut hoc ſalutare tuum percipiamus, & omnem dolum, atque hypocriſim abjicientes, charitatiſque, & pacis vinculo colligati, in oſculo Sancto & divino nos mutuo ſalutemus. Per Dominum, Deum, & Savatorem noſtrum J. C. Filium tuum Unigenitum, per quem, & cum quo Tibi gloria, honor, & poteſtas, una cum tuo ſpiritu.

Populus. Amen.

Diaconus Canit:

Sacerdos. Tu Domine, qui ſolus es miſericors, & in altis habitans, humilia reſpicis; ſuper eos, qui coram Sancto Altari tuo colla ſua inclinaverunt, be-

nedictiones tuas infunde. Per gratiam, misericordiam, & clementiam Christi Filii tui Unigeniti, Per quem, & cum quo Tibi gloria convenit.

Populus Amen.

Sacerdos.

Deus Pater, qui propter magnam, & ineffabilem clementiam tuam, Filium tuum in mundum miſiſti, ut errantem ovem reduceret: Ne avertas faciem tuam a nobis, qui hoc tremendum, & incruentum ſacrificium non iuſtitiæ noſtræ, ſed miſericordiæ tuæ freti, peragimus. Supplices ergo bonitatem tuam rogamus, ut non in judicium proveniat Populo tuo hoc Sacramentum, quod propter ſalutem noſtram peractum eſt, ſed ipſi proſit ad remiſſionem peccatorum, & indulgentiam delictorum, Tibi autem ad laudem, & gloriam. Per gratiam, miſericordiam, & clementiam

ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܒܡܨܥܝܘܬܗ ܐܬܦܢܝ ܘܡܬܬܩܢܐ
ܡܪܢ܆ ܘܦܪܘܩܢ ܐܝܟ ܕܒܗ ܫܘܒܚܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ
ܐܬܚܙܝ ܕܡܫܝܚܐ ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܘܪܘܚܗ ܩܕܝܫܐ ܀
ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܗܫܐ
ܠܥܠܡܝܢ .
ܥܡܐ ܀ ܐܡܝܢ ܀
ܟܗܢܐ .
ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܗܘ ܕܡܛܠ ܪܚܡܬܟ ܠܐܢܫܘܬܐ
ܪܒܬܐ ܘܠܐ ܡܬܡܠܠܢܝܬܐ ܀ ܫܕܪܬ
ܠܒܪܟ ܠܥܠܡܐ ܀ ܐܝܟ ܕܢܦܢܝܗ
ܠܥܢܐ ܛܥܝܬܐ .. ܠܐ ܬܗܦܘܟ ܐܦܝܟ ܡܢܢ ܀ ܕܒ
ܕܒܚܐ ܕܚܝܠܐ ܗܢܐ ܘܕܠܐ ܕܡܐ ܀
ܠܘ ܥܠ ܟܐܢܘܬܢ ܐܠܐ ܥܠ ܪ̈ܚܡܝܟ ܀
ܡܫܡܠܝܢ ܀ ܡܬܟܫܦܝܢ ܗܟܝܠ ܠܛܝܒܘܬܟ
ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܕܝܢܐ ܠܥܡܟ ܐܪܙܐ ܗܢܐ
ܕܡܛܠ ܦܘܪܩܢܢ ܐܬܓܡܪ ܀ ܐܠܐ ܠܗ ܢܗܘܐ
ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܠܚܘܣܝܐ ܕܣܟܠ̈ܘܬܐ
ܠܟ ܕܝܢ ܠܫܘܒܚܐ ܘܠܬܫܒܘܚܬܐ ܀
ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܒܪ̈ܚܡܐ ܘܒܡܪܚܡܢܘܬܐ

tiam

tiam Unigeniti Filii tui, per quem, & cum quo Tibi gloria, & honor, convenit.

Populus, Amen.

Diaconus, Unuſquiſque det pacem.

Sacerdos. Charitas Dei

Populus Amen.

Sacerdos Surſum.

Populus, Ad te Domine

Sacerdos, Gratias agamus.

Populus, Dignum, & juſtum eſt.

Sacerdos inclinatus

Vere dignum, æquum, decens, & juſtum eſt, nos Te collaudare, Tibi benedicere, Te glorificare, Te adorare, Tibi gratias agere factori omnium creaturarum Viſibilium, & inviſibilium.

Extollit vocem.

Quem laudant Cæli & Cæli cælorum, & omnes Virtutes eorum: Sol Luna, & omne Stellarum agmen: Terra, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: Hieruſalem cæleſtis, Ec-

ܥܡܐ . ܐܡܝܢ .	*Populus*, Amen.
ܡܫܡܫܢܐ : ܫܠܡܐ .	*Diaconus*
ܟܗܢܐ : ܚܘܒܐ .	*Sacerdos*
ܥܡܐ : ܐܡܝܢ .	*Populus*
ܟܗܢܐ : ܠܥܠ .	*Sacerdos*
ܥܡܐ . ܠܘܬܟ .	*Populus*
ܟܗܢܐ . ܢܘܕܐ .	*Sacerdos*
ܥܡܐ . ܫܘܐ .	*Populus*

cleſia Primogenitorum . qui in cælo conſcripti ſunt . Angeli , Archangeli , Principatus , Throni Dominationes , ſupernæ Poteſtates , Cæleſtes Virtutes , multis oculis præditi Cherubim , & ſex alis inſtructi Seraphim , qui duabus alis faciem ſuam tegunt , duabus pedes , duabus volitant alter ad alterum , triumphalem , & magnificum laudis hymnum inceſſanter canentes , clamantes & dicentes .

Populus Sanctus , Sanctus .

Sacerdos inclinatus .

Vere Sanctus es Rex ſæculorum , & totius Sanctitatis largitor . Sanctus eſt , & Filius tuus unigenitus Dominus , Deus , & Salvator noſter Jeſus Chriſtus . Sanctus eſt & Spiritus tuus ſanctus , qui omnia ſcrutatur , etiam profunda tua , Deus Pater . Sanctus es omnipotens , omnia continens , terribilis , bonus , cum Fi-

Filio tuo, qui propter figmentum tuum, paſſionum particeps factus eſt. Tu enim formato ex terra homini, Paradiſi delicias contuliſti, & cum ob præcepti tui tranſgreſſionem cecidiſſet, a bonitate Tua non eſt deſtitutus, ſed tamquam miſericors Pater, ipſum corripuiſti, per Legem vocaſti, per Prophetas direxiſti; noviſſime autem ipſum Filium tuum Unigenitum in mundum, ad renovandam imaginem tuam, miſiſti, qui deſcendens incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Sancta Dei Genitrice, ſemperque Virgine Maria, & cum hominibus converſatus, omnia propter generis noſtri ſalutem ſuſtinuit.

Exollit Vocem.

Cum autem voluntariam mortem pro nobis peccatoribus, ipſe peccati expers, ſuſcepturus eſſet, in nocte illa, in qua propter mundi vitam, & ſalu-

lutem tradebatur, accepit panem in Sanctas, puras, & immaculatas manus ſuas, & oſtendens Tibi ∴ Deus Pater, gratias egit, ✠ benedixit, ✠ Sanctificavit, ✠ fregit ∴, deditque Diſcipulis ſuis Sanctis Apoſtolis, dicens: Accipite, & manducate ex eo: Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis, & pro multis frangitur ∴ & traditur in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam. *Populus*, Amen. *Sacerdos extollit vocem.*

Similiter poſt cœnam Vinum in Calice aqua miſcens, gratias egit ✠, benedixit, ✠ Sanctificavit, ✠ deditque Diſcipulis ſuis Sanctis Apoſtolis, dicens, accipite, & bibite ex eo omnes: Hic eſt ſanguis meus, novi Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur ∴, & traditur in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam.

Populus. Amen.

Sa-

[illegible]

Sacerdos extollit vocem.

Hoc facite in meam commemorationem: quotieſcumque enim Panem hunc comederitis, & de Calice hoc biberitis, mortem meam annunciabitis, & reſurrectionem meam profitebimini, donec veniam.

Populus, mortem tuam.

Sacerdos.

Memores igitur nos, Domine, mortis tuæ, & a mortuis poſt triduum reſurrectionis, nec non & Aſcenſionis tuæ in cælum, & ſeſſionis ad dexteram Dei Patris, ſed & ſecundi tui terribilis, & glorioſi adventus, cum ad orbem terræ juſte judicandum veneris, & unicuique ſecundum opera ſua retribueris: offerimus Tibi hoc tremendum, & incruentum ſacrificium, ut non ſecundum iniquitates noſtras facias nobis, Domine, neque ſecundum prævaricationes noſtras retribuas nobis, ſed ſecundum magnam, & ineſ-

ineffabilem clementiam, ac pietatem tuam: Dele ſupplicantium Tibi ſervorum tuorum peccata; Populus enim tuus, ac hæreditas tua ſupplices te rogant, & per te ac tecum Patrem tuum, dicentes.

Populus, miſerere nobis.

Sacerdos, nos quoque.

Populus Laudamus te.

Sacerdos. In primis memoriam.

Diaconus, Quam terribilis eſt.

Sacerdos inclinatus dicit.

Invocationem ſpiritus.

Miſerere nobis, Domine Pater omnipotens, & mitte ſuper nos, & ſuper hæc Oblata, ſpiritum tuum Sanctum, Dominum, & vivificantem ſynthronum Tibi, Deus Pater, æqualem in regno Filio tuo, conſubſtantialem, coæternum, qui locutus eſt in Lege, Prophetis, & novo tuo Teſtamento, qui Columbæ ſpecie deſcendit ſuper Do-

ܘܚܢܢܐ ܕܠܐ ܡܬܡܠܠܢܘܬܐ ܀ ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܚܛܗ̈ܐ
ܕܥܒܕܝܟ ܕܡܬܟܫܦܝܢ ܩܕܡܝܟ ܕܥܡܟ ܥܡܐ ܓܝܪ
ܕܝܠܟ . ܘܝܪܬܘܬܐ ܕܝܠܟ ܡܬܟܫܦܐ ܠܟ
ܘܒ̈ܥܝܢ ܡܢܟ ܘܥܡܟ ܠܐܒܘܟ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܀
ܥܡܐ ܀ ܪܚܡ
ܟܗܢܐ . ܐܦ ܚܢܢ ܀
ܥܡܐ ܠܟ ܀
ܟܗܢܐ ܀ ܡܬܥܗܕܢܘܬܐ ܀
ܡܫܡܫܢܐ ܀ ܡܐ ܕܚܝܠ ܀
ܟܗܢܐ ܟܕ ܓܚܢ ܐܡܪ ܀
ܪܚܡ ܥܠܝܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܀
ܘܫܕܪ ܥܠܝܢ ܘܥܠ ܩܘܪܒܢ̈ܐ ܗܠܝܢ ܕܣܝܡܝܢ
ܪܘܚܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܐ ܗܘ ܡܪܝܐ ܘܡܚܝܢܐ
ܚܝܐ ܀ ܗܘ ܫܘܐ ܒܡܘܬܒܐ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܀
ܘܠܒܪܟ ܫܘܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܀ ܗܘ ܫܘܐ ܒܐܘܣܝܐ ܀
ܘ. ܫܘܐ ܒܡܫܘܬܦܘܬܐ ܀ ܗܘ ܕܡܠܠ ܒܢܡܘܣܐ
ܘܒܢܒܝ̈ܐ ܘܒܕܝܬܝܩܝ ܚܕܬܐ ܕܝܠܟ ܀ ܗܘ
ܕܒܕܡܘܬܐ ܕܝܘܢܐ ܢܚܬ ܥܠ ܡܪܢ ܕܝܠܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܢܗܪܐ ܕܝܘܪܕܢܢ ܀ ܗܘ ܕܒܫܠܝܚ̈ܐ
ܢܚܬ

ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܫܠܝ̈ܚܐ ܒܕܡܘܬܐ ܕܠܫܢ̈ܐ
ܕܢܘܪܐ .

ܟܗܢܐ . ܥܢܝܢܝ ܡܪܝܐ .

ܥܡܐ . ܩܘܪܝܐ ܐܠܝܣܘܢ .

ܟܗܢܐ .

ܐܝܟܢܐ ܕܟܕ ܡܓܠܐ ܢܚܘܐ ܠܐܪܙܐ ܗܢܐ
ܦܓܪܐ ܡܚܝܢ ܚܝ̈ܐ ✱ ܦܓܪܐ ܦܪܘܩܝܐ ✱
ܦܓܪܐ ܫܡܝܢܐ ✱ ܦܓܪܐ ܡܚܝܢܐ
ܕܢܦ̈ܫܬܐ ܘܦܓܪ̈ܐ : ܦܓܪܐ ܕܡܪܝܐ ܘܐܠܗܐ
ܘܦܪܘܩܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ :
ܢܥܒܕ ܕܢܗܘܐ ܠܡܩܒܠܢܘܗܝ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ
ܘܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܠܗ .

ܥܡܐ : ܐܡܝܢ .

ܟܗܢܐ .

ܘܟܣܐ ܗܢܐ ܢܚܘܐ ܕܡܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ
ܚܕܬܐ ✱ ܕܡܐ ܦܪܘܩܝܐ ✱ ܕܡܐ ܡܚܝܢ ܚܝ̈ܐ
✱ ܕܡܐ ܫܡܝܢܐ . ܕܡܐ ܡܚܝܢܐ ܕܢܦ̈ܫܬܐ
ܘܦܓܪ̈ܐ : ܕܡܐ ܕܡܪܝܐ ܘܐܠܗܐ ܘܦܪܘܩܐ
ܕܝܠܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ، ܢܥܒܕ ܕܢܗܘܐ
ܠܡܩܒܠܢܘܗܝ

Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in fluvio Jordane, & ſuper Sanctos Apoſtolos ſpecie linguarum ignearum.

Sacerdos Exaudi me Domine.

Populus Kyrie eleiſon.

Sacerdos

Ut illabens oſtendat myſterium hoc, Corpus vivificum, ✠ Corpus ſalutare, ✠ Corpus cæleſte, ✠ Corpus animas ſalvans, & corpora, Corpus ipſius Domini, Dei, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, faciat, ut ſit accipientibus ipſum in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam.

Populus, Amen.

Sacerdos.

Et calicem hunc oſtendat Sanguinem novi Teſtamenti, ✠ Sanguinem vivificantem, ✠ Sanguinem cæleſtem, Sanguinem animas noſtras, & corpora ſalvantem, Sanguinem ipſius Domini, Dei, ac Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, faciat, ut

ut ſit accipientibus ipſum in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam.

Populus Amen.

Sacerdos.

Ut nos, & quotquot ex illis percipiunt, animo, & corpore Sanctificati, bonorum operum fructus afferamus: Sancta tua Eccleſia, quam ſupra Fidei petram fundaſti, immobilis perſiſtat, ut adverſus eam portæ inferi non prævaleant. Libera eam ab omni hæreſi, & prævaricantium ſcandalo uſque ad conſummationem ſæculi. Per gratiam, miſericordiam, & clementiam Vnigeniti Filii tui, per quem, & cum quo tibi gloria & honor convenit.

Populus, Amen.

Sacerdos inclinatus dicit

Propterea offerimus Tibi, Domine, hoc ipſum tremendum, & incruentum ſacrificium pro locis tuis San-

ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܛܗܐ ܘܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܠܟܠܗܘܢ
ܕܢܣܒܝܢ ܠܗ.

ܥܡܐ: ܐܡܝܢ.

ܟܗܢܐ:

ܐܝܟܢܐ ܕܚܢܢ ܐܦ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܢܣܒܘܢ ܢܦܫܢ ܘܦܓܪܢ ܡܬܩܕܫܝܢ. ܠܡܬܠ ܦܐܪܐ
ܕܥܒܕܐ ܛܒܐ. ܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ ܗܝ ܕܥܠ ܟܐܦܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܫܬܐܣܬܗ̇: ܬܩܘܡ ܠܐ ܡܙܕܥܙܥܢܝܬܐ. ܘܬܪܥܐ
ܕܫܝܘܠ ܠܐ ܢܚܣܢܘܢܗ̇: ܦܨܝ ܐܢܗ̇
ܡܢ ܟܠ ܐܪܣܝܣ ܘܡܢ ܟܠ ܬܘܩܠܐ ܕܥܒܪܝ
ܢܡܘܣܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ:
ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܒܪܚܡܐ ܘܒܡܪܚܡܢܘܬܐ
ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܟ. ܕܒܐܝܕܗ ܘܥܡܗ ܠܟ
ܦܐܐ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ.

ܥܡܐ. ܐܡܝܢ.

ܟܗܢܐ ܟܕ ܓܚܢ:

ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܩܪܒܝܢܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܠܗ̇
ܠܗ̇ ܕܒܚܬܐ ܗܕܐ ܕܡܕܚܠܐ ܘܕܠܐ ܕܡܐ ܚܠܦ
ܕܘܟܝܬܐ

Sanctis, quæ per Chriſti Filii tui apparitionem glorificaſti : ac præſertim pro Sancta Sion omnium Eccleſiarum matre, & pro Sancta tua, quæ ubique terrarum eſt, Eccleſia: Uberrima tui S. Spiritus dona da ei Domine. Memento Domine & SS. Epiſcoporum noſtrorum, qui nos orthodoxæ veritatis verbum docent: ac potiſſimum, Patrum, & Patriarchæ noſtri Domini N. una cun reliquis Orthodoxis Epiſcopis. Honorabilem ſenectutem da eis Domine, & longo tempore conſerva eos, ut cum omni religioſitate, ac Sanctitate Populum tuum paſcant. Memento, Domine, Presbyterorum, qui ſunt hic, & ubique, ſed & Diaconorum, qui ſunt in Chriſto, & cæterorum, qui in miniſterio ſunt, & omnis Eccleſiaſtici gradus. Memento, Domine, & meæ paupertatis, qui, licet indignus, ut te inuocarem, ob-

obtinui. Peccata juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris, ſed ſecundum multam miſericordiam tuam memento mei: Si enim prævaricationes obſervaveris Domine, Domine quis poterit faciem tuam ſuſtinere? Quia apud te propitiatio eſt, viſita, & juſtifica me, & ubi abundavit peccatum, ibi gratia tua ſuperabundet. Memento Domine & eorum qui in vincula conjecti ſunt & in cuſtodia detenti, & in exilio fratrum noſtrorum: infirmorum, convaleſcentium eorum qui a ſpiritibus immundis torquentur, & vexantur. Memento Domine & Aëris, & imbrium, & roris, & fructuum terræ, & coronæ anni: oculi enim omnium in te ſperant, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno; aperis tu beneficam manum tuam, & imples omnia viventia benedictione.

ܐܬܪܘܚܬ ܃ ܐܠܐ ܐܝܟ ܣܘܓܐܐ ܕܪ̈ܚܡܝܟ
ܐܬܕܟܪܝܢܝ ܐܠܗܐ ܃ ܐܢ ܓܝܪ ܠܥܘ̈ܠܘܬܐ
ܢܛܪ ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܃ ܡܪܝܐ ܡܢܘ ܢܣܝܒܪ
ܠܦܪܨܘܦܟ ܡܣܝܒܪ . ܡܛܠ ܕ
ܠܘܬܟ ܐܝܬܘܗܝ ܚܘܣܝܐ ܃ ܣܥܘܪܝܢܝ
ܘܙܕܩܝܢܝ . ܘܐܝܟܐ ܕܣܓܝܐܬ ܚܛܝܬܐ . ܬܡܢ
ܬܬܝܬܪ ܛܝܒܘܬܟ ܀ ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ
ܘܠܗܘܢ ܕܒܐܣܘܪ̈ܐ ܪܡܝܢ ܘܒܝܬ ܢܛܘܪܘܬܐ
ܐܚܝܕܝܢ ܃ ܘܒܓܠܘܬܗܘܢ ܕܐܚ̈ܝܢ ܕܡܢܢ .
ܟܪ̈ܝܗܐ ܘܡܬܚܠܡܝܢ . ܘܠܗܘܢ ܕܡܢ
ܪ̈ܘܚܐ ܛܢܦܬܐ ܡܬܕܘܕܝܢ ܘܡܬܛܠܡܝܢ ܀
ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ ܘܠܐܐܪ ܘܡܛܪ̈ܐ ܘܛܠܠ̈ܐ
ܘܦܐܪ̈ܐ ܕܐܪܥܐ ܘܟܠܝܠܐ ܕܫܢܬܐ ܃
ܕܥܝ̈ܢܐ ܓܝܪ ܕܟܠ ܒܟ ܡܣܟ̈ܝܢ .
ܘܐܢܬ ܝܗܒ ܐܢܬ ܣܝܒܪܬܗܘܢ ܒܥܕܢܗ
ܘܦܬܚ ܐܢܬ ܐܝܕܟ ܛܒܬܐ ܃ ܘܡܣܒܥ ܐܢܬ
ܠܟܠ ܕܚܝ ܒܘܪܟܬܐ ܕܨܒܝܢܟ ܀

ܬܟܫܦܬܐ .

<table>
<tr>
<td dir="rtl">

ܒܥܠܝܐ .

ܘܦܨܝܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܢ ܟܠܗ ܐܘܠܨܢܐ

ܘܪܘܓܙܐ ܘܐܢܢܩܐ : ܘܟܠܗ ܡܚܣܪܢܘܬܐ

ܘܡܣܩܘܒܠܘܬܐ ܗܘܝܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܒܝܫܐ : ܘܡܢ

ܟܠܗ ܚܝܠܐ ܘܩܛܘܡܐ ܕܫܐܕܐ ܘܡܢ ܟܠܗ

ܡܚܘܬܐ ܡܫܬܕܪܐ ܡܢܟ ܐܠܗܐ . ܡܛܠ

ܘܚܛܗܝܢ ܣܓܝܐܐ ܡܬܡܚܝܢ ܚܢܢ . ܘܢܛܪ

ܠܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܫܒܝܚܬܐ :

ܘܒܢܛܘܪܘܬܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܐ

ܘܡܚܝܢܢܐ ܢܛܪ : ܠܢ ܘܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ

ܕܐܫܬܘܝܘ ܠܡܩܡ ܩܕܡܝܟ : ܘܡܣܟܝܢ

ܠܫܘܦܥܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܕܝܠܟ . ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ

ܪܚܡ ܚܢܢܐ ܐܢܬ . ܘܠܟ ܫܘܒܚܐ ܀

ܥܡܐ . ܐܡܝܢ .

ܟܦܝܦܐ : ܬܘܒ ܠܡܥܗܕܘ ܐܫܘܐ ܠܗܘܢ

ܕܥܡܢ ܩܝܡܝܢ ܘܡܨܠܝܢ . ܐܚ̈ܝܢ ܘܪ̈ܒܢ

ܘܡܕܒܪ̈ܢܐ ܕܝܠܢ : ܘܕܐܝܠܝܢ ܕܫܪܟܝܢ ܀ ܐܬܕܟܪ

ܡܪܝܐ ܠܗܘܢ ܕܦܩܕܘ ܠܢ ܕܢܥܗܕܘܢ ܐܢܘܢ

ܒܨܠܘܬܐ ܕܝܠܢ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ

ܥܡܢ

</td>
<td>

Extollit vocem.

Libera nos, Domine Deus, ab omni anguſtia, ira,& neceſſitate; ab omni damno & malorum hominum contradictione: ab omni Dæmonum vi, & oppreſſione, ab omni flagello, quod a te, Deus, propter peccata noſtra infligitur. In orthodoxa fide, & Sanctorum ac vivificantium mandatorum tuorum cuſtodia conſerva nos, & omnes eos, qui coram te conſiſtere digni effecti ſunt, & miſericordiæ tuæ abundantiam expectant. Quia Deus volens miſericordiam es, & tibi gloriam.

Populus, Amen.

Inclinatus.

Item meminiſſe digneris, Domine, eorum, qui nobiſcum ſtantes orant, fratrum, ac præceptorum noſtrorum & eorum qui ſuperſunt. Memento, Domine, eorum, qui nos, ut ſui in orationibus noſtris apud Te, Deus noſter,

</td>
</tr>
</table>

ſter, memores eſſemus, monuerunt, & unicuique tribue, Domine, quidquid ad ſalutem conducit. Memento, Domine, eorum, qui oblationes Sancto Altari tuo obtulerunt, nec non & eorum, pro quibus unuſquiſque obtulit. Sed & eorum, qui offerre quidem voluerunt, ſed non valuerunt, & omnium eorum quos quiſque in mente ſua habet, & eorum, qui modo nominantur.

ܗܒ ܡܪܝܐ ܫܐܠܬܐ ܘܗܠܝܢ ܕܠܘܬ ܦܘܪܩܢܐ
ܘܠܟܠܗܘܢ ܚܝ̈ܐ ✻ ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ ܠܗܠܝܢ
ܕܩܪܒܘ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܠܡܕܒܚܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܐ
ܘܠܗܠܝܢ ܕܚܠܦܝܗܘܢ ܟܠ ܚܕ ܩܪܒ ܀
ܘܠܗܠܝܢ ܕܨܒܘ ܕܢܩܪܒܘܢ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ
ܚܝܠܐ ܠܡܩܪܒܘ ܀ ܘܠܗܠܝܢ ܕܟܠܚܕ ܒܪܥܝܢܗ
ܐܝܬ ܠܗ ܀ ܘܠܗܠܝܢ ܕܗܫܐ ܡܬܥܗܕܝܢ ✻

Extollit vocem.

ܠܥܠܐ

Omnium memento, Domine, & quorum meminimus, & quorum non meminimus. Secundum multitudinem bonitatis tuæ retribue eis lætitiam ſalutaris tui: ſuſcipe victimas eorum ſuper ſpatioſos cælos tuos. Viſitare eos & adjuvare digneris. Fortitudine tua corrobora eos, potentia tua præcinge eos. Quia miſericors es, & volens miſericordiam, & tibi gloria convenit, honor, & poteſtas, cum Unigeni-

ܠܟܠܗܘܢ ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ ܠܗܠܝܢ ܕܐܬܕܟܪܢ ܀
ܘܠܗܠܝܢ ܕܠܐ ܐܬܕܟܪܢ ܀ ܐܝܟ ܣܘܓܐܐ
ܕܛܝܒܘܬܐ ܕܝܠܟ ܦܪܘܥ ܐܢܘܢ ܚܕܘܬܐ
ܕܦܘܪܩܢܐ ܕܝܠܟ ܀ ܩܒܠ ܕܒܚܬܗܘܢ ܥܠ
ܘܫܡܝܐ ܕܝܠܟ ܀ ܠܡܣܥܪ ܐܢܘܢ ܘܥܕܪ
ܘܡܥܕܪܘ ܐܢܘܢ ܐܬܪܥܝ ܀ ܒܚܝܠܟ ܐܠܨ ܐܢܘܢ
ܘܒܚܝܠܟ ܐܣܘܪ ܐܢܘܢ ܀ ܡܛܠ ܕܡܪܚܡܢܐ
ܐܢܬ ܘܪܚܡ ܚܢܢܐ ܘܠܟ ܝܐܐ ܫܘܒܚܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܘܐܘܚܕܢܐ ܥܡ ܝܚܝܕܝܐ
ܒܪܟ

Fi-

ܘܠܒܪܟ ܘܠܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܀

ܥܡܐ : ܐܡܝܢ :

ܟܗܢܐ ܟܕ ܓܚܢ :

[illegible]

ܬܫܒܘܚܬܐ :

[illegible]

ܥܡܐ : ܐܡܝܢ ܀

ܟܗܢܐ ܟܕ ܓܚܢ :

[illegible]

Filio tuo, & Sancto tuo Spiritu.

Populus, Amen.

Sacerdos inclinatus.

Memento Domine, & Religioſiſſimorum Regum noſtrorum, & Reginarum. Præcingere armis, & ſcuto, & in ipſorum adjutorium exurge. Subijce ijs omnes inimicos, & pugnantes eos ut pacificam, ac tranquillam vitam in timore Dei, & pietate traducamus.

Exollit Vocem.

Quia Tu refugium ſalutis es, atque potentia adjuvans, victoriamque omnibus Te invocantibus & in Te ſperantibus impertiens. Et tibi gloriam, & confeſſionem.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus.

Quoniam vitæ, & mortis Dominus, & miſericordiarum Deus, hominumque amator es: meminiſſe digneris Domine omnium eorum, qui tibi a ſæculo placuerunt, Sanctorum Patrum, Patriarcharum, Pro-

Prophetarum, & Apoſtolorum S. Johannis Præcurſoris, & Baptiſtæ, Sancti Stephani Archidiaconi, & Protomartyris, Sanctiſſimæ, & glorioſæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, & S. Antonii, S. Simeonis Stylitæ, & S. Georgii, omnium Sanctorum.

Extollit vocem.

Rogamus Te, Domine miſericors, cui, quæ fieri non poſſunt, poſſibilia ſunt, adſcribe nos in numerum beatiſſimi illius cætus; accenſe nos in illa Eccleſia: admitte nos per gratiam tuam inter primogenitos, quorum nomina ſcripta ſunt in cælis: Ideo enim illorum memoriam agimus, ut & ipſi ante ſublimem Thronum tuum ſtantes, humilitatis, ac paupertatis noſtræ recordentur, & una nobiſcum offerant tibi tremendum, & incruentum ſacrificium, pro vivorum cu-

ܕܡܢ ؛ ܘܒܘܝܐܗܘܢ ܠܟ ܕܡܢ ܡܬܒܥܝܐ ܗܘܐ
ܕܚܣܝܪܐ ܘܠܐ ܫܘܝܢ . ܠܢܝܚܐ ܗܢܘܢ ܕܟܠܗܘܢ
ܕܚܝܝܢ ؛ ܘܠܡܬܢܝܚܢܘܬܐ ܕܡܢ ܕܗܘܬ ܘܫܟܒܘ ܢܦܫܗܘܢ ؛
ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܢ ܬܪܝܨܬܐ ܕܐܒܗܬܢ ܘܐܚܝܢ
ܘܪܒܢܝܢ ܕܡܬܝܕܥܝܢ ܕܩܕܡܘ ܘܫܟܒܘ ܥܒܕܘ ؛
ܐܒܗܬܐ ܘܐܚܐ ܘܪܒܢܐ ܕܝܠܢ ؛ ܒܛܝܒܘܬܐ
ܘܒܪܚܡܐ ܘܒܡܪܚܡܢܘܬܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܟ ܕܒܗ
ܕܥܡܗ ܡܫܒܚ ܘܡܘܕܐ ܀

ܥܡܐ ؛ ܐܡܝܢ ؛ ܡܬܟܦܦ ؛

ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܕܝܫܐ
ܗܢܘܢ ܕܣܒܪܘ ܐܫܬܠܡܘ ؛ ܗܢܘܢ ܕܡܠܬܐ
ܠܢ ܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ ؛ ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܝܥܩܘܒ
ܗܘ ܪܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܫܠܝܚܐ ܘܣܗܕܐ
ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ ܗܢܐ ؛ ܡܠܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ
ܐܘܪܬܘܕܘܟܣܝܬܐ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܠܟ ܐܟܪܙܘ .

ܡܪܝܡ ؛

ܠܢܗܝܪܐ ܘܡܠܦܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܠܟ ؛
ܗܢܘܢ ܕܐܬܟܬܫܘ ܐܓܘܢܐ ܫܦܝܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ؛
ܗܢܘܢ ܕܛܥܢܘ ܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܩܕܡ ܥܡܡܐ ܘܡܠܟܐ
ܘܒܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ

cuſtodia, pro noſtra, qui viles ſumus & indigni, conſolatione, pro requie omnium eorum, qui in recta fide præceſſerunt, & obdormierunt, patrum, fratrum, & præceptorum noſtrorum. Per gratiam, miſericordiam, & clementiam Unigeniti Filii tui, per quem, & cum quo.

Populus, Amen.

Inclinatus.

Memento, Domine, & SS. Epiſcoporum, qui obdormierunt, & verbum veritatis nobis propoſuerunt, qui ab Archiepiſcopo, Apoſtolo, & Martyre Jacopo, uſque in præſentem diem, Orthodoxæ fidei verbum in Sanctis Eccleſiis tuis prædicaverunt.

Extollit vocem.

Luminarium, & Doctorum Sanctæ tuæ Eccleſiæ, qui pulchrum Fidei certamen conſummaverunt, & nomen Sanctum tuum coram Populis, Regibus, & Filiis Iſrael portaverunt. Eorum precibus & interceſſione pacem tuam

Eccleſiis tribue, doctrinas illorum ſidemque in animabus noſtris confirma: inſurgentes in nos hæreſes extingue, & , ut coram tremendo Tribunali tuo abſque confuſione ſtemus, nobis concede. Quia Sanctus es Domine, & in Sanctis habitas, & Sanctos perficis, & conſummas, & tibi gloriam.

Populus Amen.

Sacerdos inclinatus.

Memento, Domine, Orthodoxorum Preſbyterorum, qui dudum quieverunt, Diaconorum, Hypodiaconorum, Cantorum, Lectorum, Interpretum, Pſalmiſtarum, Exorciſtarum, Monachorum, Anachoretarum Auditorum, ſemper Virginum, & Sæcularium, qui in vera fide obdormierunt, & quos unuſque commemorare intendit.

Extollit vocem.

Domine, Domine Deus Spirituum, & omnis carnis,

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ : ܕܥܗܕܢ ܕܐܬܕܟܪܢ .
ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܫܢܝܘ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ
ܢܦܩܘ : ܐܢܝܚ ܢܦ̈ܫܬܐ ܘܪ̈ܘܚܐ ܘܦܓ̈ܪܐ
ܕܝܠܗܘܢ . ܦܨܝ ܐܢܘܢ : ܡܢ ܚܘܕܢܐ
ܕܠܐ ܫܘܠܡܐ ܕܥܬܝܕ . . ܘܡܦܩܬܐ ܐܢܘܢ
ܒܒܘܣܡܐ ܕܒܥܘܒܐ ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ
ܘܕܝܥܩܘܒ ܐܝܟܐ ܕܢܗܪ ܢܘܗܪܐ ܕܦܪܨܘܦܟ
ܘܥܪܩ ܡܢ ܐܝܟܐ ܕܥܪܩܘ ܟܐܒ̈ܐ ܘܥܩ̈ܬܐ
ܬܘ ܠܐ ܬܚܫܘܒ ܠܗܘܢ ܣܟܠܘ̈ܬܗܘܢ ܘܡܛܠܗܘܢ .
ܠܐ ܬܥܘܠ ܥܡܗܘܢ ܒܕܝܢܐ ܥܡ ܥܒ̈ܕܝܟ ܕܡܛܠ :
ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܙܕܕܩ ܩܕܡܝܟ ܟܠ ܕܚܝ .
ܘܠܐ ܐܢܫ ܒܪ ܐܢܫ ܠܐ ܚܛܝܐ ܕܡܫܬܟܚ
ܘܕܟܝܐ ܡܢ ܛܘܠܫܐ ܡܢ ܗܘ̇ ܕܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܗܘ̇ ܟܠܗ ܐܪܥܐ : ܐܠܐ ܐܢ ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܝܚܝܕܝܐ :
ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܐܦ ܚܢܢ ܡܣܬܒܪܝܢܢ ܪ̈ܚܡܐ
ܠܡܫܟܚܘ ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛ̈ܗܐ ܕܡܛܠܬܗ
ܐܦ ܥܠܝܢ ܘܥܠܝܗܘܢ ✱
ܥܡܐ : ܐܢܝܚ

nis, memento omnium eorum, quos commemoravimus, qui ex hac vita in Orthodoxa fide tranſierunt. Da requiem animabus, ſpiritibus, & Corporibus ipſorum. Libera eos a futura æterna damnatione. Tribue eis delicias in ſinu Abraham, & Jacob, ubi fulget lumen vultus tui, ubi non eſt dolor, neque luctus, neque ſingultus. Ne reputes ipſis eorum defectus, neque intres in judicium cum ſervis tuis, quia non juſtificatur coram Te omnis vivens, neque mortalium quiſpiam peccati expers eſt, & labis immunis, præter unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum unigenitum, per quem & nos ſperamus miſericordiam & peccatorum remiſſionem quæ propter ipſum eſt, & pro nobis, & pro ipſis

Populus, . Da eis Requiem.

Sacerdos inclinatus.

Dona eis, Deus, requiem, indulge, & condona iniquitates noſtras quas admiſimus plena, ſive non plena voluntate, prudentes, ſive imprudentes, verbo, opere, cogitatione, ſive clam, ſive palam, antiquas, quorum meminimus, vel obliti ſumus, quas ſanctum nomen tuum agnoſcit. *Extollit Vocem.*

Chriſtianum nobis exitum abſque peccato concede & ſub electorum tuorum pedibus nos collige, cum volueris, ubi volueris, & quemadmodum volueris Dummodo a noſtrorum Criminum confuſione liberemur, ut per hoc, quemadmodum per omnia laudetur, & exaltetur in omnibus, venerabile nomen tuum, & benedictum cum nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Sancti tui ſpiritus.

Populus ſicut erat.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum.

Sacerdos. Sint.

ܟܗܢܐ

ܐܢܝܚ ܐܠܗܐ ܫܒܘܩ ܘܚܘܣ ܥܠ ܣܟܠܘܬܢ

ܕܣܟܠܢ ܀ ܒܨܒܝܢܐ ܘܕܠܐ ܨܒܝܢܐ ܀

ܕܒܝܕܥܬܐ ܘܕܠܐ ܒܝܕܥܬܐ ܀ ܕܒܡܠܬܐ ܀

ܘܕܒܡܠܬܐ ܀ ܕܒܣܘܥܪܢܐ ܀ ܕܒܡܚܫܒܬܐ ܀ ܕܒܟܣܝܐ ܀

ܘܕܒܓܠܝܐ ܀ ܥܬܝܩܬܐ ܀ ܕܥܗܝܕܝܢ ܘܕܛܥܝܢܢ

ܗܠܝܢ ܕܝܕܥ ܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܀

ܩܠܐ ܀

ܫܘܠܡܐ ܕܟܪܝܣܛܝܢܘܬܐ ܕܠܐ ܚܛܗܐ ܗܒ ܠܢ

ܘܟܢܫܢ ܬܚܝܬ ܪܓܠܝ ܓܒܝܐ ܕܝܠܟ ܐܡܬܝ ܕܨܒܐ ܐܢܬ

ܘܐܝܟܐ ܕܨܒܐ ܐܢܬ ܘܐܝܟܢܐ ܕܨܒܐ ܐܢܬ

ܕܨܒܐ ܐܢܬ ܀ ܒܠܚܘܕ ܕܠܐ ܢܒܗܬ ܡܢ ܚܛܗܝܢ

ܕܒܗ ܐܝܟ ܕܒܟܠ ܡܫܬܒܚ ܘܡܫܬܡܠܐ

ܒܟܠ ܫܡܟ ܣܓܝܐ ܘܡܒܪܟ ܥܡ ܫܡܗ ܕܡܪܢ

ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܘܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܀

ܥܡܐ ܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ ܀ ܟܗܢܐ ܫܠܡܐ ܀

ܥܡܐ ܘܥܡ ܪܘܚܟ ܀ ܟܗܢܐ ܢܗܘܘܢ ܀

Et ܥܠ

ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܗܝܡܢܢ ✠

ܡܫܡܫܢܐ ؛ ܟܪܘܙܘܬܐ ✠

ܟܗܢܐ ܨܠܘܬܐ ܕܩܕܡ ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ؛

ܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ؛

ܐܒܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܘܐܠܗܐ ܕܟܠ ܒܘܝܐܐ . ܗܘ

ܕܥܠ ܟܪ̈ܘܒܐ ܝܬܒ ܘܡܫܬܒܚ ܡܢ ܣܪ̈ܦܐ ؛

ܗܘ ܕܩܝܡܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ܐܠܦ ܐܠܦܝܢ ܕܪ̈ܝܫ

ܡܠܐ̈ܟܐ ؛ ܘܪܒܘ ܪ̈ܒܘܢ ܕܡܠܐ̈ܟܐ ، ܘܚܝ̈ܠܘܬܐ

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ✠

ܫܡܝܐ .

Et poſtea dicat. Credidimus.

Diaconus. Concionem.

Sacerdos Orationem ante Pater Noſter.

Deus Pater Domini noſtri J C. Pater Miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui ſuper Cherubim ſedes, & Collaudaris a ſeraphim, cui aſſiſtunt mille millium Archangelorum, & decies Centena millia Angelorum, & supernarum ac cæleſtium virtutum, qui per Filii tui Unigeniti gratiam, & Sanctiſſimi tui Spiritus illapſum, oblationes, dona oblataſque tibi in odorem ſuavitatis fructuum primitias Sanctificare, & conſumare dignatus es: ſanctifica Domine, animas, corpora & ſpiritus noſtros, ut puro corde, purgata anima & ſereno vultu audeamus invocare te Deum Cæleſtem Parem omnipotentem, & oremus dicentes.

Pater noſter qui es in Cælis.

Po-

Populus ſanctificetur

Sacerdos .

Eja Domine Deus noſter , ne nos inducas in tentationem , quam ſubſtinere non poſſumus, ſed una cum tentatione da & exitum , ut illam ſubſtinere valeamus , & libera nos a malo . Per Chriſtum Dominum noſtrum per quem & cum quo tibi gloria convenit, honor , & poteſtas cum tuo ſpiritu .

Populus : Amen .

Sacerdos . Pax .

Populus . Et cum .

Diaconus . inclinate .

Sacerdos .

Tibi famuli tui uberem a te miſericordiam expectantes capita ſua inclinaverunt. Largas benedictiones tuas, Domine ſuper illos infunde , & Sanctifica animas, corpora , & ſpiritus noſtros , ut digni ſimus Corpus , & Sanguinem Chriſti Salvatoris noſtri percipere ; per gratiam, miſericordiam; & benignitatem ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo

ܥܡܐ : ܢܬܩܕܫ ܀

ܟܗܢܐ :

ܐܝܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ ܘܡܪܢ ، ܠܐ ܬܥܠܝܢ ܠܢ

ܠܢܣܝܘܢܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢܢ ܠܡܣܝܒܪܘܬܗ ،

ܐܠܐ ܥܡ ܢܣܝܘܢܐ ܐܦ ܡܦܩܢܐ ܐܥܒܕ

ܕܢܫܟܚ ܠܡܣܝܒܪܘܬܗ ، ܘܦܪܘܩ ܠܢ ܡܢ ܒܝܫܐ

ܒܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܡܪܢ ، ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܘܥܡܗ

ܠܟ ܦܐܐ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܐܘܚܕܢܐ ܥܡ

ܪܘܚܟ ܀ ܥܡܐ . ܐܡܝܢ :

ܟܗܢܐ . ܫܠܡܐ ܀ ܥܡܐ . ܘܥܡ ܀

ܡܫܡܫܢܐ . ܐܪܟܘ ܀

ܟܗܢܐ :

ܠܟ ܐܪܟܘ ܩܕ̈ܠܝܗܘܢ ܥܒ̈ܕܝܟ ܡܣܟ̈ܝܢ ܠܗ

ܡܫܟܚܢ ܠܚܢܢܐ ܥܬܝܪܐ ܕܡܢܟ : ܒܘܪ̈ܟܬܐ

ܥܬܝܪ̈ܬܐ ܕܡܢܟ ܡܪܝܐ : ܐܫܘܕ ܥܠܝܗܘܢ ܘܩܕܫ

ܢܦ̈ܫܬܗܘܢ ܘܦ̈ܓܪܝܗܘܢ ܘܪ̈ܘܚܝܗܘܢ ، ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܘܘܢ

ܢܗܘܘܢ ܠܡܩܒܠܘܬܐ ܕܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ

ܦܪܘܩܢ . ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܒܪ̈ܚܡܐ ܘܒܡܪܚܡܢܘܬܐ

ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܝܠܗ ܕܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܡܪܢ ،

ܕܒܐܝܕܘܗܝ

quo glorificaris, & benediceris in cælo, & in terra cum tuo ſpiritu ..

Populus Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum..

Sacerdos.. Sit ..

Populus. Et cum

Diaconus.. Unuſquiſque ..

Sacerdos ..

Sanctus Sanctus *& reliqua* ..

Sacerdos dicit Orationem poſt Communionem.

Etiam atque etiam agimus tibi gratias Domine Deus noſter propter magnum, & ineffabilem tuum erga homines amorem, quia cæleſtis tuæ menſæ participes nos Domine effeciſti, ne condemnes nos propter Sanctorum, & intemeratorum myſteriorum tuorum perceptionem, ſed in Juſtitia, & ſanctitate nos cuſtodi clementiſſime, ut tui ſancti ſpiritus participes facti, partem ſortem, ac hæreditatem cum ſanctis, qui tibi a ſæculo placuerunt habeamus; per gratiam mi

miſericordiam, & benignitatem unigeniti filii tui per quem, & cum quo tibi gloria convenit honor, & poteſtas cum ſancto tuo ſpiritu.

Populus Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum.

Diaconus.

Etiam, atque etiam.

Sacerdos.

Magne, & admirabilis Deus, qui propter hominum ſalutem cælos inclinans deſcendiſti, convertere ad nos miſericordia, & pietate tua, & benedic Populum tuum & Cuſtodi hæreditatem tuam, ut te ſolum verum Deum noſtrum ſemper collaudemus, cum Deo Patre Genitore tuo, & Spiritu tuo ſancto. Nunc.

Populus Amen.

Diaconus Benedic Domine.

Sacerdos.

Benedic nobis omnibus,

Diaconus. Benedicam Dominum:

ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܘܛܝܒܘܬܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܟ ܐܝܬܘܗܝ

ܕܒܗ ܘܥܡܗ ܠܟ ܫܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܥܡ

ܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ

ܥܡܐ: ܐܡܝܢ

ܟܗܢܐ: ܫܠܡܐ.

ܥܡܐ: ܘܥܡ ܪܘܚܟ.

ܡܫܡܫܢܐ: ܬܘܒ ܘܬܘܒ.

ܟܗܢܐ:

ܐܠܗܐ ܪܒܐ ܘܬܡܝܗܐ ܗܘ: ܗܘ ܕܐܪܟܢ ܫܡܝܐ

ܘܢܚܬ ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܐܦܢܐ

ܠܘܬܢ ܒܪܚܡܝܟ ܘܒܚܢܢܟ ܘܒܪܟ ܠܥܡܟ ܘܢܛܘܪ

ܝܪܬܘܬܟ ܕܢܫܒܚܟ ܬܡܝܕܐܝܬ ܠܟ ܠܚܘܕܝܟ

ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܕܝܠܢ ܘܠܐܒܘܟ ܕܐܘܠܕܟ ܘܠܪܘܚܟ

ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ

ܥܡܐ: ܐܡܝܢ.

ܡܫܡܫܢܐ: ܒܪܟܡܪܝ.

ܟܗܢܐ: ܒܪܝܟ ܟܠܟܘܢ.

ܡܫܡܫܢܐ: ܐܒܪܟ ܠܡܪܝܐ.

ANA-

ܐܢܐܦܘܪܐ

ܐܢܐܦܘܪܐ

ܕܩܕܝܫܐ ܩܘܪܝܠܠܘܣ .

ܨܠܘܬܐ ܕܩܕܡ ܫܠܡܐ ܀

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܪܚܡܢܐ : ܘܩܕܝܫܐ : ܘܐܚܝܕ
ܟܠ : ܗܘ ܕܐܝܬܝܟ ܫܠܡܐ : ܘܫܝܢܐ :
ܘܚܘܒܐ ܘܡܟܝܟܘܬܐ . ܘܕܟܝܘܬܐ : ܘܛܒܘܬܐ :
ܐܒܐ : ܘܡܪܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܬܪܥܝܢ ܫܠܡܐ
ܐܗܒ ܠܢ ܕܟܕ ܡܠܝܢ ܡܟܝܟܘܬܐ ܘܣܒܪܐ
ܘܡܬܩܢܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ .
ܘܒܚܘܒܐ ܪܘܚܢܝܐ ܕܝܠܟ ܘܕܚܕ̈ܕܐ .
ܢܥܦܩ ܪܘܚܐ ܚܕ ܠܚܕ ܒܕܟܝܘܬܐ ܕܚܘܒܐ .
ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܘܠܝܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܝܠܟ .
ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܐ ܠܟ ܒܢܝܐ ܕܫܝܢܐ ܘܕܫܠܡܐ
ܘܢܫܘܐ ܠܛܘ̈ܒܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܠܟ ܠܢ ܡܢ
ܝܚܝܕܝܐ : ܘܩܕܝܫܐ . ܗܘ ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܘܥܡܗ
ܠܟ ܙܕܐ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܐܘܚܕܢܐ ܥܡ
ܪܘܚܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܐ ܟܠܗ ܘܛܒܐ ܀

ܡܫܡܫܢܐ : ܡܨܥܝܬܐ ܀

ܫܠܡ

ANAPHORA SANCTI CYRILLI.

Oratio ante Pacem.

DOmine Deus miſericors, ſancte, & omnipotens, qui es Pax, concordia, Charitas, Manſuetudo, & Puritas, & Bonitas, Pater, dominuſque eorum, qui ea, quæ pacis ſunt, cogitant; Præſta nobis, ut humilitate, ac ſpe pleni, & recta fide, tuaque, & mutua erga nos dilectione ſpirituali exornati, alter alterum in puritate Charitatis, quæ plenitudo legis tuæ eſt, ſpiritu amplectamur, ut ſimus tibi filii concordiæ, ac pacis, & promiſſis nobis ab Unigenito Sanctoque Filio tuo beatitudinibus digni efficiamur, per quem & cum quo tibi convenit gloria, honor, & poteſtas cum ſpiritu tuo Sanctiſſimo & bono.

Diaconus. mediam.

Sacerdos.

Tu igitur Clemens, & multum miſericors Domine, ex quo omne optimum, ac perfectum Donum fluit promanatque: Benedic, & Cuſtodi adoratores tuos, qui coram te animarum, & Corporum ſuorum Cervices inclinarunt, & tribue eis donum miſerationum tuarum, perfectamque gratiæ tuæ opem juxta promiſſionem Chriſti tui per quem, & cum quo tibi convenit & debetur adoratio cum ſpiritu tuo.

Populus Amen.

Sacerdos.

Nos vero Domine, qui nihilum primitus eramus ſecundum paternam, ac beatiſſimam miſericordiam tuam, ad hoc, ut ſublimis, Angelicæ, & immaterialis vitæ immitatores eſſemus, creaſti: cum autem ſponte noſtra in peccatum prolapſi ex priſtina Patria noſtra pulſi fuiſſemus, per eaſdem æternas miſerationes tuas

ܟܗܢܐ :

[illegible]

ܥܡܐ : ܐܡܝܢ .

ܟܗܢܐ :

[illegible]

[illegible]

ܥܡܐ: ܐܡܝܢ ✱ ܡܫܡܫܢܐ: ܗܒܘ ✱

ܟܗܢܐ: ܚܘܒܐ ✱ ܥܡܐ: ܐܡܝܢ ✱

ܟܗܢܐ: ܠܥܠ ✱ ܥܡܐ: ܐܝܬܝܗܘܢ ✱

ܟܗܢܐ: ܢܘܕܐ ✱ ܥܡܐ: ܫܘܐ ܘܙܕܩ ✱

ܟܗܢܐ ܟܕ ܓܗܢ ✱

[illegible]

tuas Unigenitum Filium tuum, ut nos Peccatores ac Reos ſalvos faceret miſiſti, qui corporaliter, & inconvertibiliter homo factus eſt, ut nos diviniſſimos faceret, & priſtinæ hæreditati noſtræ reſtitueret; Tù modo Deus noſter mitte gratiam tuam, quà mundemur & veniam conſequamur, ut ſuſcipias ac perficias, hoc purum, & impollutum ſacrificium, quod prò peccatis noſtris tibi offerimus ſecundum Evangelicam, ac Vivificam Chriſti tui doctrinam, cum quo tibi convenit gloria honor, & poteſtas cum.

Populus Amen.

Diaconus. Date.

Sacerdos. Charitas.

Populus Amen.

Sacerdos. Surſum.

Populus. Sunt.

Sacerdos. Gratias agamus.

Populus. Dignum.

Sacerdos Inclinatus.

Vere ac juſtiſſime tibi convenit, & congruit glo-

ria & tibi debetur adoratio quoniam benedictus es, & omnium factor, & Deus ſuper omnia.

Exclamatio.

Glorificat te Domine Cælum, quod eſt ſedes majeſtatis tuæ, & terra ſcabellum Pedum tuorum, atque hæc quidem adorat celebratque ſanctum nomen tuum in hac Eccleſia, quæ tibi laudes canit in ore filiorum ſuorum, in Turmis Prophetarum, in cætibus Apoſtolorum, in paſſione martyrum, in ordinibus Confeſſorum, in Theologia Doctorum, in rectis ſtationibus Anachoretarum, in patientia continentium, & in exercitibus Juſtorum, in Agminibus ſanctorum, in variis conditionibus fidelium; Cælum vero in ſublimi illa, in qua Primogeniti tui in ſancto tuo libro conſcripti ſunt, Eccleſia, ibi enim extolleris cantibus Angelorum, jubilatione Archangelorum concentibus Cherubim impetu Principatuum, decore

ܘܠܟ ܫܘܒܚܐ ، ܘܠܟ ܡܬܚܝܒܐ ܣܓܕܬܐ ܕܡܒܪܟܬ ،
ܡܫܒܚܬ ܘܡܪܘܡܡܬ ܐܠܗܝܐ ܘܥܒܘܕܐ ܕܟܠ .
ܘܐܠܗܐ ܕܥܠ ܟܠ ܀

ܬܫܠܡܬܐ

ܡܫܒܚܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܫܡܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܟܘܪܣܝܐ ܕܪܒܘܬܟ ، ܘܐܪܥܐ ܟܘܒܫܐ ܕܪܓܠܝܟ ܘܣܓܕܐ
ܘܡܫܒܚܐ ܠܫܡܟ ܩܕܝܫܐ . ܥܕܬܐ ܗܕܐ ܕܡܫܒܚܐ
ܠܟ ܒܦܘܡ ܒܢܝܗ̇ ܒܓܘܕܐ ܕܢܒܝܐ ܘܒܟܢܫܐ
ܕܫܠܝܚܐ ، ܒܚܫܐ ܕܣܗܕܐ ، ܒܛܟܣܐ ܕܡܘܕܝܢܐ ،
ܒܬܐܘܠܘܓܝܐ ܕܡܠܦܢܐ ، ܒܩܘܡܐ ܬܪܝܨܐ ܕܐܢܟܘܪܝܛܐ ،
ܒܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܢܟܦܐ ، ܘܒܚܝܠܘܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ،
ܒܓܘܕܐ ܕܩܕܝܫܐ ، ܒܛܟܣܐ ܡܫܚܠܦܐ ܕܡܗܝܡܢܐ ،
ܫܡܝܐ ܕܝܢ ܒܪܘܡܐ ܗܘ ܥܠܝܐ ، ܕܒܗ ܒܘܟܪܐ
ܕܝܠܟ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܟܬܝܒܝܢ . ܥܕܬܐ
ܬܡܢ ܓܝܪ ܡܬܥܠܝܬ ، ܒܙܡܝܪܬܐ ܕܡܠܐܟܐ ،
ܒܗܠܠܘܬܐ ܕܪܝܫ ܡܠܐܟܐ ، ܒܩܠܐ ܕܟܪܘܒܐ
ܒܥܘܫܢܐ ܕܪܫܘܬܐ ، ܒܫܘܦܪܐ
ܕܡܪܘܬܐ ܀

ܥܡܐ: ܩܕܝܫ ܀

ܣܓܕܬܐ

ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ ܘ

core Poteſtatum, ſplendore Thronorum, honore Dominationum, ardore Legionum: in cætibus optimatum, in Turbis perfectorum, in conviviis, & gaudiis ſanctorum, in Sanctificationibus ſeraphim, qui ſenario alarum ſuarum numero puriſſimis vocibus laudant, vociferantur, & exclamant dicentes.

Populus Sanctus.

Inclinatio.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus Altiſſimus, & Sanctus, qui ter Sanctificaris, in quem cum gloria creditur, Pater quidem ſanctus, genitor non genitus. Filius autem Sanctus genitus non genitor, ſpiritus vero Sanctus procedens, ex Patre, Filio, vivificans, & adorabilis. Sanctifica nos igitur ſanctificator omnium, ut cum ſanctitate parati ſimus, ad hoc plenum vitæ, & deliciis convivium Unigeniti Domini Noſtri Jeſu Chriſti,

ſti, qui eſt unus de Sancta Trinitate; & Sancta, ac vivifica ipſius Sacramenta percipere valeamus, & mereamur.

Exclamatio.

Qui cum ſponte homo factus in menſura humana Creviſſet, non tamen gloria ſua deſtitutus eſt, neque divinitatem ſuam amiſit, ſed vel cum Incarnatus eſt, idem erat verbum, Sapientia, & Virtus Dei Patris naturaliter, & ſubſtantialiter, & ſi formam ſervi pro ſalute ac vita noſtra accepit. Hic enim ante ſalutarem ſuam paſſionem, accepit panem in ſanctas manus ſuas ✠ & ✠ Benedixit ✠ & fregit ✠ tradenſque diſcipulis ſuis dixit; Hoc eſt Corpus meum, quod vos, & multos fideles præparat ad Vitam ſæculi ſæculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos:

Vino autem, & aqua Calicem Vitæ temperans ✠ Sanctificavit ✠ Eum, ✠ tra-

[illegible]

✠ tradenſque cætui diſcipulorum ſuorum, dixit. Hic eſt ſanguis meus, qui obſignat, & confirmat Teſtamentum mortis meæ, & vos, *ac reliqua*.

Populus. Amen.

Sacerdos.

Cum autem ſancti, ac propitiatorii Corporis, & Sanguinis ſui participes eos feciſſet, præcipiens dixit eis: cum de Pane hoc, & de Calice iſto percipietis, memoriam mortis meæ agite, donec veniam.

Populus. Mortem.

Sacerdos.

Sed & nos Domine Deus noſter adorande, & Sancte Jeſu Chriſte, qui ſalutaris Æconomiæ pignus, veluti arrham vitæ tenemus, gloriamur in paſſione tua, & in morte, quam pro nobis ſubiiſti, & gaudentes, ac lætantes in ſalute, & memoria admirabilis reſurretionis tuæ, gratiam,

ac

ac miſericordiam tuam rogamus, ut non, cum veneris in noviſſimo illo ac terribili die Judicii, repellas nos a conſpectu tuo, ne ſtatuas nos cum Confuſione, ac pudore, non in tenebris, & caligine; non in gehenna, & Cruciatibus, non in fletu, & ſtridore dentium, non in dolore, ac triſtitia, non in mærore, & ſuſpiriis, non in minis, & comminationibus, non gaudeant ſuper nos inimici noſtri, neque irrideant nobis odio nos habentes. Nos enim Domine ſumus, qui paſiones tuas non erubuimus & Sanctum nomen tuum non abnegavimus: Confitere nos igitur, & illumina ſpem tuam, & lumen vultus tui ſuper Sanctam, & Orthodoxam Eccleſiam tuam, quam tibi ex populis deſponſaſti, quæ magna voce clamat, & vociferatur ad te, Et ad Patrem tuum dicens.

Populus. Miſerere.

Sacerdos. Nos quoque.

Populus. Laudamus te.

Diac. memento ipſius.

Sa-

ܠܐ ܬܗܦܟ ܐܦܝܟ ܡܢ ܡܦܩܕܢܢ .
ܠܐ ܬܩܝܡ ܠܢ ܒܒܗܬܬܐ
ܘܒܟܘܕܪܐ . ܠܐ ܒܚܫܘܟܐ ܘܒܥܪܦܠܐ . ܠܐ
ܒܓܗܢܐ ܘܫܘܢܩܐ . ܠܐ ܒܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩ ܫܢܐ .
ܠܐ ܒܟܐܒܐ ܘܒܥܩܬܐ . ܠܐ ܒܐܒܠܐ ܘܒܬܢܚܬܐ .
ܠܐ ܒܓܥܪܬܐ ܘܒܡܘܥܕܬܐ . ܠܐ ܢܚܕܘܢ ܥܠ
ܒܥܠܕܒܒܝܢ . ܘܠܐ ܢܓܚܟܘܢ ܡܢ ܣܢܐܝܢ .
ܚܢܢ ܡܪܝܐ ܚܫܝܟ ܠܐ ܒܗܬܢ ܘܫܡܟ ܩܕܝܫܐ
ܠܐ ܟܦܪܢ . ܐܘܕܐ ܒܢ ܗܟܝܠ ܘܢܗܪ ܣܒܪܟ
ܘܢܘܗܪܐ ܕܦܪܨܘܦܟ ܥܠ ܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ
ܘܬܪܝܨܬ ܫܘܒܚܐ . ܗܝ ܕܡܟܪܬ ܠܟ ܡܢ
ܥܡܡܐ ܕܩܥܝܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܡܝܠܠܐ ܠܘܬܟ
ܘܠܘܬ ܐܒܘܟ ܘܐܡܪܐ ܪܚܡ ܥܠܝܢ ܐܠܗܐ .

ܥܡܐ . ܪܚܡ ܥܠܝܢ ✠

ܟܗܢܐ . ܐܦ ܚܢܢ ✠

ܥܡܐ . ܠܟ ܡܫܒܚܝܢ ✠

ܡܫܡܫܢܐ . ܐܬܕܟܪܘܗܝ ✠

ܟܗܢܐ

ܟܗܢܐ ܟܦܝܦܐܝܬ ܩܪܝܬܐ ܕܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܀

ܐܘ ܡܪܝܐ ܚܘܣ ܥܠܝܢ . ܕܐܢܚܢܢ
ܓܒܝܠܬܐ ܘܨܠܡܐ ܕܪܒܘܬܟ ، ܘܬܐܬܐ
ܪܘܚܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܐ . ܗܘ ܕܫܘܐ ܠܟ
ܘܠܝܚܝܕܝܐ ܒܪܟ ܒܟܝܢܐ ܘܒܐܘܣܝܐ
ܘܒܐܝܩܪܐ ܘܒܫܘܚ ، ܘܢܓܢ ܘܢܚܘܬ ܥܠ
ܩܘܪܒܢܐ ܗܠܝܢ . ܘܢܩܘܐ ܘܢܫܪܐ
ܒܠܒܘܬܢ ، ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܪܚܡ
ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܡܪܝܐ ܚܘܣ ܥܠܝ ܘܚܢܢܝ ܘܐܚܝܢܝ
ܘܐܫܦܥ ܥܠܝ ܡܘܗܒܬܟ ܘܕܟܝܢܝ ، ܘܠܐ
ܬܬܟܪܐ ܛܝܒܘܬܟ ܡܢ ܣܢ̈ܝܢ .
ܡܛܠ ܛܢܦܘܬܐ ܘܫܝܛܘܬܐ ܕܣܘܪ̈ܚܢܝ .
ܕܣܟܠܬ ܡܪܝܐ ܡܘܕܐ ܐܢܐ ، ܘܒܣܟܠܘܬܝ
ܡܫܬܘܕܐ ܐܢܐ . ܐܠܐ ܪ̈ܚܡܝܟ ܡܪܝܐ ܣܓܝܐܝܢ :
ܘܛܝܒܘܬܟ ܠܐ ܡܬܡܫܚܢܐ . ܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ
ܬܐܬܐ ܥܠܝ ، ܘܬܕܟܐ ܛܢܦܘܬܐ ܕܢܦܫܝ :
ܘܫܒܘܩ ܟܠܗܘܢ ܚܘ̈ܒܝ . ܘܬܩܕܫ
ܟܠܗܘܢ ܡܚܫܒ̈ܬܝ . ܘܬܥܝܪ
ܪ̈ܓܫܝ

Sacerdos inclinatus dicit Invocationem Spiritus Sancti.

Heus Domine miſerere nobis, qui plaſma, & imago Majeſtatis tuę ſumus, & adveniat ſpiritus tuus Sanctus tibi filioque tuo Unigenito ęqualis in gloria & natura, eſſentia, honore, & illabatur, deſcendatque ſuper has Oblationes, & maneat ac habitet in cordibus noſtris. Rogo te Domine qui hominum miſereris, Domine miſerere mei, propitius eſto mihi, vivifica me, & effunde ſuper me donum tuum, & munda me, nec tædeat gratiam tuam mei propter immunditiem, & turpitudinem criminum meorum. Mè tibi peccaſſe fateor Domine, & delicta mea cognoſco: Sed miſericordia tua Domine multa eſt, & gratia tua immenſa. Spiritus tuus Sanctus adveniat mihi, & purificet ſordes animæ meæ, dimittat omnia debita mea, Sanctificet omnes cogitationes meas, & Suſci-

cipiat victimas, & oblationes meas.

Extollit Vocem ſuam.

Exaudi me Domine, Exaudi me Domine.

Populus. Kyrieeleiſon.

Sacerdos.

Qui benedicens, & Sanctificans ✠ Corpus ✠ ✠ Chriſti perficiat panem hunc.

Populus. Amen.

Sacerdos.

Et ✠ Sanguinem ✠ ✠ ejuſdem Chriſti perficiat miſtum, quod in hoc Calice eſt.

Populus. Amen.

Sacerdos.

Nos autem puros Sanctoſque efficiat per hanc Divinam Communionem in Æterno regno tuo, in beata illa familiaritate, in manſionibus gloriæ tuæ, in ſplendoris contemplatione, in gaudio perficientium voluntatem tuam in voluptate, quæ a dexteris tuis eſt, ut ab omnibus per omnia, & propter omnia Gloriam, & Decus extollamus tibi, atque Unige-

ܕܒܚ̈ܝ ܘܩܘܪ̈ܒܢܝ ܀

ܘܡܪܝܡ ܩܠܗ ܀

ܥܢܝܢܝ ܡܪܝܐ ܥܢܝܢܝ ܡܪܝܐ ܀

ܥܡܐ . ܩܘܪܝܠܐܝܣܘܢ .

ܟܗܢܐ .

ܗܘ ܕܒܗ ܡܒܪܟ ܘܡܩܕܫ ✠ ܦܓܪܐ ✠ ✠

ܕܡܫܝܚܐ ܢܫܡܠܐ ܠܚܡܐ ܗܢܐ ܀

ܥܡܐ ܐܡܝܢ .

ܟܗܢܐ .

✠ ܘܕܡܐ ✠ ✠ ܕܝܠܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܫܡܠܝܘܗܝ

ܠܡܙܓܐ ܕܒܟܣܐ ܗܢܐ .

ܥܡܐ ܐܡܝܢ .

ܟܗܢܐ .

ܠܢ ܕܝܢ ܢܥܒܕ ܕܟܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܒܫܘܬܦܘܬܐ

ܗܕܐ ܐܠܗܝܬܐ . ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡ ܒܛܘܒܢܝܘܬܐ

ܒܡܘܬܒܐ ܕܫܘܒܚܐ ܒܚܙܬܐ ܕܢܘܗܪܐ . ܒܚܕܘܬܐ

ܕܡܫܡܠܝܢ ܨܒܝܢܟ . ܒܒܣܝܡܘܬܐ ܕܡܢ ܝܡܝܢܟ

ܕܢܫܒܚ ܡܢ ܟܠ ܒܟܠ ܡܛܠ ܟܠ . ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܠܟ

ܘܠܒܪܟ

ܘܥܡ ܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܛܒܐ ܘܣܓܝܕܐ ܘܡܚܝܢܐ
ܫܘܐ ܥܡܟ ܘܒܐܘܣܝܐ ܚܕܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ
ܥܠܡܝܢ :

[illegible]

genito Filio tuo & Spiritui tuo Sancto.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Suſcipe Domine hoc noſtrum Sacrificium, quod mente, Verbo, & intellectu tibi offertur, potiſſimum vero prò pace, & concordia Sanctæ tuæ Eccleſiæ pro ſtabilitate Juſtorum, ac orthodoxorum Paſtorum ejus Papa N. & Patriarcha N. prò decore & exaltatione Sacerdotum ejus, Prò puritate, & Caſtitate Diaconorum ejus, prò venia, & remiſſione filiorum ejus, prò unitate, & concordia turbarum ejus, prò infirmorum, & tribulatorum viſitatione, prò omnium eorum, qui in periculis conſtituti ſunt, Auxilio.

Exclamatio.

Per enim conſurgunt, & cõſervantur omnia, per te omnes bonę petitiones exaudiuntur, omnes abundantes benedictiones conceduntur omnis jucunda annuntiatio; om-

omne ſuave gaudium, omnis virtus, ac fortitudo, omnis perfecta providentia, omnis Creaturæ tuæ ſtabilitas, & tibi convenit gloria honor, Poteſtas, & gratiarum actio, cum unigenito Filio tuo, ac ſpiritui tuo.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Eja Domine miſericors, & miſerator, qui cum pauca rogaris, multa diligentibus te largiris, Exaudi me pauperem, qui tè nunc invoco prò omnibus iis qui in arduis Tentationibus conſtituti ad te confugiunt, cito ſalus tua illos apprehendat, & retribue bona iis, qui oblationum Eccleſiæ tuæ, & egeſtatis Pauperum participes ſunt: & memento eorum, qui nos ſui memores eſſe juſſerunt.

Exclamatio.

Exaudi orationes Populi tui Domine, ſuſcipe preces gregis tui, propitius eſto, & miſerere peccatorum,

ܣܟ̈ܠܐ ܘܙ̈ܕܘܢܐ܆ ܟܠܗ ܡܛ̈ܥܝܐ ܘܡܘܒ̈ܕܐ܆ ܟܠܗ
ܐܠ̈ܝܨܐ ܘܡܬ̈ܟܪܝܐ܆ ܟܠܗ ܐܢ̈ܝܩܐ܆ ܛܠܘ̈ܡܐ܂
ܟܠܗ ܥܢ̈ܝܐ܆ ܘܡܣܟ̈ܢܐ܆ ܟܠܗ ܝܬ̈ܡܐ
ܘܐܪ̈ܡܠܬܐ ܘܟܠܗ ܐܝܠܝܢ ܕܕܚܝܩܝܢ ܒܛܘܠܡܐ
ܕܒܥܠܐ܂ ܘܟܠܗ ܐܝܠܝܢ ܕܪ̈ܕܝܢ ܒܝܡܐ ܘܒܝܒܫܐ܂
ܘܟܠܗ ܒܟܠܗܘܢ ܕܝܕܥܝܢ܆ ܘܡܗܝܡܢܝܢ܆
ܘܡܘܕܝܢ ܕܐܢܬ ܐܝܬܝܟ ܐܠܗܐ ܛܒܐ ܘܡܥܕܪܢܐ
ܕܟܠ ܘܠܟ ܫܘܒܚܐ ܡܣܩܝܢܢ ❖

ܥܡܐ܂ ܐܡܝܢ܂

ܓܘܢܚܐ܂

ܗܒ ܡܪܝܐ ܠܥܡܟ ܘܠܟܠܗ ܥܠܡܐ ܟܠܗ
ܙܒ̈ܢܐ ܕܪ̈ܘܝܐ܆ ܘܥܘܬܪܐ ܕܒܣܝܡܘܬܟ܆
ܘܒܪܟ ܟܠܝܠܐ ܕܫ̈ܢܝܐ ܒܡܛ̈ܪܐ܆ ܘܒܛܠ̈ܐ܆
ܘܒܫܘܚܠܦܐ ܕܟܠ ܛ̈ܒܢ܆ ܘܕܟܠܗ ܨ̈ܒܘܬܐ܆
ܘܐܕ̈ܫܐ ܘܫܘܚ̈ܠܦܐ ܡܘܬܪܢܐ܂ ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܗܘ
ܐܝܬܝܟ ܗܘ ܕܒܟܠܙܒܢ ܡܥܕܪ ܐܢܬ ܠܓܒܝܠܬܐ
ܕܝܠܟ ❖

ܐܠܠܗܘ܂

ܦܨܐ ܕܝܢ ܘܦܪܘܩ ܐܘܪܚܢ ܕܟܠ
ܦܨܢ

rum, ac delinquentium, errantium, & perditorum, tribulatorum, & afflictorum, oppreſſorum, & tyrannidi ſuccumbentium, peregrinorum, & expulſorum, mendicorum & pauperum, Orphanorum, & Viduarum, injuſtam vim patientium, terra, marique agentium, omniumque eorum, qui noverunt, credunt, & confitentur te optimum univerſorumque adjutorem Deum eſſe, & tibi gloriam attollimus.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Tribue Domine Populo tuo, & univerſo mundo tempora ubertatis, & abundantiæ ſuavitatis tuæ, & benedic circulo annorum in imbribus, in rore, & in diverſis bonorum omnium ac rerum proficuarum generibus, modis, & converſionibus: quia tu es, qui figmentum tuum ſemper adjuvas.

Exclamat.

Libera, autem & ſalva

nos

nos qui omnium Curam habes, àb omni adverſitate, & flagello, ab omni perſecutione, & peſte, ab omni bello, & fame, ab omni prælio, & captivitate, ab omni irruptione, & ſanguinis effuſione, quæ ab extraneis religioni tuæ populis parantur, & ne arguas nos in furore, neque corripias nos in ira propter multitudinem peccatorum noſtrorum, ſed ſecundum miſericordiam, & manſuetudinem tuam ſatia nos, & veluti filios diligens Pater poſſide nos, qnoniam non alium habemus Deum pręter te, a quo ſalutem poſcamus, ad te enim ſolum erecti ſunt oculi, & corda noſtra & tibi gloriam attollimus, ac Unigenito Filio tuo.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Benedictus es Sancte, & Sanctorum Amator Domine cui ſemper gratum eſt, ut memoriæ Sanctorum tuorum participes ſimus, præſertim vero omnium

nium Sanctorum honorabiliſſimæ Virginis Immaculatæ, & Sanctæ Dei Genitricis Mariȩ, & præconis legati, ac Miſteria tua implentis Joannis, & Primogeniti Principis, ac Capitis Martyrum Stephani una cum omnibus qui tibi grati fuerunt.

Exclamatio.

Memento Domine, & eorum; qui a nobis nominati ſunt, & Omnium Patrum, & Patriarcharum, juſtorum, & Sanctorum, Prophetarum, & Apoſtolorum, Præconum, & Evangaliſtarum, Martyrum & Conſeſſorum, Doctorum & Thaumaturgorum, Virginum, & Sanctorum, Caſtorum, & Jejunantium, Anachoretarum, & Monachorum, verorum Fidelium, & omnium bona facientium, quorum perfectis precibus, ac acceptabilibus orationibus reſpice in nos oculo miſericordiæ, & hilari vultu, ac tranquillo; & junge nos agminibus, ordinibus, & ſtatio-

tionibus dilectorum tuorũ, ut inter illos & cum eis tibi laudes canamus, Filioque tuo Unigenito, ac ſpiritui tuo.

Inclinatio.

Dignos effice voluptate Regni tui Domine electos Patres, exactoſque Doctores, & Sanctos Pontifices, Ignatium, Dionyſium, Julium, Athanaſium, Baſilium, Gregorium, Cyrillum, & omnes reliquos Sanctos pro eo, quod acriter decertantes perſecutionem pro indiviſibili fide tua & confeſſione indubitata paſſi ſunt.

Exclamat.

Memento Domine eorum, qui ſplendide & ſancte, Sanctam Eccleſiam tuam Sanguine Unigeniti Filii tui redemptam ſtabilierunt & confirmarunt, qui glorioſis Diviniſque tuæ Theologiæ radiis populos, qui in caligine ſedebant ad lumen Evangelii Chriſti tui traxerunt, revocaruntque, qui ſana ani-

[illegible]

ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܡܒܘ̈ܥܐ ܕܟܝ̈ܐ [illegible]

[illegible]

ܘܠܪܘܚܟ ✱

ܥܡܐ ، ܐܡܝܢ .

ܓܗܢܬܐ .

ܥܒܶܕ ܡܪܝܐ ܒܗܢܐ ܕܒܚܐ ܗܢܐ ܢܝܚܐ ܘܫܘܒܩܢܐ [illegible]

anima, & pura mente pericula prò veritate tua, ſubjerunt: Qui ex puris Orthodoxæ fidei fluentis aquas trahentes, ſpiritualem, ac rationalem vineam irrigarunt, qui inſpiratis conſtitutionibus, & Doctrinis a ſpiritu Sancto ineptiam impiarum hæreſum de Sancta Eccleſia tua profligarunt, qui in laboribus, ac ſudoribus certamen ſuum conſumarunt, & Voluntatem tuam implevere. Ut nos quoque digni reddamur, qui veram eorum Doctrinam retinentes confidenter, & abſque confuſione cum eis coram te adſtemus, & novam tibi gloriam, indeficientemque gratiarum actionem extollamus, atque Unigenito Filio tuo, & Spiritui tuo.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Fac Domine per hoc Sacrificium requiem, veniam, indulgentiam, ac bonam memoriam ſuper ra-

rationale, & intellectuale Altare tuum omnibus patribus, ac fratribus noſtris corporalibus, & ſpiritualibus, & ſimul omnibus iis, qui ex hoc, & ex quocumque loco cum orthodoxa fide & Chriſtianis operibus dudum transſierunt.

Exclamat.

Rogamus te Domine Princeps vivorum, & Domine mortuorum, pro omnibus iis, qui ex hac vita cum recta fide juſſu tuo tranſeuntes, ad te migrarunt, ut eorum in miſerationibus, quæ in te naturaliter ſunt, tibique eſſentialiter inſunt, reminiſcaris, & ne deſpicias noſtras, quas pro illis, fundimus preces, quoniam tua imago ſunt, ſed ſublevatos eos colloca in excelſo immortalis Vitæ loco, in illis cæleſtibus habitaculis, Ubi unigenitus ac Sanctus filius tuus a rationalibus ſuperniſque exercitibus circumquaque celebratur, per

ܦܓܪ̈ܢܝܐ ܘܪܘܚܢ̈ܝܐ : ܘܐܟܚܕܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܕܘܟܬܐ ܗܕܐ ܘܡܢ ܟܠ ܕܘܟ :
ܥܡ ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܘܥܒ̈ܕܐ ܡܫܝܚܝ̈ܐ
ܒܫܘܢܝܐ ܩܕܡܝܐ ܫܢܝܘ :

ܬܠܐ ܩܠܗ :

ܒܥܝܢ ܡܢܟ ܡܪܝܐ ܪܫܐ ܕܚ̈ܝܐ ܘܡܪܐ
ܕܡܝ̈ܬܐ : ܚܠܦ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܒܦܘܩܕܢܟ
ܐܫܬܢܝܘ ܡܢ ܚ̈ܝܐ ܗܠܝܢ ܕܥܡ ܬܪܝܨܘܬ ܗܝ-
ܡܢܘܬܐ : ܘܠܘܬܟ ܥܢܕܘ . ܕܬܬܕܟܪ ܐܢܘܢ
ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܗܢܘܢ ܕܡܫܬܟܚܝܢ ܒܟ ܟܝܢܐܝܬ
ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܠܟ ܐܘܣܝܐܝܬ . ܘܠܐ ܬܒܣܪ
ܒܒܥܘܬܢ ܕܚܠܦܝܗܘܢ : ܡܛܠ ܕܨܠܡܟ
ܐܢܘܢ . ܐܠܐ ܐܪܝܡ ܐܢܘܢ ܘܐܘܬܒ
ܒܐܬܪܐ ܪܡܐ ܕܚ̈ܝܐ ܠܐ ܡܝܘܬܐ
ܒܡܫܟܢ̈ܐ ܗܢܘܢ ܫܡܝ̈ܢܐ . ܐܝܟܐ ܕܝܚܝܕܝܐ
ܒܪܟ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܚ̈ܝܠܘܬܐ ܡܠܝܠܬܐ
ܘܪ̈ܘܡܢܝܬܐ ܡܫܬܒܚ ܒܟܠ ܕܘܟ
ܒܝܕ ...

[illegible]

per quem maxime ſperamus miſericordiam conſequi, & remiſſionem peccatorum, quæ propter Eum eſt, & nobis, & illis.

Populus. Dona requiem.

Sacerdos.

Cognitor abſconditorum, & Judex Cogitationum, aufer, & dele omnia peccata noſtra nota, & ignota, voluntaria, & involuntaria, occulta, & publica, hujus præteriti, & futuri temporis, cumque juſſu tuo ſecundum communem, & omnibus hominibus ſtatutam viam ad finem perducemur, fac ut abſque reatu coram te adſtemus, & adjuva nos Deus Salvator noſter, & oſtende nobis viam Vitæ, & ſemitas lucis, quæ recta ad Portum voluptatis tuæ ferunt, ut in nobis, & pro nobis, & propter nos & ab omnibus exaltetur nomen tuum, cum nomine Unigeniti Filii tui

ac ſancti tui ſpiritus .

Populus . Sicut .

Sacerdos . Pax .

Populus . Et cum .

Diaconus . Concionem.

Sacerdos . Credidimus, & obtulimus .

Oratio ad Pater Noſter .

Adoramus te Deus Pater omnipotens factor , & conſtitutor viſibilium , & inviſibilium , abſcondite , & imperſcrutabilis, ineffabilis , & incomprehenſibilis, Origo boni , & fons Vitæ , abſque principio , Rex Regum , & Domine Angelorum , qui in ſublimi Altitudine tua ſuper omnes naturas , ordines , & Virtutes , ſuper inclytum Majeſtatis tuæ Thronum in excelſis Celebraris , qui videns genus noſtrum in periculis conſtitutum , & nos Doctrina vitæ deſtitutos , non neglexiſti opem , & curam erga nos tuam . Miſiſti enim Prophetas , & primum Juſtos , ut multifariam multiſque modis pro noſtra

ܕܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܘܕܪܘܚ ܩܘܕܫܟ ܀

ܥܡܐ : ܐܝܟܢܐ ܀

ܟܗܢܐ : ܫܠܡܐ ܀

ܥܡܐ : ܥܡܟ ܀

ܡܫܡܫܢܐ : ܟܪܘܙܘܬܐ ܀

ܟܗܢܐ : ܗܝܡܢܢ ܘܩܪܒܢ ܀

ܨܠܘܬܐ ܕܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ܀

ܣܓܕܝܢܢ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܀

ܥܒܘܕܐ ܘܡܬܩܢܢܐ ܕܡܬܚܙܝܢܝܬܐ ܘܠܐ

ܡܬܚܙܝܢܝܬܐ : ܟܣܝܐ ܘܠܐ ܡܬܒܨܝܢܐ .

ܠܐ ܡܬܡܠܠܢܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ : ܪܝܫܐ

ܕܛܒܬܐ ܘܡܒܘܥܐ ܕܚܝܐ ܕܠܐ ܫܘܪܝܐ . ܡܠܟܐ

ܕܡܠܟܐ ܘܡܪܐ ܕܡܠܐܟܐ . ܗܘ ܕܒܡܪܘܡܐ ܕܪܘܡܟ

ܥܠ ܟܠ ܟܝܢܝܢ ܘܛܟܣܝܢ ܘܚܝܠܘܬܐ

ܕܡܫܒܚܐ ܘܡܪܡܐ ܕܡܠܠܐ . ܗܘ ܕܒܫܡܝܡܘܬܟ

ܡܫܬܒܚܐ : ܒܡܪܘܡܐ ܗܘ ܕܚܙܐ ܘܚܙܐ

ܘܓܢܣܢ ܡܫܪܝܚ ܐܝܟ ܒܠܘ ܝܘܠܦܢܐ

ܕܚܝܐ ܘܦܘܪܣ ܒܡܦܘܪܣܢܐ : ܗܘ ܕܒܗ ܚܝܝܢ

ܕܒܡܫܝܚܘܬܐ ܐܫܬܘܕܝܬ ܗܘܐ ܦܘܪܣܐ :

ܘܫܕܪܬ ܢܒܝܐ ܘܟܐܢܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܬܦܠܓܘ : ܐܠ

ܐܝܟ ܡܢ ܡܢܘܬܐ ܘܡܢ ܦܢܝܬܐ ܕܦܘܪܣܐ

ܕܦܘܪܩܢ .

ſtra converſione predicarent, in noviſſimis autem diebus ac temporibus per dilectum Filium tuum nos allocutus es, Unigenitum illum, qui ex te eſt, ſplendor, & radius eſſentiæ tuæ, Veritas, Vita, & Salus, qui Carnis expers, incarnatus eſt, & incorporeus, qui corpus aſſumſit, qui cum nobiſcum ſuper terram eſſet, paternam Orationem nos docuit, & immaculatum ſacrificium, acceptabilis, oblatio, & odor ſuavitatis pro nobis factus eſt, & Sancta iſthęc, ac vivifica Sacramenta nobis tradidit: Tu ergo Deus perfice nos in Sapientiſſima ipſius diſciplina, ut pura anima, purgata mente, atque hilari lingua clamemus ad te, & oremus dicentes: Pater Noſter, qui es in Cælis.

Populus. Sanctificetur.

Sacerdos.

Tua eſt enim Domine poteſtas, Virtus, robur Re-

Regnum, & gloria, & tu potes liberare nos a malo & ab operibus ejus a tribulationibus, tentationibus, & flagellis iræ, & debita, ac peccata noſtra ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ dimittere, ut dum ſanctificatur in nobis nomen tuum, & perficitur in nobis Voluntas tua; ſancte laudemus te, atque Unigenitum filium tuum.

[illegible]

Populus. Amen.

ܥܡܐ . ܐܡܝܢ .

Diaconus. Inclinate.

ܡܫܡܫܢܐ . ܐܪܟܢܘ .

Sacerdos.

ܟܗܢܐ .

Benedic Brachio tuo magno, & forti tua virtute Deus noſter benedicte Populum, & hæreditatem tuam, & concede nobis bona, ac benedictionem, quæ a te ſunt, ut Sacramentis tuis abſque labe, & ſine peccato admiſceamur, iiſque perceptis, ſuavitate odoris, & ardore fidei in te repleamur, & extollamus tibi gloriam.

[illegible]

Po-

ܥܡܐ ܐܡܝܢ ܀

ܟܗܢܐ ܫܠܡܐ ܀

ܥܡܐ ܘܥܡܟ ܀

ܟܗܢܐ ܃ ܢܗܘܐ ܛܝܒܘܬܐ ܀

ܡܫܡܫܢܐ ܟܠܢ ܀

ܟܗܢܐ ܃ ܩܕܝܫܐ ܩܕܝܫܐ ܀

ܥܡܐ ܃ ܚܕ ܐܒܐ ܀

ܨܠܘܬܐ ܕܒܬܪ ܡܫܘܬܦܘܬܐ

ܗܫܐ ܕܝܢ ܕܐܬܒܣܡܢ ܡܢ ܡܠܝܘܬܐ [illegible]

Populus. Amen.
Sacerdos. Pax.
Populus. Et cum.
Sacerdos. Sit gratia.
Diaconus. Unuſquiſque.
Sacerdos. Sanctus Sanctus.
Populus. Unus Pater.

Oratio poſt receptionem.

Nunc igitur cum plenitudine Divinorum Myſteriorum tuorum oblectati ſumus, & poculum vitæ de beatiſſimo clementæ tuæ fonte Domine hauſimus, quid retribuemus bonitati tuæ pro hujuſmodi liberalitate? Verum interno mentis motu majeſtatem tuam contemplantes, externis gloriæ vocibus exclamamus dicentes. O altitudinem divitiarum, & ſapientiæ tuæ! O latitudinem bonitatis tuæ! O impenetrabilem abyſſum miſerationum tuarum, qui nos cum vitiis, ac peccatis inquinati eſſemus, ad hujuſmodi delicias adduxiſti

xiſti, per quas, & propter quas deprecamur, ut a reatu Judicii, & condemnatione ac perditione peccati liberemur, ut in magna illa reſurrectionis omnium aurora ſpiritualis, ac intellectualis tua voluptas nobis cum ſanctis tuis concredatur, & cum perfectis interruptam gloriam perfecte extollamus tibi Pater æterne, atque Unigenito Beatiſſimoque Filio tuo & ſpiritui tuo.

Sacerdos. Pax vobis omnibus.

Sacerdos.

Domine Deus noſter Refugium Peccatorum, medicus infirmorum, Reſtaurator vulneratorum, Adjutor animarum, Suſceptor orationum, exauditor petitionum, miſerere peccatoribus famulis tuis, ſana vulnera Populi tui, ſuſcipe orationes ovium tuarum, Exaudi Preces gregis tui; Honorabile ſanctumque ſacrificium hoc, quod in ſancto templo

[illegible]

ܟܗܢܐ . ܫܠܡܐ ܠܟܠܟܘܢ .

ܟܗܢܐ .

[illegible]

ܗܝܟܠܐ ܕܩܪܒܢ ܠܡܕܒܚܐ ܕܡܪܘܬܟ ܢܗܘܐ .
ܘܠܢܦܫܬܐ ܘܦܓܪܐ ܕܝܠܢ ܢܥܕܪ ܠܩܘܕܫܐ
ܕܝܠܢ : ܘܕܡܐ ܗܢܐ ܚܘܣܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܕܣܦ̈ܘܬܐ
ܕܝܠܢ ܒܗ ܐܬܡܫܚܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܡܐ
ܕܐܡܪܐ ܗܘ ܕܟܠܐ ܗܘܐ ܠܡܚܒܠܢܐ ܡܢ ܥܡܐ
ܗܘ ܐܝܣܪܝܠ : ܗܘ ܢܟܠܐ ܘܢܥܒܪ ܡܢܢ
ܟܠܗ ܚܒܠܐ ܡܚܒܠܢܘܬܐ ܘܒܥܠܕܒܒܐ : ܘܠܟܠܗ
ܓܢܣܐ ܕܚܛܗܐ : ܫܝܢܟ ܢܕܒܪܢ : ܘܫܠܡܟ
ܢܗܘܐ ܥܡܢ . ܘܝܡܝܢܟ ܬܫܬܕܪ ܥܠܝܢ . ܗܫܐ :

ܥܡܐ . ܐܡܝܢ ܀

ܟܗܢܐ . ܒܪܟ ܥܠܝܢ ܀

ܡܫܡܫܢܐ . ܐܒܪܟ ܠܡܪܝܐ ܀

plo Altari tuo obtulimus gratum ſit dominationi tuæ, & animabus corporibuſque noſtris proſit ad ſanctitatem & remiſſionem, & propitiatorius iſte ſacerque ſanguis, quo labia noſtra peruncta ſunt multo magis, quam ille agni ſanguis corruptorem a Populo Iſrael avertebat, avertat, auferatque a nobis omnem corruptionem, & adverſarium, & omne genus peccati, Concordia tua regat nos, pax tua ſit nobiſcum, & dextera tua emittatur ſuper nos, nunc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Benedic nobis omnibus.
Diaconus. Benedicam Dominum.

SUPPLEMENTUM

In quo integra ea deſcribuntur, quorum initia in Syriacis Anaphoris indicata ſunt.

Diaconus mediam.

Stemus recte, & oremus. Confiteamur & Adoremus, ac glorificemus Agnum Dei vivum, qui offertur ſuper Altare. Divinitas ſeſe demiſit ad peccatores filios Adæ, eoſq. ab errore, & a ſervitute peccati redemit. Spiritu Sancto ſuccenſi Prophetæ de primogenito ſunt locuti: & Unuſquiſque illorum deſcripſit Eccleſiæ myſteria adventus ejus. Aperte ſcripſit Moyſes, quod ipſe Creaturas condidit, & ipſe conſtituit ad miniſterium ſuum ordines ignis, & ſpiritus. Obſignavit Dominus noſter Cruce ſua Eccleſiam, quam deſponſavit in perſona ſua; eamque elevavit, atque illam in cœlo con-

ܡܫܡܫܢܐ ܡܨܥܝܐ ܀

ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܘܢܨܠܐ܃ ܢܘܕܐ ܘܢܣܓܘܕ ܘ
ܢܫܒܚ܃ ܠܐܡܪܐ ܚܝܐ ܕܐܠܗܐ܃ ܕܡܬܩܪܒ
ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܀ ܐܠܗܘܬܐ ܐܬܪܟܢܬ܃ ܠܘܬ
ܚܛܝܐ ܒܢܝ ܐܕܡ܃ ܘܦܪܩܬ ܐܢܘܢ ܡܢ
ܛܥܝܘܬܐ܃ ܘܡܢ ܫܥܒܕܘܬܐ ܕܚܛܝܬܐ ܀
ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܬܒܥܪܘ܃ ܢܒܝܐ ܘܡܠܠܘ
ܥܠ ܒܘܟܪܐ܃ ܘܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܟܬܒ ܗܘ܃
ܠܥܕܬܐ ܐܪ̈ܙܐ ܕܡܐܬܝܬܗ ܀ ܓܠܝܐܝܬ ܟܬܒ
ܡܘܫܐ܃ ܕܗܘܝܘ ܕܒܪܐ ܒܪ̈ܝܬܐ܃ ܘܗܘܝܘ ܐܩܝܡ
ܥܠ ܬܫܡܫܬܗ ܛܓܡܐ ܕܢܘܪܐ ܘܕܪܘܚܐ ܀
ܚܬܡܗ ܡܪܢ ܒܨܠܝܒܗ܃ ܠܥܕܬܐ ܕܡܟܪ
ܒܩܢܘܡܗ܃ ܘܐܪܝܡܗ ܘܐܘܬܒܗ ܒܫܡܝܐ ܥܡ
ܥܝܪ̈ܐ ܕܫܡܝܐ ܀ ܦܬܓܡܝܢ ܕܝܠܗ
ܡܫܡܫܢܐ ܀

[illegible]

conſtituit ad dexteram ejus, qui miſit illum. Beata es Eccleſia Fidelis ob donum, quod tibi Dominus tuus dedit, corpus, & ſanguinem ejus Sanctum, & Crucem ipſius, quæ te Cuſtodit.

Virginis puræ Mariæ memoriam agamus apud nos in oblatione noſtra: Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Piorum, & Juſtorum. Sacra ſuppellex tradatur Patri noſtro qui oſculetur eam; & Pater noſter in ſua hierurgia recordetur omnium chriſti Fidelium.

ܘܐܡܪܝܢ

Et dicunt.

[illegible]

Gloriam perpetuam cum adoratione accepta unanimi concordia mereamur attollere ex intimo Sanctuario, Patri, Filio & Spiritui Sancto Vivo, ut ipſe Deus Verus gratiam ſuam, benedictionem, miſericordiam, & clementiam nobis demittat, & perficiat a modo, & uſque in ſeculum. Et Pax in Sanctuario dicatur,

Teque, Domine Deus Pater omnitenens, Oremus.

Diaconus. Unuſquiſque det pacem proximo ſuo in charitate & fide, quæ Deo acceptæ ſint.

Sacerdos dat pacem Altari, ac myſteriis (ſcilicet illa oſculatur) *& dicit*.

Pax tecum Altare Dei, & Pax myſteriis ſanctis, quæ ſuper te poſita ſunt.

Et dat pacem Diacono dicens.

Salve Diacone ſpiritus Sancti.

Diaconus dicit.

Salve Pater noſter Sacerdos munde.

Et dant pacem in Eccleſia.

Diaconus.

Stemus recte orantes. ſtemus cum timore, ac tremore ſtemus caſtè, quia ecce oblatio offertur & majeſtas exoritur; Portæ Cæli aperiuntur, & ſpiritus ſanctus deſcendit, & ſuper hęc ſancta myſteria accubat; in loco terribili

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

ܟܗܢܐ ✠

[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

ܘܐܡܪ

bili, ac tremendo ſtamus, Cherubim, & ſeraphim conjugati, & fratres, ac ſocii vigilum, angelorumque effecti, igneum, ac ſpirituale miniſterium cum ipſis peragimus, Nemo (*anathematis vinculo*) colligatus audeat ad hæc Myſteria accedere; Velum enim elevatur, gratia deſcendit, & miſericordia infunditur ſuper unumquemque, qui puro corde & munda conſcientia orat.

Sacerdos.

Tu es petra ſylicis ex qua duodecim Tribubus Iſrael duodecim aquæ flumina profluxerunt.

Anaphoram (velum) *tremulo circumfert motu,*
Et dicit.

Charitas ✠ Dei Patris.

Et gratia ✠ Unigeniti Filii.

Participatio, & illapſus ✠ ſpiritus ſancti ſit vobiſcum Fratres in ſæcula.

Et

Et dum Cruce ſignat myſteria, ter dicit.

Gloria ✠✠✠ Patri, & filio, & ſpiritui ſancto myſterio adorando, & laudabili, in quo non eſt diviſio, nunc.

Sacerdos ſurſum intellectus, mentes, & corda noſtra.

Populus ad te Domine.

Sacerdos. Gratias agamus Domino in timore, & adoremus eum cum tremore.

Populus. Dignum, & Juſtum eſt.

Diaconus. Ad te Deus Abraham Jſaac, & Jacob Iſrael Rex glorioſe & ſancte in ſeculum.

Populus. Gloria Patri, & Filio, & ſpiritui ſancto a modo & uſque in ſæcula amen.

Diaconus:

Ante myſteria glorioſa & Divina Salvatoris noſtri per aromata, quæ ponuntur, miſerationes tuas, Domine, deprecamur.

Populus. Sanctus, Sanctus,

ܚܝܠܬܢܐ ܨܒܐܘܬ ܕܡܠܝܢ ܐܢܘܢ ܫܡܝܐ
ܘܐܪܥܐ ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܕܪܒܘܬܟ
ܡܪܝܐ ܐܘܫܥܢܐ ܒܡܪ̈ܘܡܐ . ܒܪܝܟ ܕܐܬܐ
ܘܐܬܐ ܕܐܬܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܐܘܫܥܢܐ
ܒܡܪ̈ܘܡܐ ✻

ܥܡܐ : ܠܡܘܬܟ ܡܪܢ ܡܥܗܕܝܢܢ .
ܘܠܩܝܡܬܟ ܡܘܕܝܢܢ ܘܠܡܐܬܝܬܟ ܕܬܪ̈ܬܝܢ
ܡܣܟܝܢܢ : ܘܪ̈ܚܡܐ ܘܚܢܢܐ ܡܢܟ ܒܥܝܢܢ
ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛ̈ܗܐ ܫܐܠܝܢܢ . ܪ̈ܚܡܝܟ
ܢܗܘܘܢ ܥܠܝܢ ܟܠܢ ✻

ܥܡܐ : ܪܚܡ ܥܠܝܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ
ܪܚܡ ܥܠܝܢ ✻

ܟܗܢܐ ✻

ܐܦ ܚܢܢ ܡܣ̈ܟܢܐ ܘܚܛ̈ܝܐ ܥܒ̈ܕܝܟ ܡܪܝܐ .
ܠܟ ܡܘܕܝܢܢ : ܠܛܝܒܘܬܟ ܡܫܒܚܝܢܢ ܒ
ܥܠ ܟܠܗܘܢ : ܘܡܛܠ ܟܠܗܘܢ ✻

ܥܡܐ : ܠܟ ܡܫܒܚܝܢܢ . ܠܟ ܡܒܪܟܝܢܢ .
ܠܟ ܣܓܕܝܢܢ . ܒܟ ܡܗܝܡܢܝܢܢ . ܘܒܥܝܢܢ
ܡܢܟ ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ
ܘܥܢܝܢ

ctus, Sanctus es Domine Deus fortis Sabaoth, pleni ſunt Cæli & Terra gloria, & decore majeſtatis tuæ Domine, Hoſanna in excelſis, benedictus, qui venit, & venturus eſt in nomine Domini, Hoſanna in Excelſis.

Populus. Mortem tuam Domine commemoramus, reſurrectionem tuam profitemur, ſecundum adventum tuum expectamus miſericordiam, ac pietatem a te poſcimus, & remiſſionem peccatorum implorainus, miſericordiæ tuæ ſint ſuper nos omnes.

Populus. Miſerere nobis Deus Pater omnipotens miſerere nobis.

Sacerdos. Nos quoque humiles, & Peccatores ſervi tui Domine gratias agimus tibi, & laudamus te pro omnibus, & propter omnia.

Populus. Laudamus te, benedicimus tibi, adoramus te, credimus in te, rogamus te, propitius eſto Do-

Domine Deus miſerere nobis, & exaudi nos.

Sacerdos. Potiſſimum autem, & in primis memoriam agimus ſanctæ glorioſe ſemperque Virginis Beatæ Dei genitricis Mariæ.

Diaconus. Memento ipſius Domine Deus, & ſanctis ejus ac puris præcibus propitius eſto miſerere nobis, & exaudi nos.

Sacerdos. Mater Domini noſtri Jeſu Chriſti deprecare pro me Filium tuum Unigenitum, qui ex te ortus eſt, ut dimiſſis peccatis, & debitis meis ſuſcipiat de manibns meis humilibus, & peccatricibus, hoc ſacrificium, quod a vilitate mea ſuper hoc Altare offertur per interceſſionem tuam, o Mater ſanctiſſima.

Diaconus. Benedic Domine. Quam Terribilis eſt ora iſta, & quam tremendum hoc momentum Chariſſimi, in quo ſpiritus vivus, & ſanctus de ſublimi cælo deſcendit, & mo-

ܕܪܚܦ ܘܫܪܐ ܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ ܘܩܕܫܗ :
ܕܣܝܡ ܒܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܘܩܕܫܗ. ܒܫܠܝܐ ܘܒܙܘܥܐ ܩܘܡܘ ܘܨܠܘ.
ܫܠܡܐ ܥܡܢ ܘܫܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ ܥܡܢ.
ܢܩܥܐ ܘܢܐܡܪ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ. ܩܘܪ̈ : ܩܘܪ̈ :
ܩܘܪ̈ ✱

ܟܗܢܐ ܡܬܟܦܦ :

ܐܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܬܟܫܦܝ
ܚܠܦܝ ܠܒܪܟܝ ܝܚܝܕܝܐ ܕܡܢܟܝ ܐܬܝܠܕ ܕܢܫܒܘܩ
ܠܝ ܚܘܒܝ : ܘܚܛܗܝ : ܘܢܩܒܠ ܡܢ
ܐܝܕܝܐ ܕܝܠܝ ܡܣܟܢܝܬܐ ܘܚܛܝܬܐ ܠܕܒܚܬܐ ܗܕܐ
ܕܡܬܩܪܒܐ ܡܚܝܠܘܬܝ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܗܢܐ ܒܝܕ
ܐܦܝܣܘܬܟܝ ܕܝܠܟܝ ܐܡܐ ܩܕܝܫܬܐ ✱

ܟܗܢܐ.

ܥܢܝܢܝ ܡܪܝܐ : ܥܢܝܢܝ ܡܪܝܐ : ܥܢܝܢܝ
ܡܪܝܐ : ܘܢܐܬܐ ܡܪܝܐ ܪܘܚܟ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܬܐ
ܘܬܫܪܐ ܥܠܝ ܘܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ ✱

motus ac illapſus eſt ſuper hanc Euchariſtiam, quæ in ſanctuario poſita eſt, & ſanctificavit eam: In ſilentio, ac tremore ſtate, & Orate: Pax, & ſalus Dei Patris nobiſcum: clamemus, & dicamus tribus vicibus Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon.

Sacerdos Inclinatus.

Mater Domini noſtri Jeſu Chriſti deprecare pro me Filium tuum Unigenitum, qui ex te ortus eſt, ut dimiſſis peccatis, & debitis meis, ſuſcipiat de manibus meis humilibus, & peccatricibus, hoc ſacrificium, quod a vilitate mea ſuper hoc Altare offertur, per interceſſionem tuam, o Mater Sanctiſſima.

Sacerdos. Exaudi me Domine, Exaudi me Domine, Exaudi me Domine & adveniens Domine ſpiritus tuus Vivus, & ſanctus deſcendat ſuper me, & ſuper hanc oblationem.

Diaconus dicit commemorationem . Pro Paſtoribus Eccleſiæ .

Benedic Domine, Oremus , & deprecemur Dominum Deum noſtrum in hoc magno Terribili , & ſancto Momento, pro Patribus , & Rectoribus noſtris , qui nobis hodie in hac vita prę́ſunt , & ſanctas Dei Eccleſias paſcunt & regunt , Venerabiles , ac Beatiſſimi , Domnus N. Papa Romanus , & Domnus N. Petrus Patriarcha noſter , & pro Domno N. Metropolita , una cum reliquis Metropolitis , & venerabilibus Orthodoxis Epiſcopis , Dominum deprecemur .

Diaconus dicit Commemorationem pro fratribus fidelibus .

Item commemoramus omnes fratres noſtros veros Chriſti fideles ; qui humilitatem noſtram premonuerunt , ut eorum memoriam in hac hora ageremus, & pro omnibus , illis , qui varias , arduas que

[illegible]

[illegible]

ܠܐܠܗܐ ܚܣܝܢܐ ܡܬܓܘܣܝܢ. ܘܣܥܘܪ
ܦܘܪܩܢܗܘܢ ܘܡܬܥܕܪܢܘܬܗܘܢ ܘܡܛܠ ܗܝ
ܡܕܝܢܬܐ : ܘܡܛܠ ܫܝܢܐ ܗܘܐ ܢܛܝܪܬ
ܒܐܠܗܐ : ܘܐܘܣܦܬܐ ܘܡܬܩܢܢܘܬܐ ܕܥܡܘܪܝܗ̇
ܡܗܝܡܢܐ ܕܒܡܝܬܪܘܬܐ ܢܗܘܘܢ ܡܬܝܬܪܝܢ
ܢܒܥܐ ܀

ܥܠ ܡܠܟܐ :

ܬܘܒ ܕܝܢ ܘܡܥܗܕܝܢܢ ܠܟܠܗܘܢ ܡܠܟܐ
ܡܗܝܡܢܐ ܘܬܪܝܨܝ ܫܘܪܝܐ . ܐܝܠܝܢ
ܕܒܟܠܗ̇ ܬܒܝܠ ܕܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܕܝܪܝܐ
ܥܒܕܘ ܘܫܪܪܘ . ܘܡܛܠ ܟܠܗ̇ ܦܘܠܝܛܝܐ
ܟܪܝܣܛܝܢܝܬܐ ܘܩܠܝܪܘܣ ܘܥܡܐ ܡܗܝܡܢܐ
ܕܒܡܝܬܪܘܬܐ ܢܗܘܘܢ ܡܬܝܬܪܝܢ ܢܒܥܐ ܀

ܠܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܘܠܩܕܝܫܐ :

ܬܘܒ ܕܝܢ ܘܡܥܗܕܝܢܢ ܠܛܘܒܢܝܬܐ ܘܫܒܝܚܬܐ
ܠܩܕܝܫܬܐ ܘܡܒܪܟܬܐ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܫܒܝܚܬܐ
ܘܒܬܘܠܬܐ ܒܟܠܙܒܢ ܘܡܒܪܟܬܐ ܘܩܕܝܫܬܐ ܟܠܐ
ܐܦ ܡܪܝܡ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ : ܥܡܗ̇
ܕܢܒܝܐ ܫܠܝܚܐ ܘܡܒܫܪܢܐ ܘܣܗܕܐ
ܘܡܘܕܝܢܐ

que tentationes paſſi, ad te Domine Deus fortis confugiunt, ut eos citius viſites, ac liberes; ſed & pro conſeruata a Deo Civitate hac, & pro fidelium habitatorum ejus Concordia, & in virtutibus progreſſu: Dominum deprecemur.

Diaconus dicit Commemorationem. Pro Regibus.

Item memoriam agimus omnium Regum veram in Chriſto fidem habentium, qui in toto Terrarum Orbe Dei Eccleſias, ac Monaſteria fundarunt, & ſtabilierunt; & pro omni Politia Chriſtiana, Clero, & Populo fideli, ut in virtutibus proficiant, Dominum depræcemur.

Diaconus dicit Commemorationem. Deiparæ & ſanctorum.

Item Commemoramus beatiſſimam glorioſiſſimam, ſanctiſſimam, benedictam, ſemperque Virginem beatam Dei Genetricem Mariam; ſed & Prophetas, Apoſtolos, & Evan-

Evangeliſtas Prædicatores, Martyres, & Confeſſores, nec non beatiſſimum legatum, Præcurſorem Joannem Baptiſtam, & glorioſum Archidiaconum, & Prothomartyrem Sanctum Stephanum, omneſque ſanctos, & Dominum deprecemur.

Diaconus dicit Commemorationem Doctorum *Eccleſiæ*.

Item commemoramus ſanctos, qui piè obdormierunt, & apoſtolicam intemeratamque fidem ſervantes nobis tradiderunt, Et quatuor ſanctas Æcumenicas ſynodos, quas prædicamus, ſcilicet Nicęnam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam, & Chalcedonenſem; Et glorioſos Theophoros Patres noſtros & Doctores Orthodoxos, S. Jacobum fratrem Domini Apoſtolum martyrem, & Archiepiſcopum, Ignatium, Dioniſium, Athanaſium, Baſilium, Gregorium, Thimo-

ܘܐܓܢܐܛܝܘܣ : ܘܦܘܠܘܩܪܦܘܣ :
ܘܐܬܢܐܣܝܘܣ : ܘܒܣܝܠܝܘܣ : ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ :
ܦܝܠܟܣܝܢܘܣ : ܘܐܘܣܛܐܬܝܘܣ : ܘܛܝܡܬܐܘܣ :
ܝܬܝܪܐܝܬ ܕܝܢ ܠܩܘܪܝܠܠܘܣ ܡܓܕܠܐ ܕܫܪܪܐ
ܗܝܡܢܐ ܘܡܟܣܢܐ ܕܡܬܒܣܪܢܘܬܗ ܕܡܠܬܐ
ܕܐܠܗܐ . ܘܠܓܒܝܐ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܪܘܢ
ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܘܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܘܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܦܘܡܐ ܡܡܠܠܐ ܘܥܡܘܕܐ ܕܥܕܬܐ ܕܝܠܢ
ܩܕܝܫܬܐ . ܘܠܗܠܝܢ ܕܩܕܡܝܗܘܢ ܘܥܡܗܘܢ
ܘܒܬܪܗܘܢ ܚܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܘܠܐ
ܡܘܡܐ ܢܛܪܘ ܘܠܢ ܐܫܠܡܘ ܠܡܪܝܐ
ܢܒܥܐ ܀

ܥܠ ܥܢܝܕܐ ܡܗܝܡܢܐ :

ܬܘܒ ܕܝܢ ܡܥܗܕܝܢܢ ܠܟܠܗܘܢ
ܥܢܝܕܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܥܢܘ ܡܢ ܗܢܐ ܡܕܒܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܘܡܢ ܐܬܪܐ : ܘܡܢ
ܦܢܝܬܐ ܗܕܐ : ܘܐܬܪܐ ܗܢܐ . ܘܡܢ ܟܠ ܐܬܪ
ܘܦܢܝܢ . ܥܢܝܕܐ ܐܝܠܝܢ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ
ܥܢܝܕܘ ܫܢܝܘ ܘܐܬܦܢܝܘ ܘܡܛܘ ܠܘܬܟ
ܡܪܝܐ

motheum, Euſtathium, Joannem, maxime autem Cyrillum Veritatis turrim, qui verbi Dei incarnationem propugnavit, & electum beatum ſanctus Maronem Abbatem, & ſanctos Jacobum, atque Ephrem ora eloquentiſſima, & Sanctæ Eccleſiæ noſtræ Columnas: ſed & eos, qui ante ipſos, cum ipſis, & poſt ipſos unam Orthodoxam, & immaculatam fidem ſervaverunt, nobiſque tradiderunt: & Dominum deprecemur.

Diaconus dicit Commemorationem Pro fidelibus defunctis.

Item commemoramus omnes fideles defunctos, qui ex hoc ſancto Altari, ex oppido hoc, ex hoc loco, & ex omnibus locis & mundi partibus in orthodoxa fide deceſſerunt, & ad te animarum, & corporum dominum tranſierunt, & pervenerunt. Oremus, & deprecemur Christum Deum noſtrum,

qui

qui animas, & ſpiritus eorum ſuſcepit ad ſe, ut per multitudinem miſericordiæ ſuæ tribuat illis indulgentiam debitorum, & remiſſionem peccatorum, noſque ſimul atque eos ad ſuum cœleſte Regnum perducat, & clamemus ſimul tribus vicibus dicentes. Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon.

Populus. Da eis requiem, remitte, & condona, Deus, ipſorum & noſtros reatus, quos, ſcienter, ſive ignoranter contraximus.

Populus. Sicut erat, eſt, & erit in generatione & generationem, & in ſæculum ſæculorum. Amen.

Sacerdos.

Sint miſericordiæ Dei Patris, & ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti, ac illapſus ſpiritus ſancti ſit nobiſcum, & cum omnibus vobis fratres mei in ſecula. Participes fac Domine Deus Patres noſtros, Fratres,

ܗܢܐ ܕܢܦܫܬܐ ܘܪܘܚܐ ܩܒܠ ܠܘܬܗ . ܢܬܠ
ܘܢܦܩܘܢ ܘܢܬܒܣܡܘܢ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܕܠܥܠ
ܗܘ ܕܢܗܒ ܢܦܫܬܗܘܢ ܘܪܘܚܗܘܢ ܩܒܠ
ܕܗܘ ܒܣܘܓܐܐ ܕܪܚܡܘܗܝ ܢܬܠ ܠܗܘܢ
ܚܘܣܝܐ ܕܚܘܒܐ ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ ܘܠܢ
ܘܥܡܗܘܢ ܢܥܒܪ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܒܫܡܝܐ ܀ ܐܟܚܕܐ
ܢܩܥܐ ܘܢܐܡܪ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܀ ܩܘ̈ܪ ܩܘ̈ܪ ܀
ܩܘ̈ܪ ❀

ܥܡܐ ܀ ܐܢܝܚ ܐܠܗܝ ܘܫܒܘܩ ܘܚܣܝ ܐܠܗܐ
ܣܟܠܘܬܐ ܘܚܘ̈ܒܐ ܕܝܠܢ ܕܒܝܕܥܬܐ ܘܠܐ
ܕܠܐ ܒܝܕܥܬܐ ❀

ܥܡܐ ܀ ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܘܡܟܝܠ ܠܕܪ̈ܝܢ ܘܕܪ̈ܝܢ ܒܥܠܡܐ ܕܥܠܡܝܢ
ܠܥܠܡܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ❀

ܟܗܢܐ ܀

ܢܗܘܘܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ ܀ ܘܦܪܘܩܢ
ܡܫܝܚܐ ܥܡܢ ܘܡܓܢܢܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܬܗܘܐ
ܥܡܢ ܀ ܘܥܡ ܟܠܟܘܢ ܐܚ̈ܝ ܠܥܠܡܝܢ ܀
ܫܘܬܦ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܠܐܒܗ̈ܝܢ ܘܠܐܚ̈ܝܢ ܘܠܪ̈ܒܢܝܢ
ܘܠܡܠܦ̈ܢܝܢ

[illegible]

ܥܡܐ: ܐܡܝܢ.

ܟܗܢܐ ܢܣܒ ܦܪܣܬܐ ܥܠ ܐܝ̈ܕܘܗܝ

ܘܩܨܐ ܘܪܫܡ ܟܕ ܐܡܪ ✠

[illegible]

tres, Magiſtros, Doctores, Defunctos, & omnes, qui partem nobiſcum habuerunt in hac oblatione ac in ædificio ſanctæ Eccleſiæ a principio fundationis ejus uſque in præſentem diem.

Populus. Amen.

Sacerdos accipit Hoſtiam in manus ſuas & frangit ac ſignat dicens.

Credidimus, & obtulimus, Signamus ✠ & frangimus Euchariſtiam hanc, Panem Cæleſtem, Corpus verbi Dei vivi in Calice ſalutis, & gratiarum actionis. Signamus ✠ Pruna propitiatoria, & plena myſteriis ſupernis. In Nomine ✠ Patrii ✠ Vivi ✠ in Vitam, & Filii ✠ Unigeniti, & Sancti ✠ geniti ab eo ipſique ſimilis ✠ vivi in vitam, & Spiritus ✠ Sancti ✠ principii, finis, & complementi ✠ omnium, quæ facta ſunt, & fiunt in Cælo, & in terra; Una ✠ Vir ✠ tus ✠. Una ✠ po ✠

po ✠ teſtas ✠ Una ✠ vo ✠ luntas ✠ Unus Deus verus benedictus & altiſſimus, in quo non eſt diviſio, a quo eſt Vita æterna.

[illegible]

Populus. Amen.

ܥܡܐ . ܐܡܝܢ *

Diaconus dicit Concionem, Benedic Domine etiam, atque etiam per puram ſanctamque oblationem hanc, per propitiatorium ſacrificium, quod Deo Patri oblatum & conſecratum, perfectum, & illapſu ſpiritus ſancti vivi conſumatum eſt; Pro ſancto Patre noſtro Sacerdote, qui illud obtulit, & conſecravit, pro Altari Dei ſuper quod Celebratur, pro benedictis populis, qui in recta fide ad ipſum percipiendum accedunt, & pro omnibus pro quibus oblatum, & conſecratum eſt; iterum impenſius oremus.

ܡܫܡܫܢܐ: ܐܡܪ ܟܪܘܙܘܬܐ:

[illegible]

Ecce Tempus timoris, Ecce hora terrore plena. Superi in timore conſiſtunt, & illi cum tremore miniſtrant.

[illegible]

Ter-

ܪܬܝܬܐ ܐܚܕܐ ܠܒܢܝ ܢܘܗܪܐ : ܘܥܦܪܢܝܐ ܠܐ
ܪܓܫܝܢ ܠܗ . ܘܡܢ ܫܥܬܐ ܕܚܘܣܝܐ ܡܬܝܗܒܐ .
ܚܛ̈ܝܐ ܥܪܩܝܢ ܡܢܗ ܀

ܡܫ̈ܡܫܢܐ ܕܥܕܬܐ ܐܬܪܗܒܘ
ܕܢܘܪܐ ܚܝܐ ܡܫܡܫܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܘܫܘܠܛܢܐ
ܕܫܠܝܛܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܝܬܪ ܗܘ ܡܢ
ܕܣܪ̈ܦܐ ܀

ܛܘܒܝܗ ܠܢܦܫܐ ܕܒܥܕܬܐ ܐܝܬܝܗ : ܒܕܟܝܘܬܐ
ܕܗܐ ܪܘܚܐ . ܕܩܘܕܫܐ ܟܬܒܐ ܠܫܡܗ :
ܘܡܣܩܐ ܠܗ ܠܫܡܝܐ ܀

ܡܪܬܢ ܡܪܝܡ ܛܘܒܢܝܬܐ : ܐܬܟܫܦܝ ܥܡܢ
ܠܝܚܝܕܝܟܝ : ܕܒܨܠܘܬܟܝ ܢܬܪܥܐ : ܘܢܬܪܚܡ
ܥܠ ܟܠܢ ܀

ܚܘܪ ܡܪܝܐ ܒܥܝܢܐ ܕܪ̈ܚܡܐ : ܒܐܒܘܢ ܕܩܐܡ
ܩܕܡ ܡܕܒܚܟ : ܘܩܒܠ ܡܪܢ ܩܘܪܒܢܗ : ܐܝܟ
ܕܢܒ̈ܝܐ ܘܕܫ̈ܠܝܚܐ ܀

ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ ܒܛܝܒܘܬܟ : ܘܒܪ̈ܚܡܝܟ
ܘܒܚܢܢܘܬܟ

Terror Filios lucis occupat, & terreni illum non ſentiunt; Et ab hora, qua venia adfertur, peccatores fugiunt.

Miniſtri Eccleſiæ tremite, quia vivum ignem adminiſtratis. Et Poteſtas, quæ vobis data eſt, ſeraphim ſuperat.

Beata eſt anima, quæ nunc in Eccleſia adeſt cum puritate, quia ſpiritus ſanctus ſcribit nomen ejus, illamque elevat in coelum.

Beata Domina noſtra Maria deprecare nobiſcum Unigenitum tuum, ut precibus tuis placatus omnium noſtrum miſereatur.

Aſpice Domine oculo miſericordi Patrem noſtrum, qui ſtat coram Altari tuo. Suſcipe Domine noſter ejus oblationem, ut Prophetarum & Apoſtolorum.

Memento Domine per gratiam tuam, & per divinas tuas miſerationes, Patrum, & Principum

Sacerdotum ; quorum oratio ſit nobis murus.

Memento Domine Patrum, Fratrum, & Magiſtrorum noſtrorum, noſque, & illos dignos præſta per miſericordiam tuam regno Cœleſti.

Memento Domine Abſentium, & miſerere Præſentium, quietem quoq. dona ſpiritibus Defunctorum, & parce Peccatoribus in die judicij.

Defunctorum, qui a nobis ſeparati ab hoc ſæculo migrarunt, ſpiritibus, Chriſte, præſta quietem cum piis, & juſtis.

Crux tua Pons ſit illis: & Baptiſmus tuus tegumentum; Corpus, & ſanguis tuus ſanctus via ſint, quæ deducat ad regnum.

Gloriam perpetuam cum adoratione acceptabili mereamur attollere ex medio ſanctuarii Patri, Filio, & ſpiritui ſancto vivo, ut ipſe Deus verus adimpleat nobiſcum gratiam ſuam, benedictionem, miſerationem, & cle-

ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡܐ : ܘܟܠܢ ܒܨܠܘܬܐ ܠܡܪܝܐ
ܢܒܥܐ ܀

ܟܗܢܐ .

ܩܘܪܒܢܐ ܪ̈ܓܝܓܐ ܕܐܬܩܪܒ ܚܠܦܝܢ ܕܒܚܐ
ܡܚܣܝܢܐ ܕܗܘ ܩܪܒܗ ܢܦܫܗ ܠܡܘܠܕܗ :
ܐܡܪܐ ܕܗܘܐ ܠܢܦܫܗ ܟܘܡܪܐ ܡܩܪܒܢܐ . ܢܗܘܐ
ܡܪܝ ܒܚܘܒܟ ܪ̈ܚܡܝܟ ܨܠܘܬܢ ܘܒܟ
ܠܐܒܘܟ ܢܩܪܒܝܘܗ ܀

ܨܠܘܬܐ .

ܐܒܐ ܕܩܘܫܬܐ ܗܐ ܒܪܟ ܕܒܚܐ ܕܡܬܪܥܝܢܘ.
ܠܟ ܩܒܠܝܗܝ ܕܚܠܦܝ ܡܝܬ ܘܐܫܬܟܚܬ ܒܗ ܀
ܗܐ ܩܘܪܒܢܐ ܩܒܠ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ ܘܐܬܪܥܐ ܠܝ
ܘܠܐ ܬܬܕܟܪ ܠܝ ܚܛ̈ܗܝ : ܕܣܥܪܬ ܩܕܡ
ܪ̈ܒܘܬܟ ܀ ܗܐ ܕܡܗ ܐܫܬܦܟ ܥܠ
ܓܓܘܠܬܐ ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܝ : ܘܒܥܐ
ܚܠܦܝ ܩܒܠ ܩܘܪܒܢܝ ܡܛܠܬܗ ܀ ܟܡܐ
ܠܟ ܚܘܒܐ ܟܡܐ ܠܟ ܬܘܕܝܬܐ ܐܝ ܐܠܗܐ ܐܝܟ.
ܚܢܢܟ

clementiam ex hoc nunc uſque in finem: Noſque omnes cum oratione Dominum deprecemur.

Sacerdos.

Deſiderabile ſacrificium, quod pro nobis oblatum eſt, Victima propitiatoria, quæ ſeipſam genitori ſuo obtulit, Agnus, qui ſui ipſius Pontifex factus, ſeipſum immolavit, ſit Domine per miſericordiam tuam oratio noſtra velut incenſum & per te illam patri tuo offeramus.

Oratio.

Pater Veritatis; En filius tuus grata tibi Victima: Hunc ſuſcipe, qui pro me mortuus eſt, & per eum remiſſionem peccatorum conſequar. En tibi oblatio, accipe ipſam de manibus meis, & placare mihi, nec recorderis peccatorum, quæ coram majeſtate tua admiſi. En ſanguis ejus propter meam ſalutem ſuper Golgotha effuſus eſt, & rogat pro me, Acceptam habe

propter ipſum oblationem meam. Si & mea debita, & tuas miſericordias perpendis, graviſſimis montibus pietas tua præponderabit. Si & peccatorum, & holocauſti, quod pro illis offertur, rationem habeas, maius eſt holocauſtum, & longe ſuperior victima quam debita. Propter peccata mea, Clavos, & lanceam Dilectus tuus ſuſtinuit. Satis ſunt paſſiones ejus, ut mihi reconcilieris, & vitam per illlas habeam. Gloria Patri, qui filium ſuum propter nos miſit. Adoratio Filio, qui per ſuam Crucifixionem univerſum redemit, Gratiarum actio ſpiritui ſancto, per quem ſalutis noſtræ myſterium conſummatum eſt. Benedictus, qui ſua Charitate nobis omnibus vitam impertivit. Ipſi ſit gloria. *Diaconus*.

Inclinate capita veſtra coram Deo miſericorde, coram Altari ejus propitiatorio, & coram corpore,

ܠܐ̈ܪܙܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܘܡܚ̈ܝܢܐ ܘܒܘܪܟܬܐ
ܡܢ ܡܪܝܐ ✱

ܟܗܢܐ :

ܬܗܘܐ ܛܝܒܘܬܐ ✱ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܡܬܘܡܝܬܐ : ܘܠܐ ܒܪܝܬܐ : ܘܡܫܘܝܬ ܐܘܣܝܐ :
ܥܡܟܘܢ ܟܠܟܘܢ ܐܚ̈ܝ
ܠܥܠܡܝܢ .

ܡܫܡܫܢܐ :

ܟܠܢ ܒܕܚܠܬܐ ܘܒܪܬܝܬܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ
ܢܚܘܪ ܘܪܚܡܐ ܘܚܢܢܐ ܡܢ ܡܪܝܐ ܢܒܥܐ ✱
ܘܟܗܢܐ ܢܣܒ ܠܦܓܪܐ ܥܠ ܐܝ̈ܕܘܗܝ
ܘܐܡܪ :

ܩܕܝܫ : ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ
ܚܝܠܬܢܐ ܨܒܐܘܬ ܕܡܠܝܢ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ
ܡܢ ܫܘܒܚܗ : ܐܬܬܪܝܡ ܥܠ ܫܡܝܐ ܐܠܗܐ
ܘܥܠ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܐܫܬܒܚܬ : ܠܘܬܟ
ܐܪܝܡܬ ܥܝ̈ܢܝ ܕܥܡܪܬ ܒܫܡܝܐ ܐܝܟ
ܥܝ̈ܢܐ ܕܥܒ̈ܕܐ ܠܘܬ ܡܪ̈ܝܗܘܢ : ܘܐܝܟ
ܥܝ̈ܢܝܗ ܕܐܡܬܐ ܠܘܬ ܡܪܬܗ . ܗܟܢܐ ܥܝ̈ܢܝܢ
ܠܘܬܟ

re, & sanguine ſalvatoris noſtri in quibus ea percipientibus vita repoſita eſt, & Benediſtionem, a Domino ſuſcipite.

Sacerdos.

Sit gratia ✠ Trinitatis Sanctiſſimæ, Æternæ, increatæ, & conſubſtantialis vobiſcum omnibus Fratres in ſæcula.

Diaconus.

Unuſquiſque in timore, & tremore, ad Deum oculos attollat, & miſericordiam, ac pietatem a Domino imploret.

Et Sacerdos accipit in manus ſuas corpus, ac dicit.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, es Domine Deus fortis Sabaoth, pleni ſunt Cæli, & Terra gloria tua, exaltata eſt ſuper univerſam terram gloria tua. Ad tè levavi oculos meos, qui habitas in Cælis, ſicut oculi ſervorum ad Dominos ſuos, & ſicut oculi Ancillæ ad Dominam ſuam, ita oculi noſtri ad tè Domine Deus, donec miſerearis noſtri

ſtri. Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri. Miſerere mei Deus ſecundum gratiam tuam, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ dele peccata mea; Miſerere mei Deus, quia in te ſperat anima mea, & ſub umbra Alarum tuarum protegar. Miſerere mei Deus, quia conculcavit me homo. Libera me Deus ab Inimicis meis, & ab inſurgentibus in me eripe me; Libera me Domine ab homine malo, & a viris iniquis cuſtodi me. Memento mei Domine, cum veneris in Regno tuo.

Et Circumfert Corpus, illudque elevat alta voce dicens.

Sancta Sanctis ✠ in perfectione, puritate & Sanctitate traduntur.

Et dicunt ſimul. Unus Pater Sanctus, unus Filius ſanctus, unus ſpiritus ſanctus, ſit nomen Domini benedictum, unus eſt enim in Cælo, & in Terra, ipſi gloria in ſæcula.

Et po-

Et poſtea dicunt. Gloria Patri & Flio, & ſpiritui Sancto, qui omnia ſanctificat & expiat. *Circumfer Sacer. Calicem & dicit*. Etiam Domine vere & certò credidimus, & credimus in te, ſicut in te, credidit Sancta Catholica Eccleſia, quia es unus Pater Sanctus, cui gloria Amen. Unus filius ſanctus, cui laus Amen; Unus ſpiritus ſanctus, cui gloria, & gratiarum actio in ſæcula. Amen.

Diaconus dicit. Per Chriſti Regis reſurrectionem indulgẽtiam animabus noſtris in fide percipiamus, & Filio qui per ſuam Crucem nos redemit ſimul dicamus: Benedictus Redemptor noſter: Sanctus Sanctus, Sanctus es, qui Genitricis tuæ, ſanctorum, & fidelium defunctorum, memoriam ubique terrarum magnificas; Alleluja. Cæleſtes virtutes nobiſcum in ſanctuario aſſiſtentes, immolatum coram nobis Filii Dei corpus conce-

celebrant, Accedite, & percipite ex eo in remiſſionem debitorum, & peccatorum Alleluja. Memento Domine ſuper Altare tuum, Patrum, Fratrum, & magiſtrorum noſtrorum, eoſque a dexteris tuis in die Judicii, Rex Chriſte, conſtitue. Alleluja. Benedictus, Dominus, qui Nobis Corpus, & vivum ſuum ſanguinem tradidit, ut per ipſum indulgentiam conſequamur. Alleluja, item Alleluja, Adoretur, & glorificetur Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus a ſæculo, & uſque in ſæcula ſæculorum: ipſi ſit gloria.

[illegible]

Sacerdos converſus Populum Cruce ſignat, & dicit.

Gloria Patri, qui ſanctificavit, gloria Filio, qui Indulſit, Gloria Spiritui ſancto, qui illapſus eſt, Principium finis, & perfectio omnium, quæ facta ſunt, & fiunt in Cælo, & in Terra, Qui miſericordia ſua commotus, & cle-

[illegible]

[illegible]

clementia ſua inclinatus venit, & oblationem noſtram ſanctificavit, & magna Crucis ſuæ virtute Eccleſiam ejuſque filios ſignavit; ipſe pietatis ſuæ dexteram extendens ſuper locum hunc, & fideles habitatores ejus, & ſuper oppidum hoc & omnes fideles habitatores ejus, donet requiem bonam fidelibus defunctis, qui ex eo tranſierunt: cuſtodiat Vivos, qui in eo, in quocumque ſtatu ſunt, eoſque ſub miſericordiæ ſuæ alis protegat. Domine Deus noſter tibi gloria in ſæcula Amen.

Diaconus. Dum ſtatis Sacerdotes in Sanctuario, Cordium veſtrorum oſtia aperite, & Pſalmum dicite, ac Euchariſtiæ, quæ in Sanctuario eſt, benedicite.

Sacerdos dicit Dum ſignat.

Benedic Deus Fractionem hanc, quæ in Sanctuario eſt, benedic terræ, ex qua facta eſt, & tribue requiem, atque indulgentiam

tiam iis, pro quibus oblata & ſanctificata eſt. in ſæcula.

Et frangit dicens.

Humiles Domine, ac peccatrices manus meas dignas effice, ut ad ſanctiſſimum tuum Corpus accedant, illudque frangentes filiis ſanctæ Eccleſiæ in vera fide diſtribuant in ſæcula,

Benedictus es Domine noſter Jeſu Chriſte panis vivus qui de Cælo tuo deſcendens percipientibus te vita æterna factus es.

Fideles omnes, qui in hac Euchariſtia nobiſcum partem habuerunt, in Cæleſti regno tuo Deus noſter participes effice in ſæcula.

Non in condemnationem neque in pænam ſit nobis Domine Corpus tuum, & ſanguis in die Judicii. in ſecula.

Domine J. C. da mihi fiduciam coram te, cum in magna gloria tua cum Angelis tuis manifeſtaberis, in ſecula.

Vi-

ܚܝ̈ܐ ܘܡܝ̈ܬܐ ܢܫܟܚܘܢ ܒܗ ܪ̈ܚܡܐ ܘܚܢܢܐ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܠܥܠܡܝܢ ܀

ܡܫܡܫܢܐ ܐܡܪ ܟܘܫܦܐ ܗܢܐ :

ܒܪܟ ܡܪܝ : ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܥܠ ܟܪ̈ܝܗܐ ܘܐܠܝ̈ܨܐ . ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܬܢܟܝܢ ܡܢ ܪ̈ܘܚܐ ܒܝ̈ܫܬܐ . ܘܥܠ ܚܝ̈ܐ ܘܡܝ̈ܬܐ . ܘܥܠ ܪ̈ܚܝܩܐ ܘܩܪ̈ܝܒܐ . ܘܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܛܠܬܗܘܢ ܐܬܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ : ܘܥܠ ܐܚ̈ܝܢ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ : ܥܕܪ ܐܢܘܢ ܡܪܝ ܘܦܨܐ ܐܢܘܢ ܘܗܒ ܫܝܢܐ ܘܫܝܢܐ ܠܥܕܬܟ ܘܠܥܡܟ ܘܠܐܪܒܥ ܦܢ̈ܝܬܗ ܕܥܠܡܐ . ܘܐܥܒܪ ܡܢܢ ܘܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܚ̈ܝܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܡܚܘ̈ܬܐ ܘܡܪ̈ܘܬܐ ܕܪܘܓܙܐ . ܘܢܒܥܐ ܟܠܢ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ ܘܢܐܡܪ ܩܘܪܝܠܝܣܘܢ . ܩܘܪܝܠܝܣܘܢ . ܩܘܪܝܠܝܣܘܢ ܀

ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܚܪܬܐ :

ܒܪܟ ܡܪܝ . ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܐ ܘܚܝܠܬܢܐ ܥܠ ܫܝܢܐ ܘܫܝܢܐ ܘܬܪܝܨܘܬܐ

Vivi, ac defuncti per ipſum miſericordiam ac pietatem in die Judicii conſequantur in, ſæcula.

Diaconus Dicit hanc deprecationem.

Benedic Domine, Deprecamur te Domine Deus pro Infirmis tribulatis, & iis, qui a malis ſpiritibus vexantur: Pro vivis, & defunctis, pro abſentibus, & præſentibus: pro iis, pro quibus hoc ſacrificium oblatum eſt: Pro fratribus noſtris, qui ſunt in hoc oppido: Adjuva eos Domine, libera eos, da pacem, & unitatem Eccleſiæ tuæ, Populo tuo, & quatuor Mundi partibus: aufer a nobis, & ab omnibus fratribus noſtris fidelibus Chriſtanis plagas, & flagella iræ, & oremus omnes tribus vicibus dicentes Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon.

Alia deprecatio.

Benedic Domine, Deprecamur Te Domine Deus Vivus, ac fortis, pro pace, & concordia, & recta

cta compoſitione totius mundi, præcipue vero, ac diſtincte pro ſtabilitate Sanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & pro Cuſtodia Filiorum ejus Defunctorum, & Vivorum. Chriſtum Univerſorum Doninum deprecamur, ut gratia ſua det Regibus concordiam; Judicibus rectitudinem; Principibus benignitatem; Dominis manſuetudinem; Sacerdotibus unionem; Diaconis munditiem; Paſtoribus vigilantiam; Antiſtes cautos faciat, Mæſtos conſoletur, Continentibus det patientiam, Anachoretis tolerantiam, Errantes convertat, Cuſtodiat intimos, tranquillos reddat exteros, Pauperum curam gerat, Viduas enutriat, pupillis Pater ſit. Triſtes lætificet, Infirmos ſanet, Tribulalos liberet, anguſtiatos confortetur; adflictos conſoletur, diſcordes reconciliet, & iratos placet, longe poſitos protegat,

ܡܛܪܢܐ : ܠܚܛ̈ܝܐ ܡܚܣܝܢܐ : ܠܬܝ̈ܒܐ
ܫܒܘܩܐ ܘܡܙܕܩܢܐ : ܠܡܝ̈ܬܐ ܡܢܚܡܢܐ .
ܠܚ̈ܝܐ ܡܦܪܩܢܐ : ܠܐܣܝ̈ܪܐ ܡܫܪܝܢܐ :
ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܚܢܢ ܥܠ ܟܢܫܐ ܗܢܐ ܕܣܓܕ ܠܟ
ܘܡܝܩܪ ܘܡܥܗܕ ܕܝܠܕܬܟ ܘܕܩܕܝ̈ܫܝܟ :
ܘܡܥܕܐ ܠܥܐܕ̈ܝܗܘܢ ܕܪ̈ܚܡܝܟ : ܗܒ ܠܗ
ܡܪܝܐ ܒܚܢܢܟ ܕܢܫܡܥ ܩܠܟ ܒܣܝܡܐ ܗܘ ܩܠܐ
ܚܕܝܐ ܘܡܠܝܐ ܚܕܘܬܐ ܕܩܥܐ ܘܐܡܪ ܕܬܘ
ܒܪ̈ܝܟܘܗܝ ܕܐܒܝ ܐܪܬܘ ܡܠܟܘܬܐ
ܗܝ ܕܡܛܝܒܐ ܗܘܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܬܪ̈ܡܝܬܗ
ܕܥܠܡܐ : ܘܚܠܦ ܟܠܢ ܢܩܪܒ ܒܥܘ̈ܬܐ
ܘܬܟܫܦܬܐ ܘܬܚܢܢܬܐ ܘܒܥܘܬܐ ܠܐܠܗܐ
ܡܪܚܡܢܐ . ܒܗ ܒܚܘܒܐ ܕܢܦ̈ܫܬܐ ܕܢܦ̈ܫܬܢ .
ܘܐܬܬܢܚܝܢ ܕܢܚܘܣ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ
ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ ܘܥܢܝܢ ܠܢ .
ܩܘܪܝܠܠܝܣܘܢ ✠ ܩܘܪܝܠܠܝܣܘܢ ✠
ܩܘܪܝܠܠܝܣܘܢ ✠

ܩܨܐ ܟܗܢܐ ܡܢ ܚܕܐ ܡܢܬܐ ܠܦܠܓܐ ܡܢܬܐ
ܠܐܠܪܘܗܝ

gat, & proximos cuſtodiat, peccatoribus propitietur, pænitentibus indulgeat, eoſque juſtificet, Mortuos ſuſcitet, Vivos ſalvet, Vinctos redimat.

Deprecamur etiam pro iſto cœtu, qui te adorat, & cum honore celebrat memoriam Genitricis tuæ, ac ſanctorum tuorum, & feſtos recolit dies Amicorum tuorum, concede illi Domine per clementiam tuam, ut ſuavem, & gaudio plena illa vocem tuam audiat, quæ clamat, & dicit, venite benedicti Patris mei, ingredimini regnumque poſſidete ante conſtitutiodem mundi vobis paratum. Et pro nobis omnibus offeramus preces ſupplicationeſque Deo miſericordi magno animarum noſtrarum affectu, ac ſuſpirio dicentes, Parce Domine Deus & miſerere nobis, atque nos exaudi. Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon Kyrieeleiſon.

Sacerdos frangit ex una par-

parte particulam alteram, eamque ſanguine intingit, & poſtea illa ſignat corpus dicens.

Inſpergitur Sanguis Domini noſtri, Corpori ejus: in Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Tibi gloria in ſæcula.

Et immittit eam in ſanguinem dicens.

Divinitatem tuam Domine, cum noſtra humanitate, & Humanitatem noſtram cum tua Divinitate miſcuiſti; Vitam tuam cum mortalitate noſtra, & mortalitatem noſtram, cum vita tua conjuxiſti; aſſumpſiſti, quod noſtrum eſt, & dediſti nobis, quod tuum eſt in vitam, & ſalutem animarum noſtrarum; tibi gloria in ſæcula.

Sacerdos hic accipit corpus, & dicit.

Fac Domine Deus, ut corpora noſtra ſanctiſſimo tuo Corpore Sanctificentur, & Animæ noſtræ propitiatorio tuo ſanguine mundentur, & ſit nobis in indul-

ܠܡܢܬܐ ܘܨܒܥ ܠܗ ܒܕܡܐ ܘܒܗ ܪܫܡ
ܠܗ ܠܦܓܪܐ ܟܕ ܐܡܪ :

ܡܬܪܣܣ ܕܡܗ ܕܡܪܢ ܥܠ
ܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ ܒܫܡ ✠ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ✠
ܘܪܘܚܐ ✠ ܕܩܘܕܫܐ ܠܟ ܫܘܒܚܐ
ܠܥܠܡܝܢ :

ܘܪܡܐ ܠܗ ܒܕܡܐ ܘܐܡܪ :

ܐܠܗܘܬܟ ܡܪܝ ܥܡ ܐܢܫܘܬܢ ܚܠܛܬ ،
ܘܐܢܫܘܬܢ ܒܐܠܗܘܬܟ : ܚܝܘܬܟ ܒܡܝܘܬܘܬܢ :
ܘܡܝܘܬܘܬܢ ܒܚܝܘܬܟ ܢܣܒܬ ܕܝܠܢ :
ܘܝܗܒܬ ܠܢ ܕܝܠܟ ܠܚܝܐ ܘܠܦܘܪܩܢܐ ܕܢܦܫܬܢ
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡܝܢ ❊

ܢܣܒ ܟܗܢܐ ܦܓܪܐ ܘܐܡܪ .

ܐܦ ܠܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܢܬܩܕܫܘܢ
ܦܓܪܝܢ ܒܦܓܪܟ ܩܕܝܫܐ : ܘܢܬܕܟܘܢ ܢܦܫܬܢ
ܒܕܡܟ ܡܚܣܝܢܐ . ܘܢܗܘܐ ܠܡܚܣܢܘܬܐ
ܕܣܟܠܘܬܢ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܝܢ
ܘܠܚܝܐ

indulgentiam debitorum, & in remiſſionem peccatorum. Domine Deus noſter tibi gloria, in ſæcula.

Et dum communionem tribuit Sacerdotibus, Diaconis, aut Populo dicit.

Corpus, & Sanguis D. N. J. C. datur tibi in remiſſionem debitorum, & in veniam peccatorum in utroq. ſæculo. Amen.

Et converſus ad populum, eum ſignat dicens.

Servi & Adoratores tui vitæ donum a te expectantes, ſignentur victrice Cruce tua, ut eruantur a malo, & virtutibus ejus, Domine Deus noſter tibi gloria in ſæcula.

Diaconus. Exaltata eſt ſuper Cœlos, & ſuper univerſam terram Deus, gloria tua.

Et patenam circumfert, ac dicit ſub metro S. Jacobi.

Sanctus Sanctus, Sanctus es Domine clamat Eccleſia, Benedictus, qui tradidit mihi Corpus, & San-

Sanguinem ſuum, ut per ipſum veniam conſequar.

Diaconus. Alleluja, Alleluja, ipſi gloria, qui dedit nobis Corpus, & vivum ſuum Sanguinem, ut per ipſum veniam conſequamur.

Sacerdos circumfert Calicem dicens.

Sanctum tuum Domine in die Judicii pro nobis coram tremendo, ac terribili Tribunali deprecetur.

Diaconus. Alleluja, Alleluja ipſi gloria ex quo bibit Eccleſia, & filii ejus laudem cantant.

Sacer. Alleluja All. ipſi ſit gloria, cujus Corpus comedimus, & Sanguinem bibimus in remiſſionem peccatorum.

Diaconus. Dum ignis videt corpus, ipſum timet, & en homines illud celebrant ſuper manus ſuas.

Sacer. Alleluja All. ipſi ſit gloria, qui jejunavit, & oravit, & ipſe nos orare docuit.

Dia-

ܡܫܡܫܢܐ: ܗܢܘ ܟܣܐ ܕܡܙܓܗ ܡܪܢ ܥܠ
ܪܝܫ ܙܩܝܦܐ. ܩܪܘܒܘ ܡܝܘܬܐ ܐܫܬܘ ܡܢܗ
ܠܫܘܒܩܢ ܚܘܒܐ ✱
ܟܗܢܐ: ܗܠܠܘܝܐ ܗܠܠܘܝܐ ܘܠܗ ܫܘܒܚܐ܆
ܕܡܢܗ ܫܬܝܢ ܥܢܐ ܕܒܪܐ ܘܒܗ ܡܬܕܟܝܢ ✱
ܡܫܡܫܢܐ: ܐܚܝ ܣܒܘ ܦܓܪܗ ܕܒܪܐ
ܩܥܝܐ ܥܕܬܐ: ܘܐܫܬܘ ܕܡܗ ܒܗܝܡܢܘܬܐ
ܘܙܡܪܘ ܫܘܒܚܐ ✱
ܟܗܢܐ: ܗܠܠܘܝܐ ܘܗܠܠܘܝܐ ܘܠܗ ܫܘܒܚܐ܆
ܕܐܟܠܐ ܡܢܗ ܥܕܬܐ ܥܡ ܒܢܝܗ ܘܡܙܡܪܐ
ܫܘܒܚܐ ✱
ܡܫܡܫܢܐ: ܐܢܐ ܐܢܐ ܠܚܡܐ ܕܚܝܐ ܐܡܪ
ܡܪܢ. ܕܟܠ ܕܐܟܠ ܠܝ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܢܐܪܬ
ܚܝܐ ✱
ܟܗܢܐ: ܗܠܠܘܝܐ ܘܗܠܠܘܝܐ ܘܠܗ
ܫܘܒܚܐ. ܕܟܣܗ ܫܩܠܢ ܘܚܝܐ ܚܕܬܐ
ܒܗ ܩܢܝܢ ✱
ܡܫܡܫܢܐ: ܥܢܝܕܐ ܡܪܝܐ ܕܐܟܠܘ
ܦܓܪܟ ܘܐܫܬܝܘ ܕܡܟ ܢܚܐ ܘܢܩܘܡܘܢ
ܒܫܘܒܚܐ

Diaconus: Hic eſt calix, quem miſcuit Dominus in vertice Crucis. Accedite mortales, bibite ex eo in remiſſionem debitorum.

Sacerdos. Alleluja Alleluja, & ipſi gloria, ex quo bibunt oves Filii, & ipſo mundantur.

Diaconus. Fratres ſumite Corpus Filii, clamat Eccleſia, & bibite ejus ſanguinem cum Fide, & gloriam canite.

Sacerdos. Alleluja Alleluja, & ipſi gloria, ex quo manducat Eccleſia cum Filiis ſuis, & pſallit gloriam.

Diaconus. Ego ſum Panis vitæ Dixit Dominus noſter, quicumque me cū fide manducaverit, vitam poſidebit.

Sacerdos. Alleluja Alleluja, & ipſi gloria, cujus calicem ſumſimus, & vitam novam per eum poſſedimus.

Diaconus. Defuncti, Domine, qui manducarunt corpus tuum, tuumque ſanguinem biberunt,

clementiam tuam ſentiant in die judicii cum exorieris.

Suſcipe Domine noſter adoratorum tuorum oblationes, & miſericordia tua parce Defunctis eorum.

Ephremiticus hymnus.

Ecce oblatio oblata eſt, & animarum memoriam peregimus; ſit per ipſam requies defunctis, pro quibus oblata eſt.

Per hanc oblationem, quæ a Vivis pro defunctis oblata eſt, dimittitur animæ iniquitas, & defectus ipſius condonantur.

Qui Lazarum, & puerum Viduæ filium ad Vitam evocavit, ipſe rorem miſericordiæ ſuæ ſuper defunctorum oſſa aſpergat.

Cum Abraham Iſaac, & Jacob Fideli, fac Domine memoriam ejus, pro quo oblata eſt.

Sacerdos Ponit Patenam ſuper Calicem. Et dicunt.

Tono. *In Domum tuam ingreſſus ſum.*

Rex Cæleſtis ſuſcipe oblationem ſervorum tuorum,

ܒܐܘܪܫܠܡ ܗܝ ܕܒܫܡܝܐ ✱

ܒܐܘܪܫܠܡ ܕܠܥܠ ܘܒܥܕܬܐ ܕܐܝܬܝܗ ܥܠ

ܐܪܥܐ . ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܪܡܐ ܢܗܘܐ ܕܘܟܪܢܐ

ܠܪܚܡܝܟ ✱

ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܘܪܥܝܐ ܕܩܪܒ ܢܦܫܗ

ܚܠܦ ܥܢܗ : ܗܒ ܡܪܝܐ ܒܛܝܒܘܬܟ ܢܝܚܐ

ܠܡܝܬܝܢ ܡܗܝܡܢܐ ✱

ܠܦܓܪܟ ܨܗܝܐ ܢܦܫܝ ܘܠܘܬܗ ܠܡܬܩܪܒܘ ܕܚܠܐ

ܐܢܐ : ܚܛܗܝ ܡܟܠܝܢ ܠܝ ܘܒܪܚܡܝܟ

ܡܚܣܢ ܡܪܝ ܢܬܚܣܝܘܢ ✱

ܦܓܪܟ ܘܕܡܟ ܕܢܣܒܢ ܢܗܘܐ ܠܢ

ܐܘܪܚܐ : ܘܓܫܪܐ : ܘܡܥܒܪܬܐ : ܕܢܥܒܪ

ܕܠܐ ܕܚܠܐ ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܠܢܘܗܪܐ ✱

ܚܕܘܬܐ ܠܥܠܝܐ : ܘܣܒܪܐ ܛܒܐ ܠܬܚܬܝܐ :

ܒܩܘܪܒܢܐ ܕܚܝܐ ܩܪܒܝܢ ܚܠܦ ܡܝܬܝܗܘܢ ✱

ܡܫܡܫܢܐ ✱

ܬܘܒ ܐܦ ܠܐ ܢܨܠܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܬܘܝܢ ܘܩܒܠܢ

ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܦܪܘܩܢ . ܕܐܝܬܘܗܝ

ܐܪܙܐ ܕܚܝܐ ܕܠܐ ܡܝܬܘܬܐ ܘܠܐ ܚܒܠܐ .

ܕܢܨܠܐ

rum, & memento eorum in Cœleſti Hjeruſalem.

In ſuperna Hieruſalem, & in Eccleſia, quæ eſt ſuper terram, ſuper ſublime Altare amicorum tuorum fiat memoria.

Agnus Dei, & Paſtor qui pro Ovibus ſuis mortuus eſt, tribue Domine per gratiam tuam, requiem fidelibus defunctis.

Ad corpus tuum ſitit anima mea, & ad ipſum accedere vereor: Peccata mea me deterrent, per pietatem tuam Domine expientur.

Corpus, & ſanguis tuus, quem ſumpſimus, ſit nobis Via, Pons, & tranſitus, ut abſque periculo a tenebris ad lucem tranſeamus.

Gaudium ſuperis & bona ſpes Imis in oblatione, quam Vivi pro defunctis ſuis celebrant.

Diaconus. Etiam atque etiam oremus poſtquam digni facti ſumus ſuſcipere corpus, & ſanguinem ſalvatoris noſtri, quod eſt my-

myſterium, & pignus, quod neque præterit, neque deſtruitur. Oremus itaque, ut in nobis permaneat cum puritate, & nos ipſum munde, ſancteque conſervemus. Gloria Domino illi Bono, qui nos dignos fecit dono hoc ſpirituali.

[Syriac text]

Et poſtea dicunt.

[Syriac text]

Iterum, atque iterum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum confitemur omnibus diebus vitæ noſtræ, & gloriam ipſis offerimus.

[Syriac text]

Sacerdos diſcum Calici ſuperimponit, & circulum peragit ferendo Calicem, eoque Crucem format ad Orientalem partem, Tum ad Septentrionalem Deinde ad Occidentalem, poſtremùm ad Auſtralem, Dicens.

[Syriac text]

Etiam, atque etiam Te Domine confitemur, & laudes offerimus, quia corpore tuo nos cibaſti, & Vivo tuo Sanguine nos potaſti hominum amator miſerere noſtri.

[Syriac text]

Dia-

[illegible]

Diaconus. Etiam atque etiam completis ſanctis hiſce myſteriis Dominum oremus.

Sacerdos dicit obſignationem finalem omnibus oblationibus communem.

Benedic nobis omnibus, adjuva nos, vitæ & ſalutis viam oſtende nobi, fiat miſericordia tua ſuper nos, fratres noſtros abſentes cuſtodi, præſentes tuere, eoſque, qui in hac Euchariſtia verbo ſeu opere nobiſcum partem habuerunt; Deus, qui priorum Juſtorum Abraham, & Iſaac, & Jacob oblationes ſuſcepit, ipſe ſuſcipiat oblationes, vota, primitias, & decimas eorum: donet requiem, & præſtet bonam memoriam defunctis ipſorum, & cuſtodiat vivos præcibus Matris vitæ Deiparæ Mariæ & omnium ſanctorum in ſæcula.

Sacerdos dicit.

Ite in pace fratres Cariſſimi gratiæ, & miſerationibus SSm̃æ, glorioſiſſimæ Trinitatis commendati

cum

cum viatico, & benedictione, quam ex propitiatorio Domini altari ſumpſiſtis, triumphali Cruce redempti, Ipſa Trinitas vitam veſtram a corruptione & peccati poteſtate preſervet, noſque præcibus veſtris adjuvet Magiſtri, & Fratres noſtri in ſæcula.

Bibit Sanguinem, & dicit.

Per vivificum, ac vivum tuum Sanguinem dimittantur debita mea, & peccata mea condonentur Jeſu Verbum Deus qui ad ſalutem noſtram veniſti.

Diaconus (dicit Pſ. 33.) Benedicam Dominum.

Et poſtea dicunt (*tono*) *voces laudis*.

Laudate Dominum omnes populi alleluja. Corpus tuum comedi, & vivo tuo ſanguine etiam veniam conſecutus ſum, atque ad Crucem tuam confugi; Complaceat tibi in his Clementiſſime Domine, ac miſerere peccatoribus te invocantibus.

Lau-

ܫܒܚܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܗܠܠܘܝܐ ✱

ܠܒܫܬܟ ܦܪܘܩܐ ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܠܒ̈ܫܐ

ܕܫܘܒܚܐ ܐܠܒܫܬܢܝ ܐܦ ܗܕܪܬܢܝ : ܠܐ

ܡܪܝ ܐܠܒܫ ܢܚ̈ܬܐ ܕܒܗܬܬܐ ܚܠܦ ܗܘ

ܫܘܒܚܐ ܕܠܒܫܬ ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ✱

ܫ̄ܘ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ : ܗ̄ܠ ✱

ܣܠܩܬ ܚܢܐ ܠܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ ܠܡܩܪܒܘ

ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܪܝܐ ܨܒܐܘܬ . ܛܒܐ ܕܩܒܠ

ܒܒܣܝܡܘܬ ܩܘܪܒܢܗ̇ ܩܒܠ ܩܘܪܒܢܢ

ܘܒܥܘ̈ܬܢ ✱

ܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ :

ܗܠܠܘܝܐ ✱ ܒܨܠܘ̈ܬܗ ܕܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ

ܪܘܡܝ ܩܪܝܬܐ ܡܠܟܬܐ ܩܡܬ ܘܠܐ ܐܙܝܥܬ :

ܘܒܨܠܘ̈ܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܦ. : ܥܠ ܥܕܬܐ ܘܥܠ ܒܢ̈ܝܗ̇

ܟܠܗܘܢ ܢܗܘܘܢ ܪ̈ܚܡܐ ✱

ܨܠܘܬܗ̇ ܕܒܪܝܟܬܐ ܫܘܪܐ ܬܗܘܐ ܠܢ ܘܡܥܕܪܢܝܬܐ

ܗܠܠܘܝܐ : ܨܠܘܬܗ̇ ܥܡܢ ܬܗܘܐ ܒܪܟܡܪܝ ✱

ܗܝ ܣܒܠܬܐ ܕܚܙܐ ܝܥܩܘܒ ܠܟܝ ܨܝܪܐ

ܗܘܬ ܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ : ܕܣܒܪܗ ܗܘ

ܕܟܠ

Laudate eum, omnes gentes alleluja. Ex aqua indui te Redemptor, & veſtibus glorioſis me condecoraſti; ne induar, Domine, veſtibus ignominiæ pro gloria illa, qua ex baptiſmo indutus ſum.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto. alleluja. Aſcendit Anna ad ſanctum templum, ut Domino Sabaoth oblationem afferret; Bone, qui benigne ſuſcipere dignatus es illius oblationem, ſuſcipe oblationem noſtram, noſtraſque orationes.

A ſæculo, & uſque in ſæculum ſæculorum Amen Allel. Orationibus Simonis Cephæ Roma Urbs Regia immota ſtetit: Orationibus Sancti *N.* ſuper Eccleſiam, ejuſq. Filios omnes fiant miſerationes.

Oratio Benedictæ (*Deiparæ*) murus ſit nobis. Allel. ejus oratio nobiſcum ſit. Benedic Domine. Scala, quam vidit Jacob Te præſignabat Virgo Dei Genitrix, quia cunctorum ſpes;

ſpes Deus, ut animum deſpondentibus ſpem faceret in te deſcendit.

Oratio Martyrum nos adjuvet, & tibi Domine gloria. allel. Beati Prophetæ, Apoſtoli, & Martyres, qui in regnum ingreſſi ſunt, ibique manentes vident Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum, & in coronis ſuis lætantur.

Requies ſit Fidelibus Defunctis, & Tibi Domine gloria, alleluja. Quietem eis præſta. Benedic Domne. Patrum, ac Fratrum noſtrorum defunctorum, memoriam Domine cum ſanctis tuis exalta, & ſcribe nomina eorum in libro vitæ in cæleſti Hjeruſalem.

Alius (*hymnus*) gaudete juſti (*initium toni*)

Non in judicium, neque in vindictam ſit nobis Domine, corpus tuum, & ſanguis tuus, quæ ſumſimus, ſed ad remiſſionem debitorum, veniam, & ſtationem ad dexteram tuam, alleluja, cum ſanctis tuis. Lau-

ܣܒܪܢ ܗܘܐ ܕܢܚܬ ܣܒܪܐ ܠܫܝܘܠ ܣܒܪܐ
ܠܐܢܫܐ ܣܒܪܐ ܕܦܣܩܘ ✱

ܨܠܘܬܗܘܢ ܕܣܗܕܐ ܬܥܕܪܢ ܘܠܟ ܡܪܝܐ
ܫܘܒܚܐ ܗ̄ܠ ✱ ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܢܒܝܐ ܛܘܒܝܗܘܢ
ܠܫܠܝܚܐ ܘܣܗܕܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܥܠܘ ܘܫܪܘ
ܚܙܘ ܡܠܟܘܬܐ : ܕܐܝܟ ܚܙܝܢ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ
ܘܠܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ : ܘܡܬܒܣܡܝܢ
ܒܟܠܝܠܝܗܘܢ ✱ ܢܝܚܐ ܠܥܢܝܕܐ ܡܗܝܡܢܐ
ܘܠܟ ܡܪܝܐ ܫܘܒܚܐ ܗܠܠܘܝܐ : ܐܢܝܚ
ܐܢܘܢ ܒܪܚܡܝܟ ✱ ܒܪܟ ܡܪܝ ܕܐܒܗܬܐ
ܘܐܚܝܢ ܕܥܢܝܕܝܢ ܕܘܟܪܢܗܘܢ ܡܪܝܐ ܥܡ ܩܕܝܫܝܟ
ܥܠܝ : ܘܟܬܘܒ ܐܢܘܢ ܒܟܬܒܐ ܕܚܝܐ
ܒܫܡܝܐ ܕܝܠܟ ܘܒܐܘܪܫܠܡ
ܕܠܥܠ ✱

ܐܚܪܬܐ ܚܕܘ ܙܕܝܩܐ :

ܠܐ ܠܕܝܢܐ ܘܠܐ ܠܬܒܥܬܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ܡܪܝܐ
ܦܓܪܟ ܘܕܡܟ ܕܩܒܠܢ . ܐܠܐ ܠܚܘܣܝܐ
ܕܚܛܗܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܘܠܡܩܡܐ ܕܡܢ ܝܡܝܢܟ
ܗܠܠܘܝܐ ܥܡ ܩܕܝܫܝܟ ✱

ܫܘܒܚܐ

[illegible]

Laudate, Laudate Deum Dixit David, in cythara, & cynara, creatori enim omnium linguarum convenit laus ab omnibus oris. all. gloria ejus nomini.

Gloria Filio Dei, qui coram Diſcipulis ſuis in cęnaculo corpus proprium fregit, & ſanguinem ſuum purum miſcuit, calicem vitæ & ſalutis Filiis Adæ, alleluja, omni credenti.

Manus, quæ palmas ſuas extenderunt, accipiant a te arrhabonem Fili Dei, ne comprimantur in die judicii: In die noviſſimo ab ardore flammę Alleluja, libera eas.

Ave arca aurea, quam fecit moyſes, Maria Virgo Sanctiſſima: Ave fons benedictionum, ex te enim profluxerunt aquæ lætificantes, Alleluja, oratio tuà nos adjuvet.

Martyres, qui aromata non obtuliſtis vanis, ac inutilibus idolis, Reges depoſitis ſuis coronis adorant coram oſſa veſtra, al-

leluja oratio veſtra nos adjuvet.

Memento Domine cum ſancti tuis, Patrum, ac fratrum noſtrorum, qui defuncti ſunt, & nomina eorum ſcribe in libro vitæ, ac in hjeruſalem cœleſti Alleluja, parce nobis, & illis.

Alleluja, Al. Al. Gloria Tibi Deus: All. All. All. Gloria tibi Deus: All. All. All. gloria Tibi Deus. Domine miſerere noſtri, & adjuva nos, & ſpem, ac ſalutem fac Animabus tibi ſupplicantibus pſalmis, canticis, oblationibus & orationibus, memoriam agamus Patrum noſtrorum, qui nos, cnm viverent, docebant, ut Filii Dei eſſemus. Fili Dei da eis requiem in cæleſti perenni ac indifectibili regno cum ſanctis, & juſtis.

Sacerdos in fine obſignat.

Benedictio D. N. J. C. adveniat e cœlo, & illabatur ſuper me, & ſuper vos ac dimittat debita veſtra,

ſtra, condonet defectus veſtros, requiem præſtet ſpiritibus Deſunctorum, veſtrorum, nomina veſtra in cœleſti ipſius regno ſcribat, atque nos, & vos eripiat Deus a reatu, & confuſione in die recti juſtique judicii. Pater, & Fili, & Spiritus Sancte, tibi gloria in ſæculum ſæculorum Amen.

Sacerdos poſt ſumtionem corporis miniſtrat (ſcilicet abſtergit, ac emundat) *& dicit orationem hanc.*

Oblatio, quam hodie obtulimus, placeat Domino Deo, & Angelis ejus electis, ac ſanctis: & per eam Dominus præſtet quietem, ac memoriam bonam omnibus Fidelibus defunctis, ac potiſſimum illi, pro quo, & propter quem hodie oblatio illata eſt.

Et dum abſtergit diſcum dicit.

Corporis, ſanguiniſque tui pretioſi ignis vivus, chriſte Deus noſter, extinguat ardorem ignis, &

cruciatus potentes, ac tremendos a membris meis, & ab animabus corporibuſq. Fidelium Defunctorum, qui te ex acqua, & ſpiritu induerunt. Voca & conſtitue eos in noviſſima die, quemadmodum promiſiſti, a parte tua dextera: Domine Deus noſter in ſæcula.

Et cum abſtergit digitos ſuos ter, ac primo dexteræ manus, dicit.

Modulentur digiti mei laudes tuas, & os meum confeſſionem tuam; Per clavos manibus tuis, & Pedibus infixos, per lanceam, quæ latus tuum aperuit, parce mihi delicta & peccata mea.

Ad manum ſiniſtram dicit.

Cuſtodi me Domine ab omnibus noxis, & Dextera tua adjuvet me, & ab operibus ſiniſtris præſervet me, in ſæcula ſæculorum.

Et cum bibit vinum quod pro ablutione miſcuerat, dicit.

Ine-

ܘܕܚܝܠܐ ܡܢ ܗܕܡܝ ܘܡܢ ܢܦܫܬܐ ܘܦܓܪܐ
ܕܡܗܝܡܢܐ ܡܥܢܝܕܐ ܕܠܒܫܘܟ ܡܢ ܡܝܐ
ܘܪܘܚܐ ܃ ܩܪܝ ܃ ܘܐܩܝܡ ܐܢܘܢ ܒܩܝܡܬܐ
ܐܚܪܝܬܐ ܃ ܐܝܟ ܕܐܫܬܘܕܥܬ ܃ ܡܢ ܓܒܐ
ܕܝܡܝܢܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ ܠܥܠܡܝܢ ܀
ܘܐܡܐ ܕܡܫܘܝܫ ܨܒܥܬܗ
ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܘܩܕܡ
ܕܝܡܝܢܐ ܐܡܪ ܃
ܢܙܡܪܢ ܨܒܥܬܝ ܠܬܫܒܘܚܬܟ. ܘܦܘܡܝ
ܠܬܘܕܝܬܟ ܣܟܐ ܕܐܬܩܒܥܘ ܒܐܝܕܝܟ ܘܒܪܓܠܝܟ
ܒܠܘܓܟܝܐ ܕܦܬܚܬ ܓܒܟ ܚܘܣ ܥܠܝ
ܚܛܗܝ ܃ ܘܣܟܠܘܬܝ ܀
ܘܥܠ ܕܣܡܠܐ ܀
ܢܛܪܝܢܝ ܡܪܝܐ ܡܢ ܟܠ ܢܟܝܢܝܢ ܃
ܘܝܡܝܢܟ ܬܥܕܪܝܢܝ ܡܢ ܥܒܕܐ ܣܡܠܝܐ
ܬܢܛܪܝܢܝ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀
ܘܟܕ ܫܬܐ ܚܡܪܐ ܕܡܙܓ
ܡܢ ܡܫܝܓܘܬܐ
ܐܡܪ ܃

ܢܪܘܐ

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Inebriabuntur ab ubertate Domus tuæ, delicioſo torrente tuo potabis eos, quoniam ſons vitæ apud te eſt.

Cum abſtergit Calicem dicit Ephremiticum (cantum)

Abſterge, Domine ſpongia clementiæ tuæ omnia debita mea, & peccata, quæ coram te feci dimitte per miſericordiam tuam. Rex chriſte, Vivificator noſter, quia adminiſtravi tua ſancta myſteria, dignum me fac qui cum Piis, & Juſtis qui te dilexerunt, & amarunt, miniſtrem nitide tibi Domine in regno tuo cœleſti, ſemper Domine, Amen. nunc & in ſæculum ſæculorum.

Et dicit poſt obſignationem.

Quia corpus tuum ſanctum comedi, ignis ne me devoret, & quia illud oculis meis appoſui, clementiam tuam, Domine, videant. Non fui tibi Domine hic peregrinus, ne ſim ibi extraneus; ne ſtatuas;

[illegible] tuas;

tuas me a latere, ubi hædi ſtabunt, ſed cum agnis filiis Dexteræ fac, ut te collaudem. Viaticum te mihi pro via ſumſi, Fili Dei, & cum eſurii, ex te comedi ſalvator mundi. Corporis ſanguiniſque tui odore pulſus a membris meis ignis recedat. Baptiſma tuum ſit mihi navis, quæ undis non obruatur, & per eam a loco Periculi, & terroris ad vitæ regionem tranſeam.

Et dicit hanc precationem.

Concede mihi Deus tui ſancti ſpiritus gratiam quã puris diſcipulis tuis in cœnaculo Syon, & in monte oliveto tribuiſti, nec auferas eam a me in hoc, aut in futuro ſeculo, quia a te eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, o lux luminum & creator ſæculorum, tibi offerimus adorationem, & gloriam nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et poſtea dicit.

Mane in pace Altare ſanctum,

ܘܠܘܬܟܝ ܐܗܦܟ ܒܫܠܡܐ. ܘܩܘܪܒܢܐ
ܕܢܣܒܬ ܡܢܟܝ ܢܗܘܐ ܠܝ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܘ̈ܒܐ
ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚ̈ܛܗܐ܆ ܘܠܡܩܡܘ ܕܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܚܘ̈ܒܐ ܘܠܐ ܒܗܬܬܐ. ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ
ܐܢ ܐܗܦܟ ܐܩܪܒ ܥܠܝܟܝ ܩܘܪܒܢܐ ܐܚܪܢܐ
ܐܘ ܠܐ ܀

ܟܗܢܐ ܡܢ ܫܠܚ ܡ̈ܐܢܘܗܝ ܕܩܘܕܫܐ
ܢܣܝܡ ܒܣ̈ܡܐ ܠܚܘܣܝܐ ܕܥܢܝ̈ܕܐ ܟܕ ܐܡܪ ܀
ܬܬܪܥܐ ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ
ܒܪܝܚܐ ܗܢܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ܕܡܩܪܒܐ ܡܣܟܢܘܬܢ
ܠܢܝܚܐ ܘܚܘܣܝܐ ܕܥܒܕܟ ܆ ܐܘ ܕܥܒ̈ܕܝܟ
ܘܐܡܬܟ ܐܘ ܕܐܡ̈ܗܬܟ ܆ ܘܥܠ
ܢܦ̈ܫܬܐ ܕܐܒ̈ܗܝܢ ܘܕܐܚ̈ܝܢ ܘܕܐܚܝ̈ܢܝܢ ܆
ܘܥܠ ܕܟܠܗܘܢ ܕܥܡܢ ܛܒ̈ܬܐ ܥܒܕܘ ܘܥܠ
ܢܦ̈ܫܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܢܝ̈ܕܐ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܆
ܒܫܡ ܐܒܐ ✠ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܐܡܝܢ ܀

ctum , & ad te in pace revertar: oblatio, quam ex te ſumſi , proſit mihi ad remiſſionem debitorum , & indulgentiam peccatorum, utque coram throno chriſti abſque reatu , & ſine confuſione aſſiſtam . Neſcio utrum revertar, aliamque oblationem offeram ſuper te, nec ne , ignoro .

Sacerdos ſacris veſtibus exutus ponat aromata , pro Defunctorum expiatione dicens .

Placeat ſanctæ Trinitati , & glorioſæ hic aromatum ſuffitus , quem offert humilitas noſtra pro requie & propitiatione ſervi tui *aut* ſervorum tuorum ; Ancillæ tuæ, *aut* Ancillarum tuarum ; & pro animabus Patrum , Fratrum , & propinquorum noſtrorum , & pro omnibus , qui nobiſcum bona fecerunt, & pro animabus omnium Fidelium Defunctorum In nomine Patris ✠ & Filii , & ſpiritus Sancti Amen .

ܨܠܘܬܐ

Ora-

Oratio pro Benedictione Panis.

Gratia Sanctæ Trinitatis e cœlo deſcendat, & illabatur ſuper ✠ hanc ✠ Benedictionem ✠ & ſuper diſtribuentes eam, & ſuper ſumentes ex ea, & ſuper miniſtrantes eam, & ſuper omnes, qui participarnnt, & participant in ea miſerationes Dei fiant in utroque ſæculo. Amen.

ܨܠܘܬܐ ܕܥܠ ܒܘܪܟܐ ܕܠܚܡܐ ✠

ܛܝܒܘܬܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܬܚܘܬ ܡܢ ܫܡܝܐ܆ ܘܬܓܢ ܥܠ ✠ ܗܢܐ ✠ ܒܘܪܟܐ ✠ ܘܥܠ ܡܦܠܓܢܘܗܝ ܘܥܠ ܢܣܒܢܘܗܝ ܘܥܠ ܡܫܡܫܢܘܗܝ܆ ܘܥܠ ܟܠ ܡܢ ܕܐܫܬܘܬܦܘ ܒܗ܆ ܘܡܫܬܘܬܦܝܢ܆ ܢܗܘܘܢ ܪܚܡܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܒܬܪܝܗܘܢ ܥܠܡܐ ܐܡܝܢ ✠

S. JOANNIS MARONIS THEOPHORI

Civitatis Dei Antiochiæ Patriarchæ

EXPOSITIO MINISTERII OBLATIONIS D. JACOBI APOSTOLI

FRATRIS DOMINI NOSTRI

NUNC PRIMUM LATINE CONVERSA PRODIT.

CAPUT PRIMUM.

De Oblatione Sacrificii.

POſtquam de Pontificatu Eccleſiaſtico fuſiori calamo diſſeruimus, ut ſatis veſtræ, o Religioſiſſimi, & Cariſſimi Filii veritatis Orthodoxæ Fidei amantes, petitioni faceremus, reliquum nunc eſt, ut alteram veſtri recti deſiderii partem expleamus: utque propoſitum nobis ſcopum aſſequamur, de Oblatione oblationis, incruento ſcilicet Sacrificio ſermonem inſtituemus. Nullum enim eſt, ſine ſacrificio Sacerdotium, nec ſine Sacerdotio ſacrificium, neque ulla ſine utriſque Religio: Vera ſiquidem Dei ſcientia ſine Sacerdotio, ſacrificio, ac religione conſiſtere non poteſt.

Quoniam autem Sacrificii Oblatio per Sacerdotium peragitur, myſterium propterea Sacerdotij Oblationis ſacrificii myſterio præpoſuimus. Idque exemplo Sancti Dionyſii fecimus, qui poſt traditam de baptiſmi myſterio doctrinam, ad Sacrificii Oblationis myſterium ediſſerendum progreditur;

eaque ratione Sacrificio Baptiſmum præponit, qua ſcilicet per hunc primum effingimur, ac formamur divinamque ſimilitudinem referimus, ac poſtea alia myſteria participamus, Infantis inſtar, qui in utero primum conformatur, deinde poſtea generatus editusſque hujus mundi luce, ac deliciis perfruitur.

Duplici autem pacto primum ſibi locum aliquid vindicare dicimus, ordine ſcilicet, aut dignitate. Ac ordine quidem baptiſmus, acSacerdotium, Sacrificii oblationem præeunt; baptiſmus enim divina eſt generatio, ac lumen primum, & principium, Sanctorumque operum radix; Sacerdotium vero perficit omnia myſteria. At Sacerdotium baptiſmus antecedit, quia urgente neceſſitate, ac deficiente Sacerdote, Baptiſmum conferre licet Diacono, eoque inferioribus, quemadmodum fecit mulier illa Antiochena, quæ filios ſuos in maris periculo conſtitutos baptiſmo initiavit.

Dignitate autem oblatio omnia myſteria præcedit, omnium enim eſt finis & conſummatio. Atque, uti a nonnullis Doctoribus definitur, miniſterium eſt, quod per corporeas materias a vilibus Altiſſimo offertur cum ſpe remiſſionis peccatorum, exauditionis precum, & in gratiarum actionem.

Et oblationes quidem antiquorum e mutis Animantibus, & aſperſione ſanguinis fiebant propter naturales quoſdam adfectus, & ſtultitias, quas muta veluti animantia admittebant. Eapropter ob Adulterium, homicidium & reliqua peccata mortalia, quæ homo conſulto, ac prudenter committit, minime offerebantur; ad hujuſcemodi enim delictorum veniam obtinendam ineptiſſima erant animalium ſacrificia, atque hæc profecto cauſa erat, cur ſacrificia legalia pro illis nequaquam offerrentur; juſtum enim, ac æquum eſt, ut pro peccatis, quæ homo mutum veluti animal perpetrat, mutum quoque animans offeratur; pro iis autem, quæ

quæ ut ratione prædita admittit, rationalis quoque homo offerretur.

Quoniam autem omnis homo peccator eſt. Et fieri nequaquam poterat ut peccator pro peccatoribus offerretur, omnis quippe peccator eget, opus proinde fuit, ut ipſe Dominus Verbum Dei Patris carnem aſſumeret, & hominis Filius fieret, ac nobis per omnia ſimilis excepto peccato ſuam perſonam victimam pro nobis daret, atque peccatum, quod eſt radix mortalitatis deleret, ſalutemque omnibus nobis impertiretur. Quam ob rem Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, a Joanne fuit cognominatus, ejuſque Sanguis pretioſus in remiſſionem peccatorum fuit effuſus; Sic namque Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret, qui oblatio viva, & rationalis pro omnibus creaturis oblatus, & reconciliavit ſuæ magnitudini ſæcula, ac ima ſummis pacavit.

Ut autem Eccleſiam Sponſam ſuam perpetua hoſtia propitiatoria inſtrueret, & muniret, pie ac miſericorditer proſpexit, atque conſilium excogitavit ſane prudentiſſimum, in illa ſiquidem ipſa nocte, in qua tradebatur pro vita, & ſalute Mundi, accepit panem in manus ſuas ſanctas, puras, & immaculatas, ac ſuſpiciens in Cælum oſtendit Deo Patri, gratias egit, benedixit, ſanctificavit, deditque Diſcipulis ſuis Sanctis Apoſtolis, dicens „ Accipite, Comedite ex eo: „ Hoc eſt enim corpus meum, quod pro vobis, & pro multis „ frangitur, & datur in remiſſionem peccatorum „ Simili etiam modo poſtquam cænaverunt, accepit Calicem, quem & miſcuit vino, & aqua, ſuſpiciens in Cælum oſtendit Deo Patri, gratias egit, benedixit, ſanctificavit, deditque iiſdem Diſcipulis ſuis ſanctis, dicens „ Accipite, & bibite ex eo omnes: Hic eſt enim Sanguis meus novi Teſtamenti, qui pro „ multis effunditur, & datur in remiſſionem peccatorum „ Et quemadmodum ipſe fecit, Diſcipulos ſuos facere juſſit dicens

cens „ Hoc facite in mei memoriam, quotieſcumque de pane „ iſto manducaveritis,& mixtum, quod eſt in hoc Calice, bi- „ beritis, mortem meam annunciabitis, & reſurrectionem „ meam profitebimini donec veniam.

Hoc autem in præcepto Sancti Patres noſtri tria agnoſcunt I. Sacerdotij Apoſtolorum perfectionem contineri ajunt cum dixit eis: *Hoc facite*, de quo diſſeruimus in tractatu de Sacerdotio II. Per ly: *Hoc*: Sacrificium ejuſque ex pane & mixtione vini,& aquæ, perfectionem demonſtrare ipſum docent III. Mandatum complecti tradunt, quo jubentur, ut hoc faciant in ipſius memoriam, & commemorationem diſpenſationis ejus pro nobis,crucifixionis ſcilicet, mortis, ſepulturæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis in Cælum, ejuſque Seſſionis ad dexteram, ac cætera, quæ S. Apoſtolus Jacobus commemorat in oratione, quæ in ejus oblatione, hoc præceptum ſubſequitur.

CAPUT II.

De cognominibus Perfectionis Oblationis Sacrificii, ac de illorum ſignificatione.

ANtequam de iis ſingillatim, quæ circa Sacro Sancta corporis, & ſanguinis Domini noſtri myſteria peraguntur, ſermonem inſtituamus, ac per quoſdam veluti gradus, velum, quod eis obtenditur, ſenſim removeamus, atque ante oculos Auditorum Deum timentium, eadem palam apertoque ponamus: De nominibus, quibus perfectio hæc appellatur, nobis eſt diſſerendum. Hujuſmodi itaque perfectioni multiplicia edita ſunt nomina. Quæ cœteris præſtantiora, fructuque uberiora, ad decem apud Sanctos Patres noſtros numeramus. Ea autem ſunt. 1. Synaxis. 2. Acceſſus. 3. Oblatio 4. communio. 5. myſterium. 6. complementum Comple-

plementorum 7. Euchariſtia 8. miniſterium. 9. Anaphora. 10. ſacrificium.

Synaxis autem appellatur, quod vitas, quæ in nobis ſunt, diviſas, necnon alias diviſiones colligat, atque cum uno Deo conjungat. Verum ſi quis interroget, quamobrem huic uni miniſterio, id cognominis ſit factum, cum cœteris quoque miniſteriis, ſive baptiſmus ſit, ſive Ordo, eadem inſit virtus, ut ſcilicet vitas noſtras diviſas in unum redactas cum uno copulent, ac cum Deo participes efficiant. Si enim cætera eandem vim, & efficientiam habet, eodem hoc etiam nomine, ut & ipſa vocentur oportet. Sin autem minus: Sancta profectó non ſunt.

Dicimus, quod, ſi ſingulas Summi Sacerdotij perfectiones penitius inſpicias, & ſingula miniſteria; hæc conjunctionem, communionemque inter nos, & unum Deum nequaquam ex ſeipſis perficiunt: Eaque propter huic uni perfectioni hocce nomen eſt impoſitum. Cætera ſiquidem ſigna ſine hoc ſunt imperfecta, complementum enim & finis omnium ſignorum, nec non eorum, quæ per ipſa perficiuntur, eſt communio ac conjunctio cum hoc myſterio; merito proinde ex ſua ipſius Dominica virtute Synaxeos nomen ſibi peperit. Quemadmodum autem omnia Sancta ſigna, ſive ordo ſint, ſive ſacrificii oblatio, appellamus illuminationem; Baptiſmus, vero quia primam confert illuminationem, ipſe unus præ cæteris illuminatio vocatur, eodem pariter modo myſterium hoc oblationis Sacrificii, quia eſt finis, & perfectivum omnium, ſibi uni hoc cognomen ſumit.

II. Acceſſus vero dicitur, ex eo, quod per ipſum acceſſerunt ad invicem Abſentes, & præſentes, cœleſtes, & terreſtres juxta S. Pauli ſententiam.

III. Oblationis autem nomen habet, cum ex eo, quod oblatio fuit in cruce Deo Patri pro peccatis noſtris, ut ait Apoſtolus, obtulit ſemetipſum pro nobis &c. Tum etiam quia ipſe

Dom

minus noſter illam obtulit,cum accepit panem in manus ſuas ſanctas, & elevatis oculis in cœlum ad Deum, illum benedixit, ſanctificavit, ſuumque corpus effecit in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam; tum denique quod juxta Domini noſtri verbum quotidie offertur ſuper altare in expiationem debitorum, & in remiſſionem peccatorum; ſiquidem in veteri quoque lege, ſacrificia, quæ pro peccatis offerebantur,oblationes adpellabantur.

Communio vero vocatur, quod Dei participes nos efficiat, quocum conjungimur chriſti corpus, & Sanguinem percipientes, ac unum cum ipſo corpus efficimur,juxta illud ,, qui manducat corpus meum, & bibit meum ſanguinem in ,, me manet,& ego in eo,, & juxta hæc,,membra ſumus Chri- ,, ſti.

At myſteria dicuntur, quia Chriſtus illa myſtice commendavit diſciplulis ſuis in cænaculo. Si autem quærat quis cur cum myſterium abſolute dicimus, corporis, & ſanguinis Domini noſtri myſterium intelligimus; quandoquidem myſteria quoque adpellantur, & revera ſunt, Baptiſmus, confirmatio, Ordo, pœnitentia, & matrimonium juxta Chriſtianam legem initum, necnon lampas, unctio ſcilicet cum oratione ſuper Infirmos. Huic reſpondemus, quod licet & hæc revera ſint myſteria,hoc tamen,quod cœteris præſtantius eſt, myſterium myſteriorum Sancti Patres noſtri illud adpellarunt, ideoque cum myſterium abſolute audimus, hoc myſterium myſteriorum intelligimus.

Complementum complementorum nominatur, quia omnes complectitur, & circumſcribit perfectiones. Ad hæc, Jeſus ipſe, qui eſt myſteriorum Dominus, myſticis ſpeciebus tectus in hoc ac velatus, reliqua perficit, expletque myſteria. Præterea, quia per ipſum, cum illo, qui eſt perfectiſſimus copulamur.

Euchariſtiæ autem vocabulum ex eo oritur, quod gratia-

tiarum actionis ſacrificium ſit, quod pro acceptisbonis offerimus juxta illud: *Hæc eſt lex ſacrificii, quod offeratur Domino, ſi pro gratiarum actione illud quis offerat, offerat pro ſacrificio gratiarum actionis ſuæ placentas Azimi oleo conſperſas*:eaque vox deſumta eſt ex illo Act. „ erant communi- „ cantes in oratione, & fractione Euchariſtiæ „ Aliquando vero pro labiorum Sacrificio accipitur juxta illud: *ſacrificate Deo confeſſionem*.

Miniſterii Vox ex illo Act. Apoſtolorum derivata eſt: „ Miniſtrantibus illis,& jejunantibus dixitSpiritus Sanctus „ ibi enim loci, verbum *miniſtrantibus*; pro *Sacrificium offerentibus* Sancti Patres noſtri ex Apoſtolica traditione expoſuerunt. Indeque factum eſt, ut corporis, & Sanguinis Domini noſtri perfectio communiter Miniſterium adpellaretur.

Anaphora vero, eſt veli nomen, quo myſteria eguntur. Eamque vocem non ad ipſa myſteria ſignificanda, illorumve perfectionem declarandam, ſed ad officium, ac miniſterium, quod in hoc myſterio conficiendo impenditur, deſignandum adhibuerunt.

Sacrificium a verbo *ſacrificauit* ideſt mactavit, derivatum eſt, idque nomen genus quoddam eſt, quod plures in ſpecies ſub ſe contentas partitur ac dividitur;ſpecies vero ſeu modi ſunt ſequentes. J. Sacrificium adpellatur illud, quod per mactationem, & ſanguinem pecorum, & Taurorum &c. olim fiebat ab Antiquis. De quo lex præſcribebat. IJ. Sacrificium eſt & illud, quod Chriſtus ipſe in Cruce obtulit, cujus figura erat Sacrificium Umbratile. III. Sacrificium eſt oblatio hæc ex pane, & commixtione vini, & aquæ, quum ipſummet ſit corpus,&Sanguis Domini,quod in Crucis Ara immolatum fuit, & offertur quotidie ſuper Altare, quod ab ipſa immolatione nomen accepit, & frangitur, ac datur per manus Sacerdotum in expiationem debitorum, & remiſſionem peccatorum,id quod ipſe veritatis Dominus hiſce ver-

verbis teſtatur *hoc eſt enim corpus meum & hic eſt calix Sanguinis mei.* Sacrificium autem hoc incruentum adpellatur, ut ab illo legali, quod per Sanguinem fiebat, ſecernatur; atque ab eo, quod per pretioſi Sanguinis Domini noſtri effuſionem in crucis ligno conſummatum eſt, diſtinguatur. IV. Occiſioni ſimiliter Martyrium idem Sacrificii nomen inditum eſt V. Idem etiam nomen damus paſſionum Corporis mortificationi malarumque cogitationum ceſſationi. Neque animatas ſolum, ſed inanimes etiam res, ſacrificia adpellare conſuevit Scriptura: confeſſioni enim Sacrificii nomen tribuit: *ſacrificate*, namque, *Deo Confeſſionem*: quemadmodum & Dei Laudi: *ſacrificate illi ſacrificia laudis*: nec non & Spiritui humiliato *Sacrificium Deo Spiritus humiliatus*.

At reponet quis dicens: undenam argumenta ducis, quibus iſtam corporis, & Sanguinis Domini noſtri perfectionem, reverâ eſſe vocarique Sacrificium probetur?

Ad hunc reſpondemus: id a Sanctis Apoſtolis acceptum atque a Religioſiſſimis Patribus noſtris traditum ad nos perveniſſe. D. enim Jacobus Domini noſtri Frater in ſuo miniſterio in Oratione commemorationis diſpenſationis Dominicæ hæc habet „ Offerimus tibi hoc tremendum, glorio- „ ſum, & incruentum Sacrificium „ Petrus in primo ſuo miniſterio in commemorationibus „ Fac Domine, per hoc ſacri- „ ficium quod tibi a noſtris manibus peccatricibus offertur; „ memoriam bonam Patribus noſtris „ Et in altero miniſteri- „ ſic complaceat Domine gratiæ tuæ, & ſuſcipe etiam Sacrio „ ficium hoc vivum, & incruentum „ Duodecim Apoſtoli in parva ſua Anaphora „ offerimus tibi Domine omnipotens, „ hoc Sacrificium pro Univerſo Grege tuo „ Joannes Evangeliſta in ſua oblatione „ Commemoramus coram te Domine „ Deus in hoc Sacrificii huius inſtanti, cunctas Eccleſias tuas Sanctas „ Marcus item Evangeliſta „ Rogamus te Domine, „ ut tremendum hoc Sacrificium ſuſcipias de manibus noſtri

pecs-

peccatoribus „ Cyrillus Alexandrinus „ Suſcipe , o Domine, hoc noſtrum Sacrificium „ D. Joannes Chryſoſtomus „ Corrobora nos Domine, ut incruentum hoc , & ſpirituale Sacrificium pro peccatis , & inſipientiis gregis tui tibi offeramus „ D. Jacob Niſibenus in cantu de Angelis „ Ecce diſtribuitur per manus Sacerdotum, quoniam nutui ejus placuit, ut pro peccatoribus vivificandis Sacrificium fieret „ D. Ephrem in cantico de ipſa oblatione „ placare Domine, & ſacrificium hoc de manibus noſtris ſuſcipe ,atque per ipſum inſipientiis & defectibus Filiorum Eccleſiæ propitius eſto „ Et in cantico de S. Trinitate „ „ Hoc eſt vivum Sacrificium , quod ſuis Allegoriis juſti figurarunt „ ſimili etiam modo locuti ſunt Sancti Patres Univerſi , Eceleſiæque Doctores probati . Dicimus ergo panem cœleſtem eſſe vere, ac re Corpus Filii, & quidem illud ipſum corpus, quod ipſe ex Maria Virgine aſſumſit, & pro nobis in cruce immolatum fuit. Atque hoc ipſum offertur quotidie ſine Sanguinis effuſione per manus Sacerdotum in expiationem debitorum, & in remiſſionem peccatorum.

Hinc nonnulli Doctores dicunt, quod verbum *effunditur* quod ſuper calicem profertur, futuri temporis vim poteſtatemque habeat, ac in aliquibus codicibus *effundetur* ſcriptum reperiatur, idque aperte ſatis præſeferunt verba ipſa, quæ Dominus noſter tunc adhibuit cum Sanguinem ſuum diſcipulis ſuis daret inquiens „ accipite bibite ex eo omnes: Hic eſt enim Calix Sanguinis mei novi teſtamenti,qui pro vobis, & pro multis effunditur „ quorum ſenſus eſt : calix Sanguinis meis, quem modo do vobis ſub ſpeciebus mixti hujus quod eſt in calice, effundendus eſt ſuper lignum Crucis.

Sunt etiam, qui perfectionem hanc deprecationem adpellent ex eo, quod in nonullis Codicibus Syriace conſcriptis Act. Apoſtolorum legatur *deprecantibus* pro *Miniſtrantibus*

tibus hoc pacto ;, Jejunantibus, & deprecantibusDeum, illis Spiritus Sanctus dixit,,

Præter hæc, alia etiam myſterio huic a Sanctis Patribus noſtris edita ſunt cognomina, veluti: Gratiarum actio, Benedictio, ſanctificatio, fractio, donum, quæ ex iis canonis verbis deducta ſunt, ubi dicitur gratias egit, benedixit, ſanctificavit, fregit dedit. Ad hæc, Carbonis quoque nomen eidem impoſuerunt, quod peccata noſtra conſumat, penituſque conficiat, noſtraſque immanes paſſiones diſturbet, ac diſſipet. Elationis vocabulum ex eo venit, quod ſuper altare efferatur. Illud autem hic vos moneo, ut nomina hæc, quamvis de uno eodem dicantur adeut indiſcriminatim unum pro altero accipi poſſit, eandem ſignificationem omnia æque habere minime exiſtimetis. At rei nomina quædam eſſe intelligatis, uti ,, oblatio, ſacrificium; quædam autem Officii ,, ut *acceſſus miniſterium*, alia vero finis ut ,,ſynaxis, complementum complementorum ,, alia denique indumenti, ut, Anaphora.

CAPUT III.

De Variis Miniſteriis, deque illorum Authoribus.

ETſi multa apud nos Syros circumferantur miniſteria, quæ tamen admittimus & comprobamus magnoque in pretio ac honore habemus duodecim ſunt numero. Ex his autem ſex Sanctorum Apoſtolorum nominibus illuſtrantur, quæ Syriacè conſcripta, ac per manus deinceps tradita ad nos pervenerunt. Ac primum quidem Jacobum Apoſtolum Domini noſtri Fratrem habet Authorem: Secundum vero Apoſtolis attribuitur, quod ut ab altero eorundem Apoſtolorum, cui magni eſt ineditum nomen, diſtinguatur, parvum adpellatur. quartum autem & ſextum Petri nomine nuncu-

pa-

patur, atque hoc inter utrumque intereſt, quod illud quidem I., hoc autem ſecundum vocatur. Sextum demum Johanni Fvangeliſtæ adſcribitur. Ex ſex vero reliquis I. quidem a Marco Evangeliſta Egyptiacé ſecundum nonnullos, Græcé ſecundum alios conſcriptum fuit. Secundum eſt Cyrilli, de quo pari etiam modo trahunt Authores III. Baſilio Authore clareſcit, & IV. Joannis Chriſoſtomi, quæ Græce primum conſcripta, jam diu Syriace reddita ſunt V. eſt Xyſti Papæ Romæ. VI. denique Julii itidem Papæ Romæ.

Omnibus autem Oblationibus antiquitate præſtare D. Jacobi miniſterium ſeu oblationem, ad quam reliquas factas, atque ad regulam veluti exactas affirmamus. Ipſe enim omnium primus in Sionis cœnaculo Corporis, & Sanguinis Domini myſterium perfecit mandatum exequens quod ipſe Dominus noſter Diſcipulis ſuis ibidem dederat dicens *hoc facite in mei memoriam*. Illud præterea veræ Patrum noſtrorum traditioni, quæ ab Apoſtolis accepta ac permanus deinceps tradita ad nos deducta eſt, inſiſtentes dicimus, qood die Dominica Pentecoſtes advenit Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos hoſque ſanctificavit, altero vero die conſecrarunt Chryſma tertio autem die conſecrarunt Tabulam ſeu Altare. Quarta denique die obtulit Jacobus Frater Domini noſtri oblationem ejuſdem nomine inſcriptam, quæ incipit *Deus Univerſorum & Domine &c.* Cumque interrogatus eſſet, undenam hoc accepiſſet., reſpondit: Vivit Dominus, quia nihil addidi, aut detraxi ex eo, quod a Domino audivi: atque idcirco oblatio illa omnium primitiva eſt, ac prima. Ad quam voluit ad exemplar cœteræ ſunt compoſitæ.

Petrus autem oblationem incredenti Sacrificii perfecit & ſuum primum, ex nonnullorum ſententia edidit miniſterium, cum Hieroſolymæ convenerunt Apoſtoli, & Seniores ut viderent de verbo quod dicebant aliqui, qui ex Judæa Antiochiam deſcenderant, ac Fratribus ibidem degentibus di-

 ceba-

cebant quia niſi circumcidamini ſecundum morem legis, non poteſtis ſalvari. Poſt oblationem autem, & divinorum myſteriorum perceptionem fama eſt ipſum ſtetiſſe, atque dixiſſe,„ Viri Fratres vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus elegit per os meum audire gentes verbum Evangelij & credere, & qui novit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum Sanctum ſicut & nobis, & nihil diſcrevit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum, nunc ergo quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus. Sed per gratiam Domini Jeſu Chriſti credimus ſalvari, quemadmodum, & illi „ Tunc Jacobus, ac reliqui Apoſtoli, & Seniores Simonis Petri vocem ſecuti circumciſionis jugum diſcipulorum cervicibus minime imponendum judicarunt.

At miniſterium ipſius ſecundum, quod & magnum vocatur, Antiochiæ ab eo confectum eſſe fertur, quum eo venit ſeptimo a Domica paſſione anno, ibique per annos quinque, ut aliqui putant, aut per ſeptem, ut cenſent alii, Epiſcopale munus geſſit.

Anaphora parva Apoſtolorum perfecta fuit ab illis, quemadmodum accepimus, poſtquam animæ circiter tria millia, quæ præordinatæ receperunt verbum Simonis, crediderunt, & baptiſmo luſtratæ fuerunt, & appoſitæ. Erantque perſeverantes in Doctrina apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus. Uti ex libro Act. Apoſtolorum conſtat. Porrò nequis opinaretur fractionem Euchariſtiæ hocloco dici de pane, quem una manducabant cum gratiarum actione, non vero de fractione corporis Salvatoris noſtri, ſtatim ſubjungit liber „ omnes etiam, qui credebant, erant „ pariter, & habebant omnia communia; poſſeſſiones, & „ ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout „ cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes unanimiter

„ miter in templo, & frangentes circa domos panem ſume-
„ bant cibum cum exultatione „ quibus ſane diſcrimen eſſe fractionem vivifici corporis Salvatoris noſtri inter, & fractionem panis cibi indicatum voluit.

Anaphoram magnam ab Apoſtolis confectam eſſe tradiderunt Patres noſtri religioſiſſimi, cum omnes mundi partes eſſent peragraturi ut Salvatoris noſtri Evangelium univerſæ creaturæ annunciarent; magna autem inde dicta eſt, quia orationes, & commemorationes, quæ ab altera abſunt, complectitur.

De Johannis Evangeliſtæ miniſterio, certi nihil habemus, quod affirmare poſſimus, haud enim ſatis conſtat, ubi quando, quove ſermone illud conſcripſerit. Quoniam autem Syriace tantum exſtat, atque apud Syros aſſervatur ac antiquiſſimis in Codicibus legitur, jure ac merito Syriace illud ſcripſiſſe, atque Judeis qui crediderunt tradidiſſe, confirmamus, in horum enim mores inductum erat id temporis ut Syriaca lingua loquerentur, atque etiam ſcriptitarent.

De Miniſteriis Xyſti, & Julii Romanorum Patriarcarum, quidam ab iis Romane primum conſcripta fuiſſe putant, ac deinde Syriacum in ſermonem converſa. Alii contra, & quidem recte, ulla unquam ab illis Patribus ſcripta eſſe miniſteria negant, ſed præcepta tantummodo ab illis tradita affirmant, quibus Sacrificii oblatio rite perageretur. Hiſce poſtea præceptis inſtitutiſque imbuti Patres quidam ex illorum Pontificum præſcripto miniſteria hæc conflarunt, & effecerunt, quæ ampliſſimis eorundem nominibus inſcripta illuſtrarunt, exornaruntque.

Sciendum autem eſt: antiquorum miniſteriis Orationes nonnullas, & commemorationes, quæ jam ſatis perſpectæ exploratæque ſunt, additamenta a Patris, & ſpectatiſſimis Eccleſiæ Doctoribus tempore procedente eſſe facta de quibus inferius nos diſſeremus.

CA-

CAPUT IV.

De Ordine Oblationis Sacrificij.

DE Oblationis Sacrificij ordine ac ritu doctrinam quam a Patribus noſtris percepimus hoc capite ediſſerendam aggredimur. De myſtica itaque hac rationalis & incruenti Sacrificii adminiſtratione, hoc eſt oblatione, nempe Liturgia hæc nobis Patres noſtri tradiderunt. Poſt lectionem ſacrorum librorum veteris, ac novi teſtamenti, tres oportet fieri orationes: prima oratio ſuper audientes, quum miniſter proclamat: *Ite in pace Auditores*, ut nimirum ſub manum Epiſcopi, vel Presbyteri tranſeant, ſuſceptaqne manus impoſitione egrediantur. Poſtea fiat Oratio ſuper Energumenos, qui proclamante miniſtero *ite Energumeni* ſub manum Epiſcopi vel Presbyteri a quo edocti ſunt, tranſeunt, & egrediuntur Jtem tertia fiebat oratio ſuper Pænitentes, qui dimittente etiam eos miniſtro, exibant. (*Verum hæc omnia in Eccleſia jam antiquata ſunt, etſi eorum mentionem Miniſtri alicubi faciant, eadem ex antiquo more proclamantes*) Poſt hæc exclamat Miniſter: *Claudantur fores Eccleſiæ*. Sed fortaſſe quiſpiam nos percontabitur cur portæ tunc claudebantur! Cui reſpondemus, cauſa cur clauſis januis cum ſilentio & orali traditione Sacramenta perficiebantur eſt hæc. I. propter metum Ethnicorum, ne ſcilicet Gentiles noſtra audirent, eaque Suis Diis offerrent, ſicut fecit Hyram Rex Tyri, qui templum Hieroſolymitano ſimile excitavit, in quo victimas legales offerebat, ſed & Julianus Gentilis Diis ſuis preces, oblationeſque noſtris ſimiles concinnavit, & cœremonias Idolis ſuis ad formam Rituum Sacramentorum Eccleſiæ conſtituit. Etiam in conſecratione Chriſmatis tres olim dumtaxat Orationes recitabantur; ſed & Orationes Chirotoniæ pro ſin-

ſingulis Ordinibus binæ erant, & dicebantur ſuper ordinandum in impoſitione manus, & in ſilentio, hoc eſt, in inclinatione. Quas poſtea ampliarunt Doctores. Poſtquam igitur ſymbolum 318. Patrum, ſcriptum,eſt,æquum viſum fuit illud etiam in ordine Oblationis adiici oportere, ut per ipſum animæ corda, corpora, voceſque ſanctificarentur. Quo recitato, decreverunt tres fieri oportere, clauſis januis, Fidelium orationes. Paulo poſt cum multæ jam cœremoniæ, rituſque varii in Eccleſia conſtituti fuiſſent, ex tribus quidem hiſce Fidelium orationibus, voluerunt, ut prima pro myſtica pacis petitione fieret, altera pro manus impoſitione, & tertia cum qua menſam diſcooperiunt, per hoc ſignificantes, portas Cœli tunc aperiri. Et ſtatim mandat miniſter, admonens, ut: *ſtent recte*: eo quo decet ordine, ſignificans per hoc, Sacerdotem mox liturgiam myſticam incohaturum. Illis vero cogitationes ſuas collectas habentibus, convertitur Sacerdos, & dat eis pacem, dicens. *Pax vobis omnibus*: Crucis ſignum ſuper eos efformans. Reſpondent illi *& cum Spiritu tuo* Patres autem hunc locum poſtea coordinarunt, judicaruntque dum Crux formatur, dicendum eſſe „ Caritas „ Dei Patris, gratia Unigeniti filii, & participatio Spiri- „ tus Sancti ſit cum vobis omnibus „ & pro una cruce, decreverunt ut Sacerdos tres ſuper populum formaret. Patres Alexandrini horum loco dicunt „ Dominus vobiſcum „ omnibus„ante principium Liturgiæ.Poſtea Sacerdos ad populum dicit „ ſurſum ſint corda veſtra „ Populus reſpondet „ habemus corda noſtra ad Dominum„ Item exclamat ad eos: „gratias agamusDomino „cui illi reſpondent „ dignum & juſtum eſt„quod dixiſti:Cumque per illa tria,quæ diximus,nimirum per hoc, quod pacem eis dederit, & quod ſigno Crucis eos conſignaverit, & quod eidem ipſi convenienter reſponderint; per hæc præterea duo poſteriora, videlicet quod ipſe eis mandatum dederit, & quod illi eidem conſenſerint,

ejuſ-

ejuſque ſententiam juſtam eſſe pronunciaverint; cum per hæc inquam illi cum ipſo, & ipſe cum illis unum in Chriſto corpus, unaque mens effecti fuerint, tunc converſus ad Deum Sacerdos, ex verbis quibus conſenſere, & ex ſententia ipſius populi exordium ſumens, verba ſua ad Deum Patrem dirigit, cui Sacrificium Corporis & Sanguinis Unigeniti in propitiationem Animarum Vivorum, ac Mortuorum, offertur. Et quoniam Sacerdos unacum populo dignum eſſe judicavit gratias agendas Deo, ſubſumit *Dignum, & juſtum eſt, nos te laudare*: Et paucis quidem Verbis totum divinæ gratiæ Scopum commemorat, videlicet primo hominis creationem, deinde ejuſdem redemtionem: poſtremo diſpenſationem, quam pro nobis ſubiit Curiſtus dum propter nos paſſus eſt in carne. Huc enim tota Liturgia ſpectat, ut quæ Chriſtus pro nobis geſſit, commemoremus, & dicamus. Sed & illapſum Spiritus Sancti precatur: mox peragit commemorationes, in quibus oblatio abſolvitur. Poſt abſolutionem autem oblationis & poſt hunc ordinem, impertit pacem populo cruce illum ſignans: & ſtatim frangit, ſignat, & colit myſteria, Miniſtro Catholicam recitante. Deinde dicunt Orationem: *Pater noſter qui es in Cœlis*. Poſt hæc, tradiderunt, Sacerdotem iterum debere pacem populo annunciare, & Orationem impoſitionis manus facere. Mox præceperunt, ut gratiam Trinitatis populo impertiret, ter eum Cruce ſignans, ac dicens: *Sit gratia Trinitatis &c.* reſpondente populo *& cnm Spiritu tuo*. His peractis tradiderunt, debere Sacerdotem populum conteſtari, eumque admonere in hæc verba, hæc Sancta Corporis, & Sanguinis Sanctis, ac puris dentur non iis, qui Sancti non ſunt: dumque hæc elata voce teſtatur, elevat in altum myſteria, eaque univerſo populo, tamquam in teſtimonium oſtendit: Populus au-
„ tem illico proclamat, inquiens„ Unus Pater Sanctus unus
„ Filius &c.„ atque ita Myſteria percipiunt. Poſt communio-

nionem autem, præceperunt fieri confeſſionem, & gratiarum actionem, eo quod digni facti ſunt participatione Corporis, & Sanguinis. Item mandarunt fieri orationem impoſitionis manus; atque ita a miniſtro populum dimitti ut abeant in pace.

CAPUT V.

De Varietatibus, quæ in Liturgia contingunt.

NEceſſe eſt autem, ut in hoc loco de varietatibus, quæ in liturgia contingunt, vobis diſſeram. Duo itaque ordines in hac oblationis Liturgia occurrunt: Alter ad oblationem, & confectionem ipſorum (myſteriorum) pertinet; alter ad commemorationes. Et quidem, qui in Urbe Regia, aut in Græcorum provinciis commorantur, ſicut nos offerimus, ſic & ipſi commemorationes peragunt: primum ſcilicet offerunt, deinde commemorationes ſtatim perficiunt; licet hæ apud nonnullos plures ſint, apud alios pauciores, & magis particulares. Atque idcirco Sacerdos ait *memento Domine eorum, quorum meminimus, & quorum non meminimus*. Initium autem Ordinis commemorationum ibi eſt, cum dicimus: *Item offerimus tibi hoc idem tremendum, & incruentum Sacrificium pro Sion Matre omnium Eccleſiarum &c.* Patres vero Alexandrini aliter offerunt: nam prius ordinem commemorationum implent, deinde ſubjungunt ordinem Sacræ oblationis. Eſt etiam diverſitas in commemorationibus cum dicitur *ſicut erat, & eſt, & permanet in generationem generationum, & in omnia ſæcula ſæculorum amen*. Quam quidem orationem in Urbe Alexandria ipſe Sacerdos terminat, inquiens: *ſicut*

erat &c. Et poſtea populus dicit *amen* dumtaxat. Alia quoque intercedit in compluribus Eccleſiis: Nam pro *Vnus Pater Sanctus &c.* Nonnulli dicunt,, Unus Dominus, unus ,, Filius Jeſus Chriſtus in gloria Dei Patris, *Amen*.

Tribus vicibus autem tradiderunt nobis Patres, ut Cruces ſuper myſteria exprimeremus, & tribus vicibus ſuper populum. ſingulis vero vicibus tres cruces: itaut ſuper Corpus cruces ſint novem, ſuper Sanguinem novem, ſuper calicem novem, & ſuper populum novem. Loca autem in quibus Cruces fiunt ſuper myſteria ſunt hæc. Primus locus, cum hoſtiam panis Sacerdos tenet, & Deo Patri oſtendit, ſicut & ipſe Filius oſtendit, dicens *gratias agens benedixit &c.* ſimiliter & ſuper calicem recitans *& benedixit Sacrificavit &c.* Secundus locus poſt invocationem Spiritus Sancti, quum dicit Sacerdos. *Vt illabens oſtendat panem hunc* vel juxta alios Codices *faciat panem* &c. & in his duobus locis tres cruces fiunt ſuper corpus, ſimiliter & ſuper Sanguinem (*cruces tres*) in unoquoque loco. Tertius locus quum panem frangit, & calicem ſignat poſt finem oblationis. Et in hoc loco ſunt, qui tres cruces faciant ſuper corpus, & tres ſuper Sanguinem; ſunt etiam, qui plures faciunt, videlicet, 19.

Loca vero in quibus crucis ſuper populum fiunt ſunt hœc. Primus cum dicit Sacerdos *Caritas Dei Patris* Secundus, cum oblationem abſolvit, & ad frangendum ſe præparat, tunc enim ad populum dicit *Fiant miſerationes Dei magni.* Tertius locus, cum totam oblationem perſolvit, dicens ad populum *ſit gratia Sanctæ Trinitatis* Quotieſcumque Sacerdos populum cruce ſignat, debet prius ſeipſum cruce ſignare, deinde Miniſtros qui ad Aquilonem menſæ adſtant, mox eos, qui ad Auſtrum, & continuo converſus ad populum ad Occidentem, tres ſuper eos cruces ducit. Item noveris, quod ſi undique circumaſſiſtant

mini-

miniſtri, oportet ſuper omnes, a Sacerdote crucem fieri. Sin autem, ad eam dumtaxat partem crux fiat, ubi adſtant. Similiter, & Canones, quos miniſtri recitant, iis abſentibus, non eſt neceſſum a Sacerdote recitari. Reſponſiones autem, quas populus dicit, ut *habemus ad Dominum, dignum & juſtum eſt, Unus Pater &c.* & aliæ hujuſmodi, quibus populus Sacerdoti reſpondet, etiamſi nemo poſt Presbyterum adſit, eæ tamen a Præsbytero prætermittendæ non ſunt, eo quod omnes neceſſariæ ſint, & Liturgiæ pars cenſeantur. Nam Liturgia offertur pro abſentibus, & præſentibus, & tunc Sacerdos pro illis reſpondet. Et hœc quidem excerpſimus ex Patrum noſtrorum ſcriptis, hi vero ex Antiquioribus Patribus, uſque ad Apoſtolos, acceperunt, quemadmodum ſinguli teſtimonium perhibent de illis antiquioribus, ex quibus excerpſerunt.

CAPUT VI.

De Ordine, & varietate liturgiæ ſecundum Dionyſii Magni traditionem.

EPiſcopus itaque ubi orationem Sanctam abſolverit, quæ antecedit illam *glorioſus Deus* quæ eſt oratio ſeu Ordo aromatum Anaphoram præcedens, thus adolere aggreditur, ab ipſo Altari, incenſatque I. Clerum, deinde religioſum monachorum chorum, ac populum Sanctum, poſtea pænitentes, & pænitentes, ac deinceps Energumenos, atque Energumenos, poſtremo Cathecumenos, ac tandem ad univerſam Sanctarum turbarum coronam progreditur, cumque ad Divinum Altare fuerit regreſſus, ſanctorum pſalmorum canticum pſallere incipit

pit dicens *miſerere mei Deus* & *ſperans ſperavi in Domino* in quo illud continetur *ſacrificium*, *& oblationem noluiſti* vel *Deus Deorum* Sanctam pſalmodiam unacum ipſo univerſo Eccleſiaſtico ordine concinente, novem videlicet præfatis claſſibus.

Deinde per miniſtros veteris ac novi Teſtamenti librorum leperficictio tur, poſt aromatum nimirum adoletionem, ac pſalmorum cantum unus poſt alium libri continenter leguntur. Aromatum igitur ſuffitu peracto pſalmis decantatis, & librorum lectione abſoluta, quinque illi ordines abire jubentur, Cathecumeni inquam, Energumeni, Energumeni pœnitentes & pœnitentes. Illi autem, qui Sancta videre & ipſorum perceptione ac theoria digni habentur conſiſtunt, Populus, ſcilicet, Sanctus, & Monachi. Ex miniſtris vero alii quidem ad templi foret clauſas ſubſident, alii autem ſuo quiſque ordine aliis muneribus funguntur; hoc eſt, vel fractionem ſegregant, vel calicis officio deſerviunt. Quod autem ad Altaris miniſterium ſeptem tantum numero electi ſunt, miniſtri, ex Apoſtolorum traditione emanat, qui ſeptem elegerunt, ut ſtarent pro viduis, hique ſeptem unacum Senioribus, ac Sacerdotibus ad Altare Divinum, panem Sanctum, & benedictionis calicem collocant, recitata prius ab Univerſo cœtu Eccleſiæ catholica doxologia. Quemadmodum enim modo Symbolum 318. Patrum recitatur, pari etiam pacto Antiquitus alia aliqua teſſera fidei proferebatur. Ad hæc, poſtquam myſteria ſuper altare impoſita fuerint, Epiſcopus orationem pacis perficit, univerſiſque Sanctam pacem adprecatur. Et ubi omnes pacem ſibi invicem dederunt, dypticarum myſtica fit proclamatio. Deinde Epiſcopus, & Sacerdos aqua manus ſuas lavant, ac Epiſcopus quidem in medio Divini Altaris ſtat, circumſtant autem ipſum unacum Sacerdotibus ſelecti miniſtri. Et ſtatim ac Epiſcopus

cele-

celebrat Sanctas & Deum efficientes laudes, hoc eſt *Mortem Domini noſtri commemoramus, ejuſque ſepulturam, & reſurrectionem &c.* Ipſa Sancta, hoc eſt Corpus, & Sarguinem Dei, conſecrat. Et ea, quæ glorificata ſunt exhibet, ideſt, poſtquam quod Chriſti opus, unumquodque adumbret, demonſtret, ac ſignificet, oſtenderit, eademque in remiſſionem peccatorum vivorum & mortuorum myſteria offerri affirmarit, ex hibet ea videnda, corpus in patena, atque in calice Sanguinem ſurſum elevans. Et ubi Sancta deificantia illis, qui Sanctè de iiſdem participant, conſpicienda exhibuit, primus ipſe de ipſis particeps effectus, alios admonet ac ſuadet, ut eorundem participes fiant. Cum autem perceperit, alioſque participes fecerit, cum Sancta gratiarum actione concludit. Dum multi quidem ſigna tantum divina, hoc eſt, ſumtionem ſolum Corporis, & Sanguinis intuentur; Ipſe autem tam eadem Divina myſteria: quam ſignorum poſitorum Theoriam intentus intuetur. Atque myſterium, quod fuit in cœnaculo, & alia ſubſequentia, quæ uſque in preſentem diem perficiuntur, unum, & ipſummet, quod in cruce peractum fuit, Sacrificium eſſe credit.

CAPUT VII.

Theoria hujus myſterii.

POſtquam de Protheoria ac de ipſo etiam miniſterio, quove pacto exerceatur, egimus, nunc de theoria, ac primvm de obvia quæque præ manibus eſt, tum de ſubtiliori ſermo nobis eſt inſtituendus. Et illa quidem obvia, recenter baptizatis ut ea conſolationem habeant, convenit, illa vero, quæ penitior eſt, Perfectis, & conſummatis con-

congruit. Scire autem nos, oportet, quod ea, quæ ſunt veteris Teſtamenti, figuræ fuerunt, noſtra autem icones ſunt, veritas vero eſt ſubſtantia futurorum. Præterea, icones ſunt, & ſigna illa, quæ a nobis exercentur, prototypus autem eſt ipſorum theoria. Neque enim ipſorum ſignorum compoſitio fructu caret, ſiquidem non his ſolum, quæ conſpiciuntur, conſiſtit, ſed aliud quid abditum & utile complectitur, & continet.

Ac pſalmorum quidem cantus, librorumque lectio docet I. receſſum ab omnibus malis, juxta illud: *declina a malo & fac bonum.* Item ſuadet amorem vitæ quæ tota in uirtute colenda verſetur, juxta illud: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.* Et *beatus vir, qui timet Dominum &c.* Donum autem divinum, quod unum, atque hoc ipſum panis & Calix eſt, illud ſignificat, quod ſicuti ipſum eſt unum, ita qui illud ad Spiritualem nutritionem percipiunt, unam vitam conjunctam, & indiviſam habere debent, ejuſque rationem quandam divinæ inſtar, quippe, qui ea digni eſca redduntur. Inmemoriam præterea revocat cœnam illam divinam atque ordinum fontem ac originem, in cœnaculo factam; ipſa enim prima fuit, & Principium eorum, quæ perficimus. Myſteria autem typos vocamus, non ea ratione, qua fuerunt Umbratilia; ſed reſpectu habito ad ea, quæ in reſurrectione ſumus accepturi, quæ omnia in Theoria ſolum concluduntur.

Porro Author myſteriorum Dominus, illum jure reprobavit, qui nec pie, neque ut ipſa myſteriorum dignitas requirebat, ac poſtulabat, ad ea accedit. Judam enim a Domino noſtro Sanctorum participem effectum ait Dionyſius. Ex eo quod cœnare ſecum Apoſtolos feciſſe affirmarit. Ac Sancta quidem cœna illa, edocet, quod is, qui ad myſteria irreligioſe accedit, reprobatur, qui vero cum Sancta conſcientia accedit, purior fit Deoque ſimilis efficitur.

De

De penitiori autem theoria dicimus; quod ſicuti Sanctæ Trinitatis Beatitudo, etſi Sanctis omnibus communicetur, nec propterea extra ſe exit, aut mutatur, aut imminuitur, ſed individua conſiſtit, ac perſeverat. Ita, & Synaxis, hoc eſt oblationis arcanum, quamvis una ſit ipſius Theoria, ac conjunctio, multiplicatur tamen Signorum varietate, in Aromatum ſcilicet, ſuffitu, in librorum lectione, in recitatione Dypticharum &c. At ad unam Theoriæ unitatem colligitur, ac ordinatur; Eoſque, qui illius participes efficiuntur, a diviſione exemtos, conjungit, & copulat. Divinus ſimiliter Epiſcopus ab Altari Egrediens, adolenſque incenſum per totum Eccleſiæ coetum, ac rurſus ad Altare rediens, etſi cunctis dat intelligentiam pro cujuſque captu, dum alii quidem exponit, alii vero thuris ſuffitum tribuit, alium tandem communionis participem efficit; ipſe tamen ab eis minime detinetur, ſed ſemper in Theoria verſatus, & quemadmodum ad Unum Sanctum ingreditur, ita unam Theoriam penetrat, unumque Deum adit; dum Theorias, quas perficit, videt.

Sanctorum autem pſalmorum recitatioomnia, quæ a Pontificibus, peraguntur myſteria comitatur. Si autem in aliis omnibus adhibetur ab hoc potiſſimum abeſſe nequit, quod eſt perfectio perfectionum, jure itaque ante oblationem pſalmi canuntur.

CAPUT VIII.

Quare omnibus libris pſalmorum Cantus præponatur.

ANte omnes pſalmorum doxologia canitur, ea potiſſimum ratione, quia omnis divinus liber commemorat, & enarrat, vel ea, quæ fecit Deus, ut eſt liber Ge-

Geneſeos, vel Summum Sacerdotium, & legales inſtitutiones, juxta illud *locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens, ſume filios Aaron, eorumque manus perfice ſeptem diebus, & mihi miniſtrabunt*: vel diviſiones, ut liber numerorum vel ſortes populique poſſeſſiones, ut liber Joſue barnun, in quo ſingularum Tribuum poſſeſſiones & ſortitiones, qua ratione factæ, conſtitutæ ac præfinitæ fuerint, deſcriptæ habentur. Vel piorum Judicum notitiam, ut liber tribuum, vel Regum Sapientum, ut liber regnorum. Vel Divinorum Sacerdotum, uti de Sojada Sacerdote refertur, vel Philoſophiam; quæ in primorum Virorum patientia relucet, ut liber Job. vel prudentem legum Sanctionem, ut liber proverbiorum, in quo dicitur *Audi Filii mi verba mea precepta mea, & ea abſconde in corde tuo* aut cantica, & figuras Divini amoris, ut canticum canticorum, vel propheticas perdictiones juxta illud Iſaiæ *Ecce Virgo concipiens, & pariens Filium* aut divina humanitatis Jeſu opera, hoc eſt Evangelium in quo *Nativitas autem Jeſu Chriſti ſic fuit circuibat Jeſus, & ſanabat &c.* vel inſtitutiones a Deo commendatas, ut liber actuum; aut abditam, & myſticam viſionem diſcipuli, quem diligebat Jeſus, hoc eſt: aut Evangelium Joannis, aut ejuſdem Apocalypſim, atque ut ſummatim dicamus, omnes libri de quatuor Protheſibus loquuntur, de Verbis, ſcilicet, ac rebus. Ris autem ſunt, Deus, & homines Divini, verba pariter propter Deum, & Divina. Liber vero pſalmorum quatuor haſce protheſes complectitur, loquitur enim de Deo, & de divinis hominibus, verba etiam Dei, & Divinorum refert. Et quæ ſtrictim in pſalmis dicuntur, in libris prophetarum late pertractantur. De conſtitutione enim creaturarum illud David ait: *Verbo Domini facti ſunt cœli* & de introitu, exituque Filiorum Iſrael de Ægypto dixit *Ingreſſus eſt Iſrael*

in

in Ægyptum & *cum exiſſet Iſrael de Ægypto*. Quæ ſingula in Prophetarum libris uberius, ac latius tractantur. Apte igitur ante omnes libros legitur, ſeu canitur. Quamobrem autem ante omnia myſteria præcinitur? Ea eſt cauſa, quod iis, qui ipſum divine ſancteque pſallunt, conſcientiam Sanctam, & ad omnia Summi Sacerdotii myſteria percipienda aptam, & accommodatam affert, ac importat, noſtroſque intellectus ad myſteria Sancta, quæ adminiſtrantur, idoneos præſtat, & ſecundum illius effatum, quemadmodum unus pſalmus, & unum canticum a vobis præcinitur, ita & vobis eadem, ac una ſit mens, unicuique ſcilicet, ad ſeipſum ad Deum, & ad proximos. Duabus igitur hiſce de cauſis, quas diximus, jure meritoque ante omnia myſteria, omneſque libros canitur. Sapiens itaque, qui hæc videt, & intelligit, quod uno eodemque Spiritu libri loquantur, ſibique mutuo concordent.

CAPUT IX.

De librorum lectione, & quare primo vetus, tum Novum Teſtamentum legatur.

LEguntur autem libri, ut animæ ſpirituale ſint pabulum, quo pacto, panis, vinum, & aqua Corpus alunt. Principio quidem Vetus legitur, quia per figuras, myſteria, ac Symbola id, quod Chriſtus erat facturus prænunciat. Novum vero ſubſequitur, quia præſtitum jam oſtendit, quod illud præmonſtravit. Si enim quidpiam vetus teſtamentum dixiſſet, quod novum non expleverit, mendax novum ſeſe exhiberet, ac proderet. Sed unum ab altero confirmatur, eique teſtimonium reddit, quod verax ſit; cum hoc quidem implevit, quod illud prædixit. Et divina Chriſti opera complementum fuerunt verborum Prophetarum. Cur autem primo prophetæ, deinde Praxis ſeu Actus Apoſtolorum, poſtea

Paulus, ac poſtremo Evangelium legatur? Reſpondemus; quod ſicuti Rex, qui aliquo contendit; legatos, qui ipſius adventum palam annuncient, ante ſe præmittit, eo pacto Prophetæ, tum Apoſtolorum actus leguntur, qui oculati teſtes, ac Miniſtri verbi Dei fuerunt, poſtque ea legitur liber Pauli, quia ultimus ad Apoſtolatum vocatus eſt, ſtatimque Apoſtolos predicatione antecelluit. Cujus rei ea eſt ratio, quod Prophetæ ſeminarunt, Apoſtoli vero meſſuerunt, & ex eodem manipulo animas aluerunt, ac educarunt. Poſtremo legitur Evangelium, quia poſt Aſcenſionem ab Evangeliſtis conſcriptum, novi eſt obſignatio & veteris propoſitum*. Poſt lectionem autem Evangelii, antiqui exibant, & proceſſionem, ſeu orbem per Eccleſiam agebant. Et primo quidem in proceſſione, luminaria deferebantur, quæ Prophetas, ac Joannem baptiſtam, myſtice referebant, qui tamquam ſtellæ ante juſtitiæ ſolem fulgent, ac ſplendent. Miniſtri autem ac Presbyteri, qui cantantes, ac laudantes procedebant, Evangeliſtas, & duodecim Apoſtolos, qui exierunt, & predicarunt ante Chriſtum, ſymbolice deſignabant. Preterea dum circum ipſum vitæ fructum Dominum noſtrum ibant thuribula deferentes, Apoſtolos, qui ex quatuor mundi patribus putido peccati fœtore abacto, ſuave ſuum odorem afflarunt, myſtice exhibent. Ventilabra quæ ſecum portabant, miniſterii formam exprimunt, quod Filio in ejus diſpenſatione ſeraphim exhibuerunt; tempore ſcilicet ipſius baptiſmi, tentationis, paſſionis, ac reſurrectionis. Deinde Crux ſequebatur, quia, cum dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuam diſpenſationem implevit, in crucem Elevatus, omnia ad ſeipſum traxit. Orbis autem, ſeu proceſſio, quæ per Eccleſiam fiebat, figuram diſpenſationis Chriſti in mundo, exprimebat. A ſeptentrione proceſſionem incohabant, quia ille Elatior altiſſimum deſignat, qui humilis ad Occidentem abjectionis noſtræ, ac humanitatis noſtræ infirmum Auſtrum venit.

C A-

CAPUT X.

De Lectione Evangelii, ejuſque Myſteriis.

CAntica & laudationes, quæ ante Evangelium dicuntur, Tubæ ſonitum, ac buccinæ cantum qui ante Regem eduntur, referunt. Duo vero luminaria, quæ ante Evangelium deferuntur, Annunciatores, quos binos, & binos ante faciem ſuam Dominus noſter miſit, ſignificant. Cœtera autem, quæ in tota ſunt Eccleſia, luminaria, ſymbolum ſunt lampadum animarum noſtrarum. Tum miniſter ait *Accedite &c.* (*ut in pag.* 9.) deinde *Silete &c.* (*ut ibid.*) Quibus populum de tribus admonet, ut nimirum accedant ac ſtent convenienter; ut ſilentium ſervent, neque confabulentur; & ut ea, quæ leguntur attenti audiant ac intelligant non vero mentem alio diſtrahant. Poſtea Sacerdos dicit *Pax vobis omnibus* Significans, quod annunciatio, quam legit, pacem continet Chriſti, qui cœleſtes Terreſtribus reconciliavit, & populum gentibus, juxta illud Angeli ad Paſtores *Ecce ego annuncio vobis gaudium magnum* Et *Quam decori ſunt pedes Evangelizantium pacem*. Statim autem ac Evangelium fuerit perlectum, miniſter concionem dicit *Stemus omnes in oratione coram Deo miſericordi &c.* populum admonens, ut verbo Deo, qui pro nobis diſpenſationem implevit, preces offerant. Antiqui vero poſt petitionem, & concionem, myſteriorum cantica incohabant, atque Sacerdotes patenam, & Sanguinis calicem deferentes, proceſſionem inſtituebant.

Scire etiam oportet, quod omnia quæ Miniſter tempore oblationis recitat, populum reſpiciunt, cui quidpiam preſcribunt. Quæ autem Sacerdos dicit, ut plurimum ad Patrem diriguntur.

In ipſa concione, quæ Evangelium ſubſequitur, Mini-

ſter omnes Eccleſiaſticos gradus monet ac hortatur, ut convenienter orationi aſſiſtant, ſuoſque intellectus, ac mentes a ſoecularibus curis, ac cogitationibus purificent, iiſque quæ a Sacerdotibus leguntur, intendant, Deoque ſupplices preces fundant, ut ipſorum petitiones acceptæ ſint, ipſi etiam adcurate diligenterque mandata ſervent, quæ in Evangelio ſunt deſcripta. Evangelium autem annunciatio interpretatur, & Evangeliſtæ Annunciatores.

CAPVT XI.

De quinque Claſſibus, quae myſteriorum tempore ab Eccleſia egrediuntur.

SCiendum eſt, quoſdam homines eſſe, qui nullo unquam pacto participes efficiuntur Figurarum, aut ipſorum myſteriorum; quia ſpem dejecerunt de generatione vitæ, ſeu divina Sancti baptiſmatis generatione; nec unquam divinam predicationem audire, aut in Cathecumenorum ordinem adſcribi ſe voluerunt. Digni itaque non ſunt, qui vel ſigna imagines videlicet corporeas miniſterii, ut aromatum ſuffitum aut lectiones librorum aut quidpiam aliud videant, idque duplici de cauſa, primo quidem, ut Sancta in honore pretioque habeantur, ſecundo vero ne illi indigni diſpereant.

Nonnulli autem aliquorum participes fiunt, ut Cathecumeni, qui nondum ſunt baptizati. Energumeni, quos paſſiones obſident, & quos dæmones. Pœnitentes tam qui recenter, quam ii, qui à multo tempore pænitentiam agunt. Quibus omnibus Eccleſiarum Rectores ut de Aromatum ſuffitu, de pſalmis, ac librorum lectione tantum participent, concedunt.

Illi vero, qui intellectualibus ac perfectis, fideque plenis prediti ſunt oculis, de omnibus univerſim, etiam de pace,

com-

communione myſteriorum, horumque Theoriis participes ſunt. Quare autem id præſcriptum eſt? Cauſa a juſtitia petenda eſt: Deus enim juſtus eſt, & unicuique pro merito diſtribuit; hoc pariter modo, & Summum Sacerdotium, juſtum eſt, & unicuique, prout dignus eſt, dividit & ſingula Sacerdotalia modo convenienti illorum percipientibus impertitur cum menſura, & ordine. Interdum quidem non confert totaliter, interdum, ex parte dat, interdum vero perfecte ac plene elargitur.

Quonam vero ordine conſtituuntur præfatæ claſſes? Ordo quidem poſtremus Cathecumenis eſt deſignatus, quia nondum ex baptiſmate regenerati ſunt, ſed prius Sanctorum librorum verbis per Cathecheſim formantur, & ad nativitatem ex Spiritu configurantur, nihil itaque Sacerdotalium niſi ſuffitum aromatum, pſalmodiam, librorumque lectionem, participant, & ubi ex libris perfecte formati, ac plene fuerint configurati, ad Sacri lavacri generationem admoti, de illuminatione quam confert, participes efficiuntur. In illa tamen hora, tamquam imperfecti ſegregantur donec regenerentur, ne ſanctum vilipendant, neve ſumentes nocumentum quidpiam patiantur; Cathecumeni igitur ii dicuntur, qui nondum baptizati, certo tempore ante baptiſmi ſuſceptionem Cathechizantur.

Secunda autem claſſis conſiſtit e conſpectu quaſi Altaris, eſtque Energumenorum, qui a paſſionibus aguntur. At dicet quiſpiam, quomodo impuri cum ſint Energumeni iſti, ante Cathecumenos conſiſtunt? Reſpondemus imparem eſſe rationem ejus, qui nullo unquam Sacrdotali, nec baptiſmo, nec myſteriorum communione, eſt initiatus, quales ſunt Cathecumeni, nec conferendum cum eo, qui baptiſmi, ac cœterorum Sacramentorum particeps eſt effectus, uti eſt ordo Energumenorum, licet enim iſti carnalbuis detineantur deſideriis, ac Diaboli ſuggeſtione commoti agantur, baptiſmate tamen

men ſunt initiati, ac proinde non ſunt in eodem cum Cathecumenis ordine collocandi.

Nihilominus & ab hoc ipſo Energumenorum ordine tollitur Sacrorum viſio, & Communio. Quare autem id præſcriptum ſit, cauſa ex eo petenda, quod & ipſe ſit imperfectus. Nam quicumque divina divine participat, nec ea, quæ carnis ſunt, niſi neceſſaria, & hæc quidem temperanter, peragit; is profecto ab imaginationibus, ac phantaſmatis commotus non agitur; Igitur, qui agitur, non eſt, ut ille, & qui illius ad inſtar non eſt, communione non eſt dignus.

Tertia item claſſis quaſi e conſpectu Altaris conſtituta, eſt Energumenorum a Demoniis, qui & ipſi in Diaboli pugna ob propriam imbecillitatem ceciderunt.

Ratio autem, ob quam Energumeni a fœdis peccati paſſionibus obſeſſi procul conſtituantur, & ante ipſos Energumeni a Dœmonibus obſeſſi ordinentur, ea eſt, quod obſeſſi ab exercendis peccati paſſionibus, pejores ſunt iis, qui a dæmone ſunt obſeſſi. Enim vero propria mala voluntate, ſe abalienarunt a vita, quæ divinam referat ſimilitudinem, & a Sanctitate, atque virtute procul conſtituti, adhæſerunt dæmoniis horum veſtigia, ac ſenſus ſectantes. Cum enim baptiſmo regenerati fuiſſent, ac myſteriorum participes effecti, tali pacto a puritate ſeipſos averterunt. Præfati itaque non fiunt participes niſi Lectionis librorum. Proinde miniſter illos ſegregat dicens *Ite in pace Auditores*, *Ite Auditores in pace*: *accedite Baptizati ad pacem*, *fores claudite* Quibus poſtremis verbis: *fores claudite*, Miniſter Comminiſtros ſuos ut caute oſtia cuſtodiant, ne quis ex illis quinque claſſibus ingrediatur, admonet, quia foras ad oſtia ſtabant.

Poſtea collocabantur magni pænitentes, qui a longo tempore pænitentiam ſubire cœperant, & ad ejus finem prope pervenerant; Quamvis enim ab illuſionibus immunes eſſent, adhuc tamen ſegregabantur.

Pœni-

Pœnitentes autem Minores, ii ſunt, qui poſt baptiſmum Sanctorumque myſteriorum communionem, parvis nonnullis peccatis animas ſuas coinquinarunt. Relinquuntur vero in Eccleſia, ut librorum lectionem audiant, ſicque per vivifica, quæ accipiunt, verba mundentur, ac poſt peccatorum ſuorum confeſſionem, conſtitutam ſibi pænitentiam expleant.

Quamobrem, autem, hoſce quinque ordines foras dimittimus, nec myſteriorum participes efficimus? Dicimus. Ut non commiſceantur puri cum impuris, juxta illud *Separate Sanctuarium a convivio* Et quidem Cathecumenos dimittimus, quia nondum ſunt baptizati: porrò qui nondum eſt baptizatus, cujuſque peccata per baptiſmum nondum ſunt expiata, nec ipſe ſanctificatus, myſteriis eum participem fueri æquum non eſt, nec enim decet purum ab impuro contrectari.

Quare Energumeni a dæmonibus obſideantur, Deus ſolus novit: quod ad homines perfectos adtinet ii obſidentur, I. aut propter ipſorum peccata juxta illud *tradidi eos Sathanæ ut corripiantur, neque ſint blaſphemi* II. vel propter ſuam imbecillitatem, ac ſegnitiem. IIJ. vel quia morem gerunt dæmonibus, ac poſtmodum illos deſerunt, atque adverſantur eiſdem, ideo a demonibus tentantur. uti per aliquod exiguum temporis ſpatium contigit Sancto Cypriano. Infantes autem obſidentur vel propter peccata parentum, vel quia Deus prævidens ea, quæ ab ipſi agenda forent, ipſis ſanitatem ante morbum prædeſtinat; vel aliqua alia de cauſa. Triplici vero de cauſa hos Energumenos abire jubent extra Eccleſiam I. quidem ne dæmonum improperiis irriſionibuſve myſteria dehonorentur. II. vero quia Rex Chriſtus illis eſt iratus, nihil proinde ex regni myſteriis illis conceditur. III. tandem, quia minime decet Spiritum Sanctum, ac immundum una inhabitare.

Duas Pœnitentium claſſes eiiciunt extra Eccleſiam, quia poſt quam myſteriorum participes effecti ſunt, peccatis ſe inquinarunt. Non diſſimili ſane modo, ab eo, quos Rex ſervos ſuos,

qui

qui ſtulte agentes illius donum ejuſdem inimicis dederunt, ſuo dono privat.

CAPUT XII.

De iis, quæ perficiuntur in Liturgia, poſt prefatarum V. Claſſium dimiſſionem, ex Traditione Magni Dionyſii.

DImiſſis a miniſtro quinque prædictis claſſibus, Sanctiſſimi Miſtæ, qui ſcilicet myſteria adminiſtrant, ac populus Sanctus, religioſique Monachi, qui eadem Sacra intuentur, ipſorumque Theorias penitus inſpiciunt, communem recitant doxologiam, quam nonnulli potentiſſimum ſignum appellant, alii vero principem Sacerdotalem gratiarum actionem, utpote quæ continet divina, quæ ad nos delata ſunt, chariſmata; exhibet enim, divinorum operum, ſeu Chariſmatum, quæ erga nos facta fuerunt, perpetrationem. Divina porro actio ſeu viſitatio, erga nos, hoc unum intendit, ut nos ad ſimilitudinem Dei reſtitutos Prototypo noſtro, qui eſt Deus, exacte configuret, noſtramque eſſentiam, ac virtutem ob tranſgreſſionem prœcepti collapſam erigat, ſtabilemque, ac firmam conſtituat. Ubi autem Dei erga nos homines amorem glorificavimus; ſuper menſam vitæ ponitur panis, & calix. Antea vero Pontifex ut hujus miniſterii exercitio dignus reddatur, quo ſimilis Deo fiat, & ad Chriſti ſimilitudinem, ipſa ſancta perficiat, ac pure diſpenſet, utque ii, qui eadem participant, pure participent, ſupplex rogat, atque incipit dicens: *Deus omnium noſtrum Dominus nos indignos, dignos effice.* Poſtea autem dat pacem: qua nobis denotat, quod ſi communionem cum uno petimus, ipſius participes eſſe nequeamus, dum unionem nobiſcummetipſius, vel cum proximis minime ſervamus, Damus itaque pacem, ut quemadmodum externis amplе-

plexibus, ita & interno animæ affectu erga nos ipſos, & erga proximos pacem, & unionem nos habere oſtendamus, noſque magis illuminatos unius Theoriam intueri, neque in deſideria illa, ex quibus odium, ſimultates, ac pravi affectus in eos, qui nobis tam natura, quam ſpecie ſunt pares, fluunt, nos prolabi demonſtremus. Pacis igitur donatione, ſimultates abigimus a nobis, & internam concordiam patefacimus, atque per pacem cum proximis, reconciliamur cum Deo.

Dyptica autem recitantur, in quibus ii proclamantur, qui religiosè vitam duxerunt, & ad Sanctum finem pervenerunt: Dypticarum itaque recitatio, ut illos imitemur ſimilemque finem ipſorum conſequamur, nos admonet, utque, quemadmodum ipſi, ita & nos in præſenti Sœculo una cum Chriſto proclamemur, & in futuro una cum eodem Simus. Sed & prædictorum proclamatio nobis palam ſignificat, quod vivi ſint, & non mortui, idque ex eo liquet, quod una cum Jeſu proclamentur, juſtorum ſiquidem animæ in manu Dei ſunt. Jam verò cum illorum commemoratio fiat tunc, cum Jeſus perficitur, manifeſtum fit, eos in memoria Dei eſſe. Aliter etiam dictum eſt. *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*. Quo idem affirmatur, Sanctos ſcilicet in memoria Dei eſſe. Triplici enim de cauſa Sanctorum nomina ante myſteria leguntur, primò quidem, nt ipſorum veſtigiis incedamus. 2. verò, quia jure meritoque una cum myſteriis honorantur poſt ſuam mortem, quandoquidem cum vitam agerent, eadem Sancta honore & cultu proſequebantur. 3. Demum ut eos adhuc vivos eſſe certiores efficiamur.

At dicet quis, hominum hoc eſto, & Terreſtrium Regum, ut memoriam habeant, ſiquidem illi memoria egent: minime autem Deo memoria congruit, quonam igitur pacto, Sanctos in Dei memoria eſſe affirmas?

Reſpondemus: non eo pacto Sanctos in Dei memoria eſſe aſſeruimus, quo nos oblitum quidpiam in memoriam revo-

camus, ſed alio ſane eoque divino, enim verò ſine ulla oblivione, quinimo cum honore eos, qui ipſum diligunt, æterna ſua ſcientia novit. Quia igitur Dei ſimilitudinem vitæ ſuæ conſummatione expreſſerunt juſti, ideo in ipſius memoria, eorundem memoria ſervatur, juxta illud *Novit Dominus eos, qui ſunt ipſius*: Scilicet apud Dominum eorum ſervatnr memoria, ſicut ſcriptum eſt in libro Numerorum. *Et pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*: Sanctorum conſummatio in Sanctitate, mors ipſorum dicitur.

Dicta communi doxologia; ſuperpoſitis Pane, & Calice; Pace data, ac Dyptichis, lectis Pontifex manus ſuas abluit. Sacerdotes pariter ante myſteria Summos digitos ſuos lavant. Ac multa quidem ſunt, quæ per hæc denotat, cum ſiquidem egreditur ad ea, quæ ipſo ſunt minora, nihil harum terreſtrium rerum ipſi inhærere ſatis oſtendit: Summitates ſeu extremitates membrorum ſuorum abluit, ut ſe defectibus, ſeu phantaſiis exiguis tantùm adfectum eſſe ſignificet, juxta illud, quod Chriſtus ad Petrum ait. *Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut manus lavet*. Ante Altare abluit, quaſi qui coram Deo conſcientiam ſuam emundet, & quaſi qui coram Chriſto firmitatem puritatis ſuæ exhibeat. Animadvertas tamen, quod licet Pontifex ſenſibiliter exeat ad opus myſticorum horum, nihilo tamen minus ſemper in illorum Theoria verſatur; & eo modo, quo Deus ſine macula exſiſtit; & ipſe in ſe ſuſcipit, ut ſit ſimilis Deo, & continuò ad eum regreditur ſine macula, ſuumque regreſſum purum efficit. Et hoc in figura indicabat labrum, quod in lege poſitum erat, ut Sacerdotes Sanctuarium introeuntes in eo lavarentur; deſignabat enim, quod ii, qui ad Sacerdotii miniſterium accedunt, alienos etiam defectus emundare debeant, ut divini ſplendor radii in eis perfectè refulgeat.

Hucuſque ea quæ præparationem ad Liturgiam ſpectant, tractavimus, Deinceps autem myſteriorum conſecrationem ex-

pla-

planandam adgredimur. Nam is, qui conſecrat, incipit & orationes deificas, corpus nimirum, & Sanguinem Dei efficientes recitat. Sunt autem prædictæ illæ, quas Pontifices commendarunt, & præſcripſerunt in myſticis conſecrationibus, eaſque poſt Evangelium & Apoſtolum recitandas diſpoſuerunt, illud quippe ait. *Accepit Jeſus panem, & benedixit &c.* Hic verò; Dominus noſter Jeſus in nocte, qua tradebatur accepit panem, & dixit, hoc eſt Corpus meum.

CAPUT XIII.

Quamobrem, opera hæc divina fuerint Perpetrata.

PRopter humanam naturam ea geſta ſunt, cum enim hæc per prævaricationem a familiaritate Dei, ac deliciis paradiſi excidiſſet, maledictionemque, ut in dolore filios pareret, & indoloribus panem comederet, atque poſtremò in pulverem reverteretur, ſibi conciliaſſet, (Voluntarie ſiquidem a divina vita recedens, in viciſſitudines paſſionibus plenas prolapſa, dæmonique ſubjecta, tantum abfuit, ut Deus eſſet, quin potius ſeducta eum, qui Deus non erat, coluit) divinus tamen erga ipſam humanam noſtram naturam amor ab eadem nedum non ſe diviſit,ſed & omnibus noſtris,uno excepto peccato, communicavit. Unde & nobis ut ſibi homogeneis communionem ſecum contulit, Poteſtatemque, quam in nos rebelles Dæmonum legiones exercebant, non quidem violentia, ne Deus tyrannidis incuſaretur, ſed judicio ac Juſtitia abſtulit, ac diſturbavit, juſtum enim eſt, ac æquum, ut is vinceret, qui victus ſuccubuerat. Animas itaque divina pulchritudine, ſuique ſimilitudine dotatas exornavit, corpus verò animæ habitaculum ab execrandis paſſionibus liberum effecit, ipſum dirigens ad celſitudinem ſupermundialem per divinam inſtitutionem.

Hæc ſanè cauſa fuit, cur Deus nobis homogeneus fieri dignatus eſt; Jam ſi Deus noſtrum genus aſſumſit, ut Deos nos redderet, & ad ſui familiaritatem admitteret, profectò familiares Dei non efficimur, niſi per deificationem, impoſſibile ergo erat, ut ipſius ſimilitudinem referremus, niſi ſemper in nobis deificationis, quæ eſt Chriſti diſpenſatio, memoria renovaretur, renovatur autem per verba Conſecratoria, quibus divina myſteria conficiuntur, ac conſecrantur per Summos Sacerdotes, divinum itaque opus in nobis innovatur, ad divini Principatus commemorationem de qua in Evangelio: *Hæc facite in mei memoriam*. Opera autem divina, quæ in orationibus conſecratoriis & deificantibus referuntur, ſunt, Domini incarnatio, diſpenſatio, mors, ſepultura, & Reſurrectio, quas commemorat, ſanctè caſtè, ac humiliter, uti Pontificem decet, ad Deum exclamans, ac intellectuali oculo adorandam & immaterialem intuens Theoriam, mente ſcilicet ſua intuetur, atque contemplatur rationem ob quam tunc temporis ea divina opera perficiuntur. Atque ubi ipſorum Theoriam in ordine ad miniſterium, quod per Cruces, fractionem panis, vinique commixtionem, ſenſibiliter peragitur, planè agnovit, & poſtquam divina opera illis verbis. *Commemorantes mortem, ac Sepulturam tuam &c.* prædicavit; cum puritate & humilitate ad Deum exclamat. *Tu enim dixiſti, ita commemorabitis mortem meam in mei memoriam*. Poſtquam autem myſteria Sacerdotali miniſterio celebravit, eadem in patena, & calice, in quibus ſunt conſtituta, in altum elevat dicens: *Hæc ſunt, quæ præparaveram, ſuntque Sancta, eaque Sanctis tribuo, quicumque Sanctus eſt ad ipſa accedat*. Tum illum unum panem ſenſibiliter in multos dividit. Et panis quidem coopertio duo tibi demonſtrat, abſconditam Jeſu naturam, antequam carnem aſſumeret, & illius occultationem ſub ſpeciebus panis. illud autem, quod non frangebat, frangit & dividit, unitatem Jeſu nobis innuit, qui unus, ac ſim-

plex

plex, & incompoſitus erat ante incarnationem, atque poſtea compoſitus factus in partes eſt diviſus, ipſum enim manducamus in pane, & bibimus in Calice. Illa itaque victima, quam Diſcipulis ſuis in cœnaculo diviſit, & iſta noſtra, unum ac idem ſunt cum illa, quæ in Cruce immolata eſt. Per hæc ſiquidem bonitatem ſuam nobis promeruit & acquiſivit communionem ac participationem cum ipſo. Niſi enim incarnatus fuiſſet, illud corpus, per quod conjungimur cum ipſo, dum Sanctorum myſteriorum Communionem percipimus illud, minimè poſſediſſet. Ac proinde qui peccato mortui paſſionibus vivunt, nec Chriſto copulantur, neque cum ipſo vivunt. Ergo ſi conſortium Jeſu diligimus, vitam inſtituamus oportet, ipſius vitæ conformem, dum nobiſcum in carnem converſaretur, ut tali pacto, ſui comparticipes nos reddat. Hæc ſunt, quæ Pontifex nobis exhibet, cum panem coopertum detegit, & unum in plures dividit partes; ac ſpeciebus ſenſibilibus Chriſtum deſignat, qui abditus eſt & inacceſſibilis. Et poſtquam myſteria ipſe ſumpſit, aliis ſumenda porrigit, prius itaque ſumit, ac poſtea porrigit, quia hic eſt communis omnis diſpoſitionis, ſive in actione conſiſtat ſive in doctrina, ordo, ac prius ipſe ille, qui docet, doctrina repleatur, oportet, ac poſtea alios adimpleat doctrina, qui hanc ab ipſo addiſcunt.

Illi autem, qui in Eccleſia permanſerunt, populus nimirum Sanctus, religioſorum Monachorum chorus, & Clerus Diviniſſimus confitentur, & gratias agunt pro collatis ſibi bonis. Ingratos verò illi ſe exhibuerunt, qui propter prava ſua opera divina dona haudquaquam promeruerunt; Si enim mores Sancti cauſa ſunt communionis, & communio cauſa gratiarum actionis, procul dubio qui moribus deſtituti ſunt, & gratiam actione, atque per hoc ipſi in cauſa fuerunt, ut ingrati exſiſterent.

CA-

CAPUT XIV.

De Eccleſia, & Altari.

NOſtra hœc viſibilis, ac Terreſtris Eccleſia, cœleſtem illam Eccleſiam, Congregationeſque ſupernorum, atque Sanctorum animas, quæ in ea ea ſunt, repreſentat, ac figurat. Altare autem ipſum Emanuelem juxta Sancti Dionyſii Athenienſis ſententiam, exprimit; Alii verò Altare Crucem exhibere, ajunt, ſuper quam ipſe Dominus, & Victima mactatus eſt, atque oblatus. Quod ad Altaris ethymologiam attinet, hoc ſane nomen *madebhha* Altare, a *debhha* Sacrificio provenit, ſimili prorſus modo, ac oblationis vocabulum, a re oblata, & in emiuenti loco poſita derivatur.

D. Joannnes Chryſoſtomus in Altari Chriſti ſepulchri Symbolum agnoſcit, quam traditionem ipſa altaris ſpecies ac ſtructura comprobat. Nam altaris longitudo a Septentrionali ad auſtralem plagam conſiſtit, ad ſimilitudinem ejus Sepulchri, in quo ſecundum Hæbreorum conſuetudinem Dominus noſter conditus fuit. Quia verò per Altare ſepulchrum ſignificatur: Chriſtus autem ſemel in carne, non multoties, ſepultus eſt, idcirco ſemel in die ſuper uno Altari oblationem peragere ſolemus.

Altare itaque Emmanuel, qui eſt arbor vitæ, denotat, Crucem ſignificat, ac Sepulchrum repreſentat. Spiritualiter autem per viſibile Altare illud inviſibile intelligimus, quemadmodum per præſentem Sacerdotem, ſummum illum Pontificem, ac per oblationem quæ peragitur, eum agnoſcimus, qui oblatio pro nobis fieri dignatus eſt. Tabula pariter & ipſa quandoquidem Altare adpellatur, ac ut plurimum ex lapidibus conſtruitur, quia Jeſus eſt lapis, quem reprobaverunt ædificantes, & ipſe factus eſt in caput Anguli, neque in aliquo

alio

alio eſt ſalus, juxta Simonis verbum: Apoſtolus ſimiliter de hac Petra ait „ bibebant autem de Spiritali Petra conſequente eos, Petra autem erat Chriſtus „ Aliquando verò Tabùia ex Lignis politis conſtituebatur, quia Salvator noſter lignum vitæ appellatus eſt.

Tandem per hoc Altare perfecta noſtra conſtitutio deſignatur, poſtquam ab omnium Sanctificatore Sanctificati fuerimus.

CAPUT XV.

De Sacerdote offerente.

ALtera veſtra quæſtio erat, cujuſnam typum referat Sacerdos in oblatione. Cui reſpondemus, Chriſti locum tenere Sacerdotem, quemadmodum enim Chriſtus cum in cœnaculo coram Patre ſuo proprium fregit corpus, ac diſcipulis ſuis diſtribuit, ait „ hoc eſt corpus meum, & hic eſt Calix Sanguinis mei,„ Similiter etiam Sacerdos dum ipſa adminiſtrat myſteria dicit „ hoc eſt corpus meum, quod pro vobis &c. „ *Et hic eſt Calix Sanguinis mei &c.* Item Sacerdos lingua eſt in capite totius corporis populi, ac pro tota Eccleſia Deum ſuppliciter rogat. Præterea Artifex eſt, qui Spiritus in myſteriis delineat. Tandem mediator eſt, Dei inter & homines. De Sacerdotis autem vocabuli Ethymologia in tractatu de Sacerdotio diſſeruimus.

Si quis porrò a vobis exquirat, an Sacrificii oblatio, miniſterium ſit ſolius Sacerdotis, ſeu Presbyteri, an verò aliis gradibus etiam conceſſum ſit oblationem perficere? Secundum veram doctrinam ac traditionem SanctorumPatrum noſtrorum illi reponite, Miniſterium hoc Sacerdotibus ac Superioribus proprium eſſe, non verò eo gradu inferioribus quibus numquam celebrare conceditur, ſed ſolum Sacerdoti, aut Epiſcopo ce-

le-

lebranti miniſtrare. Non enim cuilibet ex iis, qui in Sacerdotii gradu ſunt conſtituti, proprii ordinis limites prætergredi, atque munia Superioris ordinis exercere permiſſum eſt, nec Diacono baptizare aut offerre, nec Presbytero chirotoniam adminiſtrare, aut chryſma conſecrare licitum eſt. Sed unuſquiſque in ordine, in quo vocatus eſt, maneat, & ſupernas virtutes imitetur; quæ Theorias altioras ſe, aut profundioras ſcrutari minime audent. Sunt nonnulli, qui ea miniſteria, quorum præfectio eſt Jeſus, hoc eſt, Sacrificii oblationem atque Chryſmatis conſecrationem, ad Pontificiam poteſtatem pertinere autumant, nec niſi neceſſitate compellente, Sacerdoti offerre permiſſum eſſe ajunt. Verùm ſententia iſtorum minime congruit Doctrinæ Sanctorum Patrum noſtrorum, qui ex Apoſtolica traditione nos docuerunt quod Dominus noſter tunc temporis Sacerdotes ſeu Presbyteros ſuos ordinavit, cum illis poteſtatem dedit conſecrandi ipſius corpus & ſanguinem, ac præcepit eis in myſtica illa cœna inquiens: *hæc facite in mei memoriam* quamvis tum illos perfecerit, cum ſolvendi, ac ligandi peccata poteſtatem eis dedit dicens: *accipite Spiritum Sanctum &c.* Sicuti in 2. capite noſtro de Summo Eccleſiaſtico Sacerdotio fuſius expoſuimus. Unde planè evincitur oblationem Sacrificii officium eſſe Sacerdotale, & non ex conceſſione Sacerdotibus commiſſum. Fieri autem poteſt, quod ex confuſione nominum, officiorum etiam confuſio aliquando fuerit ſecuta. Tempore enim Apoſtolorum, & eorum, qui proximè illos exceperunt, vocabula Presbyterii, & Epiſcopatus promiſcuè ac indiſcriminatim unum pro altero uſurpabantur, uti in 6. præfati tractatus capite demonſtravimus. Hinc deſipuit Arius, qui cum nominibus, etiam ordines, ac officia confudit, ſicut Epiphanius Cypri ſcriptum reliquit.

CAPUT XVI.

De Pane oblationis ac de ejus qualitate.

PAnis, qui offertur ſuper Altare, ex granis frumenti ſit oportet, non vero ex ulla omnino alia materia; ſicuti ex Apoſtolica traditione ad nos deducta, didicimus. In granis ſiquidem frumenti repreſentantur multa Filii propter noſtram ſalutem incarnati myſteria; ſeminantur enim in agros naturæ grana frumenti a corporeis operariis, ſimili modo, ac myſteria, & Symbola Filii in agris rationalibus, populo nimirum Hebreorum ab Agricolis, ideſt Prophetis, ſeminata fuere. Per imbres, & rores grana germinant, ac per Spirituum afflatum creſcunt, atque ad perfectionem deducuntur, ſicuti etiam Filii myſteria per allegorias, & ſimilitudines, variaſque & multiplices Prophetias finem acceperunt, & ad complementum pervenerunt. Deciduntur frumenta, & ab agris ad Aream deferuntur, quemadmodum myſteria Filii e populo excerpta, ad gentes ſunt delata. Et ad eum etiam modum, quo Gabrielis annunciatio ab alto ad noſtram humanitatem deducta fuit. Grana elevantur pala, ac mola moliuntur, ſicuti etiam librorum verba Chriſtianorum auribus immiſſa ſunt, ac myſteria, quæ in eis ſunt, explicata fuere. Quemadmodum pariter Annunciatio in Virginis aures fuit immiſſa. Poſtea ſubacta farina, igne coquitur, ſicuti & Filius in Virginis utero, debili noſtræ carni ſine confuſione unitus eſt, ac Divinitatis igne infirmitatem noſtram corroboravit, cum ex Virgine per Spiritum Sanctum incommutabiliter fuit incarnatus.

Conſtituitur hoſtia, hoc eſt Sigillum, & Panis myſticus ex Elementis, atque ad conſecrationem, ac victimam myſticam ſeparatur, ſicuti etiam Filius ex Divinitate, & anima ac corpore copulavit perſonam divinam cum duabus naturis, Deus

& homo ſine confuſione aut mutatione apparuit, & ad victimam ſecundum carnem propter noſtram ſalutem in patibulo Crucis fuit deſtinatus.

Ad illud autem, quod quæritis, in fermentato ne, an in azymo pane offerre oporteat, reſpondemus, nullo Dominico ſeu Apoſtolico præcepto illud prohiberi, aut hoc præcipi. Et hanc ob cauſam, Alii in uno, in altero coeteri conſecrant ſecundum propriam conſuetudinem. At qui in fermentato offerunt nos occidentales, ac Armenos redaguunt, Azimum non eſſe panem dictitantes, eo quod quoties ſcriptura *panem* nominat de fermentato loquatur; cum itaque illum panem Dominus noſter & Apoſtolus appellaverint, de fermentato neceſſaria conſecutione loquuntur. Ita illi. Sed imperiti hi & vocis, ſcripturarumque virtutem neſcientes, in Pentateucho, cœteriſque ſacris libris non minus fermentatum, quam Azimum panem vocari intelligant. Quod itaque Azimus adpelletur panis diſcant ex libro Exodi, in quo hæc de Azimo Moyſi famulo ſuo Deus præſcribit: *Et pones ſuper menſam panem propoſitionis coram me ſemper*: Levitici etiam liber Azyma diſſertiſſime panem appellat: ubi dicit: *Quia oblationes Domini Panem Dei ſui ipſi offerent*: In libro itidem Samuelis legitur: *Et dedit illi Sacerdos Sanctum, quia ibi non erat panis, niſi panis propoſitionis, quem e conſpectu Domini tollebant, ut ponerent calidum panem in die in quo ſumitur*: Manifeſtum eſt autem, ac notum Sapientibus, & in libris ſanctis verſatis viris panem propoſitionis Azimum fuiſſe, & unum Azimum ſuper Domini menſam poni licuiſſe minime vero fermentatum, quem in ſolo Pentecoſtes die offerri fas erat; Errant igitur, qui Azimum panem non eſſe dictitant, eoſque jure ac merito vel ipſi Hebrei refellunt, qui uſque modo dum ſuum celebrant Paſcha Azyma in mappis ſuas efferentes exclamant ac dicunt „ Similem huic „ ſimplici pani Patres noſtri in Terra Ægypti panem comederunt „ Videſis ergo quod & ſuos & ſuorum Patrum in Terra Ægy-

Ægypti comeſtos Azimos, panem nominent; Deſipiunt proinde, qui Azymum verum panem eſſe pernegant.

Sed præfati inſurgunt etiam, ac dicunt. Quod Dominus noſter Corporis ſui Myſterium in fermentato pane confecerit cujus aſſerti hanc proferunt rationem, quod nimirum Paſchæ celebrationem anticipaverit, illudque tunc, cum nondum Azima eſſent, peregerit.

Contra tamen dicimus, ac quærimus ab eis, celebraverit ne Dominus noſter Paſcha Legale, an non? Si non celebraſſe reponant, ex ipſo Evangelio apertiſſime refelluntur, in quo hæc habentur: *Prima die Azimorum acceſſerunt Diſcipuli ad Jeſum, & dixerunt ei, ubi vis paremus Tibi, ut comedas Paſcha,*„ Apud Te Paſcha cum Diſcipulis meis manducabo „ *& ſicut præceperat eis Jeſus paraverunt Paſcha &c.* Audiant pariter magnum Æphremum Syrorum Prophetam in Sermone tertio de Paſſione ita ajentem: *In hac glorioſa ſolemnitate a Te veritatis magiſtro miſſi ſunt Diſcipuli, qui pararent Agnum, ut Tibi eſſet Paſcha, quod comederes ac finem legi imponeres:*

Si vero legale Paſcha Dominum celebraſſe ultro concedant, omni procul dubio fateantur neceſſe eſt, in Azimis illud celebraſſe; legale ſiquidem Paſcha ſive anticipetur, ſive protrahatur nonniſi in Azimis perficitur, quemadmodum in numerorum libro preſcribitur. Perfecit igitur Dominus noſter Corporis ſui Myſterium in Azimo, minime autem in fermentato.

CAPVT XVII.

De Vino, & Aqua.

VInum in Calice illo exſtitiſſe, quem accepit Dominus noſter, & gratias egit, deditque Diſcipulis ſuis dicens „ „ Accipite, Bibite omnes: Hic eſt Sanguis meus novi Teſtamen-

ti,,Ipſius Domini Noſtri Teſtimonio comprobatur,,Dico autem ,, Vobis non bibam amodo de hoc genimine Vitis uſque in ,, diem illum quo bibam illud vobiſcum novum in Regno Dei,, Idipſum quoque Divini Apoſtoli Can. 3. nobis tradiderunt.

De Commixtione autem aquæ cum vino Sanctus Jacobus Domini Noſtri frater in ſua liturgia in Calicis Conſecratione teſtatur, dicens: *Similiter autem & Calicem, poſtquam cenaverunt cum miſcuiſſet vino, & aqua* † *benedixit* † *ſacrificavit* † *deditque eis*: Et in Anaphora SS. ac divinorum Apoſtolorum hæc legimus: *Similiter, poſtquam cænaverunt; accepit Calicem, eoque vino & aqua mixto, gratias egit, & benedixit, & ſanctificavit. Etc.*: Joannes pariter Evangeliſta hæc habet *Et poſt myſticam illam ſuam Cænam accepit Calicem, & aqua, & vino miſcuit*: Petrus in prima ſua liturgia: *Simili etiam modo cum miſcuiſſet Calicem vino, & aqua*: Marcus Evangeliſta ,, Similiter autem & Calicem cum vino & aqua miſcuiſſet,, Hanc autem Traditionem de vini, & aquæ commixtione approbat, & agnoſcit univerſa Catholica Eccleſia, ac omnes quotquot Chriſtiano nomine cenſentur, unis exceptis Armenis, qui aquam cum vino minime miſcent, idque ex Joannis Chryſoſtomi doctrina ſe accepiſſe ajunt; Verum longe a veritatis tramite aberrant, atque a S. Patris verborum intelligentia toto diſtant Cælo, qui nullo prorſus pacto hoc aſſeruit, ſed ſolum adverſus eos, qui in ſola aqua perficiebant, conſcripſit, quod autem hæc ſit pura putaque veritas,inde manifeſto patet, quod in omnibus Eccleſiis, & provinciis, ubi ipſius liturgia receptiſſima eſt, ac in maximo honore habetur, aquam cum vino permiſceant. Eandem quoque doctrinam tradiderunt magnus Ephrem, S. Jacobus Niſibis, magnus Baſilius, cæterique Patres.

At quæritis, ſi Dominus noſter aquam cum vino miſcuit, uti dictum eſt, quam ob cauſam Sacerdos, cum aquam in Calicem mittit, dicat: *Et hanc etiam aquam; quæ eſt figura &c.*:

non

non vero dicat „ Et aquam hanc miſceo in hoc Calice Salutis, ſicuti dilectus tuus Filius miſcuit „ vel quid ſimile? Ex illis enim verbis videtur colligi, ideo aquam cum Vino permiſceri, quia figura eſt aquæ, quæ ex latere Domini noſtri lancea transfixo nobis profluxit, non vero quod illam Dominus noſter in calice miſcuerit.

Ad hanc quæſtionem reſpondemus, ex eo quod aqua, quam in calice miſcemus, figura dicatur ejus, quæ ex Domini noſtri latere lancea transfixo nobis fluxit, nequaquam ſequi, quod eam Dominus noſter non miſcuerit in calice, quando in Sionis cœnaculo corporis ſui ſancti, ſanguiniſque pretioſi myſterium perfecit. Nam de Vino quoque Sacerdos ait: *Et hoc quoque Vinum, quod eſt figura &c.*: Sunt igitur Aqua, & Vinum, quæ in Calice permiſcemus, figuræ Sanguinis & Aquæ quæ ex latere Salvatoris noſtri emanarunt nobis, & ipſamet ſunt etiam materia puriſſimi ejus Sanguinis ſecundum illius inſtitutionem ac mandatuum „ hoc facite in mei memoriam „ Nihil enim prohibet, quidpiam figuram eſſe, & verum archetypum ſecundum varias relationes, ac diverſas comparationes; myſteria etiam ipſa a nonnullis Patribus figuræ ſunt adpellata relate ad naturale Corpus, & Sanguinem Domini noſtri, quæ ſub ſpeciebus myſticis latent.

CAPUT XVIII.

De Panis & Vinipoſitione ſuper Altare, & de Hoſtiarum Quantitate.

SAcerdos hoſtiam panis primum ponit ad ſiniſtram ſuam intra patenam extra Tabulam, Calicem vero ad dexteram ſuam in altero latere infra Tabulam. Et ſitus quidem panis ab principio ad ſiniſtram myſtice cor vitæ principium ſignificat. Situs autem Calicis ad dexteram, Hepatem Sanguinis matrem deſi-

deſignat. Quod vero ſuper Altare elata ſint, & extra Tabulam collocata, Deo oblata eſſe, ſed nondum conſecrata indicat.

Poſtea autem conjungit Sacerdos, & collocat panem ad occidentem, & Calicem ad Orientem, ut hoc facto oſtendat, quod humilitatis noſtræ corpus induerit Dominus noſter, ac genus noſtrum, quod ſiniſtris moribus erat corruptum, ex quatuor orbis partibus congregaverit; Et is, qui ad Orientem inſidebat, ſuper noſtræ abjectionis occidentem apparuerit. Et Sanguis, qui ponitur ante Corpus, Sanguinem illius Corporis eſſe demonſtrat, ad eum modum, quo occiſi Sanguis decurrit ante eum.

De numero etiam hoſtiarum panis, par ne debet eſſe; an impar, quœritis, quandoquidem nonnulli dixerunt, numerum hoſtiarum imparem ſemper eſſe debere, nimirum vel unam, vel tres, vel quinque, vel ſeptem, vel novem, & ſic deinceps; binarium tantum excipiunt numerum, qui Domini noſtri divinitatem, & humanitatem refert, ſicuti Unitas, ac ternarius numerus unam naturam Sanctiſſimæ Trinitatis, ac tres perſonas oſtendunt.

Nos vero e contra dicimus, fas eſſe Sacerdoti offerre quot voluerit hoſtias, numero pares ſint, ſeu impares, ſicuti Clemens in ſuo libro ex Apoſtolica traditione edocet. Præterea, ſi oblatio unius hoſtiæ Unitatem naturæ Sanctiſſimæ Trinitatis: duarum oblatio, Salvatoris noſtri Divinitatem, & Humanitatem; trium oblatio Trinitatem Sanctarum Perſonarum ſignificant, dicant nobis prædicti, quid ſignificet oblatio 5. 7. 9. & cæt. Vel enim numerus hic impar nihil repreſentat, vel indefinite ſignificat? Si nihil ſignificat, jam inutilis eſt illius prœceptum. Si autem indefinite ſignificat, utpote indeterminate præceptus, abſurde adſtruitur. Ergo numerus hoſtiarum definiendus eſt a numero, & indigentia Communicantium, non vero ab ullo myſterio inutili, aut abſurdo.

CAPUT XIX.

De Triſagio Hymno.

TRiſagius Hymnus a choris Sacerdotalibus, & a fideli populo in liturgia, ac in divinis orationibus ita canitur ,, ,, Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis ,, Unde autem originem traxerit? Ab Apoſtolis Fidelibus, & ſic ad nos uſque traditum perveniſſe, nonnulli ajunt; Alii vero illum in Joannis Evangeliſtæ libro de Virgine repertum tradunt. Quidam ab Ignatio Igneo Apoſtolorum diſcipulo, atque Antiochiæ Epiſcopo eum in Eccleſiam inductum putant, alii, cum Joſeph, & Nicodemus Salvatoris noſtri corpus deponerent, Angelos ipſum concinentes auditos fuiſſe cenſent. Quidam referunt puerum in Cœlum raptum, ab Angelis præfatum hymnum cani audiviſſe, ac ipſum proinde ſub Proclo Patriarcha Conſtantinopolitanis Fidelibus illum tradidiſſe. Alii tandem triſagion ex illo Iſaiæ originem ducere ſentiunt, ubi dicit ,, Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum,& ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. Seraphim ,, ſtabant ſuper illud ſex alæ uni; & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus,& duabus velabant pedes ejus,& duabus volabant, & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ,, Sanctus, Sanctus Dominus Fortis, plena eſt omnis terra gloria ejus ,,

Sed quia Triſagio aliquando additur ,, Qui crucifixus es pro nobis, miſerere nobis,, hancque additionem Conciliorum definitionibus, ac Patrum doctrinæ adverſari aliqui judicarunt. Idcirco in hoc loco juxta veſtram juſtam petitionem Filii cariſſimi declarandum duximus, an, & quando hymnus cum dicta additione cani debeat.

Sciendum eſt itaque hunc hymnum aliquando de tota

San-

Sancta Trinitate, aliquando vero de ſingulis ſeorſim conſideratis perſonis prædicari. Quando igitur de tota Trinitate ab omnibus adoranda prædicatur, nullo prorſus pacto fas eſt illi crucifixionem addere. Hæc enim fuit hæreſis Petri Antiocheni cognomento Fullonis, qui crucifigendo crucifigebat totam Trinitatem Sanctiſſimam, paſſionemque inducebat in naturam omnibus paſſionibus ſuperiorem, quæ eſt impietas univerſas impietates excedens. Et hac de cauſa jure ac merito Anathematis vinculo colligatus, ac diris devotus Sede ſua fuit dejectus.

Quod autem hymnus hic aliquando dicatur de tota Trinitate, aliquando vero de unaquaque perſona adoranda ſeorſim, ex ſupra recenſitis Apoſtolorum, ac Patrum noſtrorum Liturgiis, perſpicuum fit. De Sancta enim Trinitate canitur in Liturgiis Jacobi Apoſtoli, Joannis Evangeliſtæ, duodecim Apoſtolorum; Cyrilli Alexandrini; Ioannis Chryſoſtomi, Xyſti, ac Julii Romanorum Pontificum. Et de hoc nemo ambigit. De Patre autem canitur in prima liturgia Petri Apoſtolorum Principis, qui in Angelica Doxologia hæc habet „ Glo„ rificamus te Domine unacum Angelis, & legionibus Archan„ gelorum, qui vocibus gloriæ exclamant vociferantur, & di„ cunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus fortis Sabaoth „ pleni ſunt Cœli, & Terra gloria tua„ Quod vero hymnus iſte triſagii dicatur hic de Patre, notum ex eo fit, quod ſtatim ſubjungit Sacerdos in inclinatione, in qua ea repetit, quæ dixerat in alta, & exponens de quo triſagio prædicarit, dicit „ „ Sanctus es, & multum miſericors Domine, quia præ tuo in„ nos homines amore, in mundum miſiſti filium tuum, qui pro „ ſalute noſtra ex Maria Virgine incarnatus eſt „

Cæterum de Filio itidem dici, ex altera Petri liturgia demonſtratur, in illa enim ait in Angelica doxologia „ Magnitu„ dinem tuam Domine millia millium ſupernorum adorant, ac „ myriadum myriades exercituum miniſtrorum ignis, & Spiritus

„ tus cum timore glorificant unacum Cherubim, ac Seraphim, „ qui alter ad alterum benedicunt, ſanctificant, clamant, & dicunt. Nos etiam Domine per gratiam tuam & miſericordiam digni efficiamur unacum ipſis ter dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus „ Quæ de Filio prædicari ex ſequentibus inclinationis verbis clariſſime comprobatur „ Confitemur tibi Domine nos ſervi tui &c. „

Joannes pariter Evangeliſta de Filio viſionem Iſaiæ ſedentis, ac Seraphim eum collaudantium, ac dicentium „ Sanctus &c. „ Intelligendam edocet illis verbis „ Hæc de eo locutus eſt Iſaias cum vidit gloriam ejus „ Sanctus itidem Cyrillus Evangeliſtam ſequutus Iſaiæ viſionem de Filio exponit dicens „ Et ipſum ſanctificabant Seraphim quia carnem erat aſſumpturus, Illi ſimiliter, qui ab Angelis, cum Salvatoris noſtri corpus deponeretur hunc hymnum cani auditum fuiſſe aſſerunt, Evangeliſtæ conſentiunt ac Cyrillo, ajunt enim, quod cum Joſeph in Chriſtum credidiſſet, corpus Jeſu a Pilato petierit & ubi e Cruce illud deponebat tres Angelorum Choros videre promeruerit, quorum primus cecinit „ Sanctus Deus, Cum enim Deus eſſes, homo fieri dignatus es „ Alter reſpondit „ Sanctus Fortis; ſiquidem cum natura tua fortis exiſteres, propter homines corpore indutus veluti infirmus apparuiſti „ Tertius tandem Chorus ſubjunxit „ Sanctus Immortalis, qui cum natura Tua Divina immortalis eſſes, humanam Tibi copulaſti naturam, utque mortale noſtrum genus vivificares mortalis in carne Tua voluntate factus eſt „

Quotieſcumque itaque hymnus iſte ad Filium refertur, nihil profecto prohibet, quin illi paſſionem, Crucifixionem, mortem, Sepulturam, ac reliqua Salvatoris noſtri diſpenſationis myſteria ſuperaddamus.

Vere enim Filius pro Nobis paſſus, crucifixus, ac mortuus eſt. Cum itaque nos hymnum præfatum ad Filium referentes dicimus „ Sanctus Deus „ Intelligimus quod licet per

ſuam humanationem pauper fuerit effectus, dives tamen permanſerit, neque ullam mutationem ſubjerit, cum humanitatem ſuſcepit; reſurgens vero ex mortuis, noſque redimens ſe Deum eſſe ſuper omnia apertiſſime declaraverit. Per illa vero „ Sanctus Fortis „ ipſummet verbum denotamus, quod propter nos incarnatum, infirmum in ſuſcepta ex nobis carne viſum eſt fortem in duobus perſeverans in eo nimirum, quod Deus impaſſibilis perſtiterit, atque Diabolum devicerit, debellaritque Per illa item „ Sanctus Immortalis „ Verbum quod in Carne mortalibus conſociatum fuit, ac in Divinitate immortale permanſit laudum præconiis celebramus. Tandem per illa „ Qui crucifixus es pro nobis „ Grates illi rependimus, quod ad Crucem uſque ad mortem in carne propter Nos venerit, atque miſertus Nos ſalvos effecerit.

Sciendum vobis eſt, Filii cariſſimi, quod Theodori, ac Neſtorii Sectatores præfatum hymnum ſubſequenti formula concinunt „ Sanctus Deus. Sanctus Fortis. Sanctus Immortalis. Sanctus, qui crucifixus es pro Nobis „ Cujus rei hæc eſt ratio, cum enim duas perſonas in Domino Noſtro agnoſcant, ac profiteantur humanam ſc. & Divinam perſonam ubi dicunt „ Qui crucifixus es pro Nobis „ Humanam intelligunt perſonam. Exiſtimant enim in homine veluti in Templo Deum inhabitaſſe, ac voluntarie, & cum æquali gloria ac honore; Non vero perſonaliter, & ſubſtantialiter cum eo unitum fuiſſe, & hanc humanam perſonam eſſe illam, quæ pro nobis Crucem ſubiit; Quocira ab horum hæreticorum, qui perſonarum quaternitatem inducunt laqueo iſto ſedulo diligenterque cavete; Quemadmodum enim illi Divinitatem in propria natura, ita & iſti puram ſimplicemque humanitatem crucifigunt.

Quid autem dicemus adverſus illum perditionis Filium, qui noviſſimis hiſce diebus apparuit, ac ſcribere auſus eſt Chriſtum nec Cruci affixum, nec mortuum fuiſſe, ſed vivum a Deo translatum; Errare etiam illos, qui ipſum a Judeis crucifixum aſſe-

aſſeverant: in alio item loco ſcribit: Chriſtus minime crucifixus fuit, ſed alius ipſi ſimilis:

Adverſus impii hujus blaſphemias, ſemper ſane gloriari nos oportet in memoria Crucifixionis Domini noſtri, per quem nobis mundus crucifixus eſt, & nos mundo, neque Jeſum crucifixum Dominum noſtrum cum Angelo prædicare erubeſcamus. In Matthei enim Evangelio, Angelus mulieribus dixiſſe legitur „ Scio, quod Jeſum crucifixum quæritis, non eſt hic, ſurrexit ſicut dixit, venite, videte locum, in quo Dominus noſter poſitus erat „ In ipſo etiam Evangelio Crux Jeſu, ipſius gloria dicitur: Dixit enim de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim acceperant Spiritum, quia Jeſus nondum fuerat glorificatus: hoc eſt, nondum crucifixus fuerat, nec a mortuis ſurrexerat, quia igitur verbum Crucis perditis, ac Filiis perditionis ſtultitia eſt, nobis autem, qui Deo vivimus, virtus eſt Dei, non erubeſcamus, neque timeamus ſemper cum Apoſtolo Chriſtum crucifixum prædicare, quamvis id Judeis Scandalum ſit, ac gentibus ſtultitia. Quam ob rem adverſus has, ſimileſque blaſphemias, unacum ſanctis Synodis, ac religioſiſſimis Patribus noſtris pronunciamus.

Quicumque huic triſagii hymno, addit: Qui crucifixus es pro nobis: cum ad Sanctam Trinitatem refertur, Anathema ſit, quia ab Orthodoxa fide alienus ipſam veritatem opprimit.

Quicumque, aut Patrem, aut Filium ſecundum divinam ſuam naturam, aut SpiritumSanctum, aut totam TrinitatemCrucem ſubiiſſe credit, ac profitetur, anathema ſit, quia ab orthodoxa fide fide alienus, ipſam veritatem opprimit.

Quicumque Verbum Deum eſſentialiter carni unitum, ambabus naturis, divina ſcilicet, & humana proprietates ſuas retinentibus inque una Verbi perſona ſubſiſtentibus, ac abſque ulla confuſione, aut permixtione diſtincte conjunctis atque conjunctim diſtinctis, non crediderit aut confeſſus non

fuerit, anathema ſit, quia ab orthodoxa Fide alienus ipſam veritatem opprimit.

Quicumque Theodorum ac Neſtorium ſecutus purum hominem pro nobis crucifixum, ac ut naturas, ita & perſonas duas humanam ſcilicet, & divinam crediderit ac profiteatur Anathema ſit, quia ab orthodoxa fide alienus ipſam veritatem opprimit.

Quicumque unionem voluntarie per gratiam, atque efficientiam, æqualitatemque gloriæ, ac honoris factam fuiſſe ac Verbum Deum in homine tamquam in templo inhabitaſſe, uti ait Theodorus, ac Neſtorius, credit, atque profitetur, Anathema ſit, quia ab orthodoxa fide alienus, ipſam veritatem opprimit.

Quicumque alium eſſe Chriſtum, qui paſſionem ac Crucem ſubiit, alium eſſe Verbum Deum, qui prodigia perpetravit; non vero unum idemque Verbum Deum, qui incarnatus eſt & homo factus, prodigia perpetravit, & in carne paſſus eſt voluntarie, cum Spiritu ſuperior eſſet omni paſſione, credit ac profitetur, Anathema ſit, quia ab orthodoxa fide alienus ipſam veritatem opprimit.

Quicumque in Trinitate quartam inducit perſonam, & hanc paſſam fuiſſe credit, ac dicit, & ea de cauſa triſagio hymno „ Qui crucifixus es pro nobis „ ſuperaddit Anathema ſit, quia ab orthodoxa fide alienus ipſam veritatem opprimit.

Quicumque, Chriſtum nec crucifixum, nec mortuum, ſed vivum a Deo translatum eoſque qui ipſum a Judeis crucifixum credunt, errare, unacum filio perditionis aſſeveraverit, Anathema ſit, quia ab orthodoxa &c.

Quicumque cum eodem perditionis filio, Chriſtum non fuiſſe crucifixum, ſed alium pro eo, cui Deus ejus ſimilitudinem impreſſit, credit, & confitetur, Anathema ſit, quia ab orthodoxa fide alienus, ipſam veritatem opprimit.

CA-

CAPUT XX.

De Ordine Incenſi.

CUm Miniſter Thuribulum accipit, ingrediatur, oportet ad Altare, ac tribus vicibus Thuribulum ducat ſuper medium menſæ vitæ, quod eſt typus Patris; inde ducat ad ſeptentrionale Cornu Altaris, hoc eſt, Menſæ tribus pariter vicibus, quod eſt Typus Filii: Deinde ad Auſtralem plagam alterum ſc. menſæ cornu, quod eſt Spiritus Sancti Symbolum, pergens ter Thuribulum ducat; Poſtea Miniſter ad Epiſcopum, vel Præsbyterum accedens illum incenſet, & inclinato capite eum adoret; deinde ad Populum miniſter converſus hunc incenſat dum hi capita ſua inclinant in ſignum conſenſus ac Beneplaciti ſui; Poſtremo redit ad Sacerdotem uti prima vice, eique Populi conſenſum offert, ac beneplacitum, quæ eſt ipſorum fides quam profitentur in Ordinis inſtanti, hoc eſt „ Credimus in unum Deum Patrem&c.

Sed jam de reliquis incenſi ſignificationibus myſticis diſſerendum. Incenſum itaque Typus eſt Joannis Baptiſtæ, qui virtutum ſuarum odore ante Redemptorem Noſtrum præcurrens, ut bonis pœnitentiæ operibus viam ejus præpararent, prædicabat. Incenſum præterea typus eſt recti cordis, quod non declinat a Deo, in cujus rei confirmationem incenſum ducimus Aaronis, qui eo quia non declinavit a Deo, mortalitatem avertit a populo.

Incenſum item typus eſt Emanuelis, quoniam ab Altari exiens, per totum circuit templum, & ad ſe Fidelium conſenſum ac beneplacitum attractos, rediens ad Sancta Sanctorum inducit, non diſſimili ſane modo, ab eo, quo Emanuel, cum totam luſtraſſet judæam, ac ſuam ſalutarem diſpenſationem impleviſſet, ad ſuum rediit Patrem, atque eorum, qui crediderant

rat conſenſum in Sancta Sanctorum ſublimia intulit.

Tandem Thuribulus Virginem figurat, ignis vero Verbum Deum, illa ſiquidem Divinitatis ignem in ſuo ventre portavit: Aromatum, quæ in Thuribulo adolentur, ſuffitus, qui ex Altari exiens circumquaque diffunditur, Sanctiſſimæ Trinitatis beatitudinem ſignificat, quæ licet per ſui providentiam omnibus inſit ſanctis, extra tamen ſuam ſubſtantiam nequaquam exſiſtit, neque viciſſitudini ullæ aut defectui ſubjacet. Aromata vero mentis noſtræ ſacrificia deſignant.

Suffitus item connotat Verbum Deum, qui e Cœlo delapſus ſuaviſſimus odor factus eſt, & reconciliationis ſuffitus, atque ſeipſum Deo pro nobis offerens, univerſo mundo propitiatione, ac ſuavitate recreato, ad Patrem ſuum ſine ulla ſui mutatione, aut Deitatis ſuæ periculo, rediit.

Ad hæc Thuribulus, qui ad Sancta Sanctorum infertur, indeque ad populum exit, atque rurſus regreditur, Chriſti myſterium exhibet, qui ingreſſus eſt, ac nobis maximas divitias e domo Patris ſui eduxit, & adveniens ſeipſum pro nobis obtulit ſacrificium, & noſtram conſenſionem accepit, atque reverſus cœleſtes terrenis conciliavit. Rurſus Thuribulus, qui in Sancta Sanctorum ducitur, & inde ad populum educitur, ac poſtea regreditur Symbolum eſt Chriſti, qui immolatus Patrem ſuum placavit, ac deinde mundo propitiatus, ad Patrem ſuum rediit. Thuribulus item Chriſti eſt figura, qui pro nobis Thuribulus reconciliationis factus eſt; Cum reſurgens diſtribuit dona hominibus, quando ad Patrem ſuum elevatus eſt. Thuribulus præterea, & aromatum ſuffitus orationem puram, ac ſuaveolentem exhibet.

Ad hæc: Miniſter legatus eſt, Præsbyter vero Paterfamilias, ac Thuribulus epiſtola eſt ſcripta a Præsbytero; ſuavitates autem, & Cruces, quæ ſuper illas ducuntur ſigillum ſunt & obſignatio quæ in annulo. Tandem per Crucem ſignificat ſe abſoluiſſe id, quod ſcripſit, Fides autem, quam Fideles cum

Sacer-

Sacerdote recitant, conſenſio eſt populi uti ſuperius diximus.

CAPUT XXI.

De Symbolo 318. ejuſque compendiaria Expoſitione.

ABſoluto introitus ordine, Sacerdos incipit, ac dicit, „ Credimus in unum Deum Patrem Omnipotentem „ Sciendum eſt, quod ab Apoſtolorum tempore ad Conſtantinum Imperatorem, ab incenſi, ac introitus ordine nihil dicebatur, ſed a Liturgia Sacerdos incohabat.

Synodus vero 318. magna, quæ hoc Symbolum edidit, ipſamet illud, juxta nonnullorum ſententiam, recitari ante introitum Liturgiæ immediate poſt Evangelii lectionem, præcepit, utque Fideles unacum Sacerdote ipſum dicerent. Cujus ſane præcepti ea eſt ratio, quod prædicationis, Evangeliique doctrinam Fides conſequatur, quemadmodum Apoſtolus teſtatur dicens „ Fides autem ex auris auditu, & auris auditus ex Verbo Dei „ Item, ut veram, rectam, unamque eſſe ſuam ipſorum fidem, ac profeſſionem agnoſcant, atque mentibus cordibus ſuis, & oribus ſanctificent.

Alii vero ab ipſa Synodo id præceptum fuiſſe pernegant, & aliquandiu poſt temporis a Sanctis Eccleſiæ Patribus tum ad impudentiſſimi Arii blaſphemias impietatemque retundendas, cum ad Fideles in ſana catholicæ Eccleſiæ doctrina confirmandos, aſſiduam fidei profeſſionem imperatam ajunt.

Porro cum celebrans lingua ſit totius Eccleſiæ corporis, Symbolum ipſe incohat.

„ Credo „ Statuit Synodus „ non vero „ Credimus „ cum enim nec oratio ſit, nec petitio, ſed fides, Sacerdos ubi ſolus illud recitet, in prima perſona „ Credo „ dicat oportet: debemus ſiquidem alter pro altero, atque cum altero orare credere vero, aut confiteri alter pro altero nec jubemur, neque

que juſtum eſt, ſed quemque pro ſeipſo confiteri æquum eſt. His tamen non obſtantibus multorum eſt ſententia, quod ſinguli quidem Fideles „ Credo „ dicere debeant; Epiſcopum vero, vel Presbyterum, cum caput ſit populi, & corporis Eccleſiæ lingua, & totum exhibeat gregem „ Credimus „ dicere oporteat.

In quinque autem partes Symbolum fidei dividitur. Prima quidem Theologiam continet. Secunda vero incarnationem exhibet. Tertia baptiſmum. Quarta univerſalem reſurrectionem. Quinta demum futurum judicium enunciat.

Cœterum a Nicænis Patribus totum Symbolum haud compoſitum fuit, ſed quæ ſequuntur „ Credo in unum Deum Pa-
„ trem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium
„ omnium, & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum
„ Chriſtum unigenitum Filium Dei, qui ex Patre natus eſt an-
„ te omnia ſœcula, lumen de lumen, Deum verum de Deo
„ vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per
„ quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines, & prop-
„ ter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de
„ Spiritu Sancto, & ex Maria Virgine Sancta, & homo fact us
„ eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus,
„ mortuus & ſepultus eſt, ac reſurrexit tertia die ſecundum
„ ſcripturas, & aſcendit in cœlum, ſeditque ad dexteram
„ Patris ſui, & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, &
„ mortuos, cujus regni non erit finis, & in unum Spiritum
„ Sanctum „ Hœc ſunt, quæ Nicoeni Patres deſcripſere. Illi vero Patres 150. qui Conſtantinopoli convenerunt adverſus Macedonii impietatem, cum ipſum Spiritum Sanctum oppugnare, eumque Creaturam dictitare cognoviſſent, e Regiæ Urbis throno eo depoſito, ſequentia addiderunt „ Dominum om-
„ nia vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Fi-
„ lio ſimul adoratur, & glorificatur, qui loquutus eſt per Pro-
„ phetas, & Apoſtolos. Et in unam, Sanctam, Catholicam,
„ &

„ & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Expectamus reſurrectionem mortuorum, & novam vitam futuri ſaeculi „

Sed opere prætium jam ducimus paucis ſingularum Symboli partium expoſitionem complecti.

Credo.

QUoniam vero Deum nemo unquam vidit, uti Johannes in prima ſua Epiſtola teſtatur, & Fidem ſperandarum ſubſtantiam rerum, argumentum non apparentium eſſe definivit Apoſtolus, idcirco Patres dixerunt „ Credimus in unum Deum „ Hoc eſt „ licet corporis oculis Deum non videamus, ipſum tamen exſiſtere, & unum quidem eſſe credimus, ac profitemur „ Nam, ſine Fide, quemadmodum idem Apoſtolus teſtatur, impoſſibile eſt placere Deo, accedentem enim ad Deum oportet credere quod ſit, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit, de recedente autem a Deo, hæc Propheta ſcribit „ Dixit impius in corde ſuo non eſt Deus „ Cœterum non ſolum, Deum eſſe credere debemus, hoc enim & dæmones credunt, ſed ipſius etiam ſcripturas ac verba credere tenemur, illumque amore proſequi, ac ipſius mandata ſervare quo modo nos ipſe docuit cum diceret „ Primum omnium mandatorum: Audi Iſrael Dominus Deus unus eſt Dominus, ac diliges Dominum Deum tuum ex toto Corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua „

Hæc eſt porro fides, in qua adverſarium noſtrum debellare valemus, ſicut Paulus teſtatur nos admonens, ac dicens „ Et cum his ſumite ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere „ Idipſum Johannes dicit „ hæc eſt victoria, quæ vicit mundum, Fides noſtra „

In unum Deum.

ETHnicorum Polytheiſmum Sancti Patres præfatis verbis confutarunt, & illud Moyſis confirmarunt „ Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt „

Patrem.

UT Filii notio, qui ex ipſo genitus eſt, una appareat, Patris vocabulo illum nominarunt; hoc præterea nomine Judaicam Monarchiam, quæ deitatem in unam perſonam definiebat, diſpulerunt. Separationem etiam Perſonæ Patris a Perſona Filii demonſtrant, nam hic Pater dicitur proprie de Perſona, non vero per attributionem, uti cum dicimus „ Pater noſter, qui es in Cœlis „

Omnitenentem.

HOc, inſani Manetis tenebroſum, ac malum principium excluſerunt, quod cum nec malum eſſet, neque ullo prorſus pacto in rerum natura exſiſteret, a Manete, & Manicheis Eſſentia, ac perſona donatum eſt, atque ex ipſo mala originem ducere, ajebant. Cœterum tenentes ſunt Angeli, dæmones, & homines ſecundum conceſſam ipſis facultatem, omnitenens vero unus eſt Deus. Cum autem Patrem omnitenentem dicimus, tantum abeſt, ut Filium, ac Spiritum Sanctum omnitenentes eſſe abnegemus, quin imo & hoc ipſum confirmamus, nam cum eadem omnibus ſit eſſentia, una eademque & virtus ſit, ac omnitenentia neceſſaria conſecutione deducitur.

Factorem Coeli, & Terræ.

HIs vanos ſapientes redarguerunt, qui materias ac ſpecies primas ingenitas aſſerebant. Contra illos proinde inſurrexerunt, atque unum Deum viſibilium omnium, & inviſibilium factorem eſſe demonſtrarunt. Qua de re Johannes in ſuo Evangelio nos certos reddidit cum ait „ Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo nihil „

Et

Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum.

ET in unum Dominum dixerunt, ad Ethnicorum qui plures Deos, ac Dominos ponebant, comprimendam inſaniam: Quamobrem Apoſtolus in 1. ſua ad Corinthios hæc ſcribit,, De Eſcis autem eorum, quæ idolis ſanctificantur ſcimus, quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt Deus, niſi unus. Nam etſi ſunt, qui dicantur dii, ſive in Cœlo ſive in Terra: Siquidem ſunt dii multi, & Domini multi; nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum,,

Jeſum.

HOc eſt, Salvatorem, ac vivificantem juxta illud Angeli ad Joſephum,, paries Filium, & vocabis nomen ejus Jeſum, ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum,, Hoc ipſum & Petrus Apoſtolorum Princeps in Actuum libro Principes Populi, ac Seniores Iſraelitarum alloquutus teſtatur,, Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt a vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput Anguli: & non eſt in alio aliquo ſalus: Nec enim aliud nomen eſt ſub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat vivos fieri,,

Chriſtum.

CHriſti nomine adpellatos legimus Reges etiam ac Sacerdotes domus Iſrael, quod materiali ungerentur oleo, Dominus enim Moyſi hæc præcepit ut Aaronem, hujuſque Filios Sacerdotes ſanctificaret,, Tolle Aaron cum Filiis ſuis, & accipe veſtes, ac Unctionis oleum, vitulum pro peccato, duos Arietes, Caniſtrum cum Azymis, & congregabit omnem cœtum ad oſtium Tabernaculi. Fecit Moyſes, ut Dominus imperaverat. Congregataque omni Turba ante fores Tabernaculi, ait: Iſte eſt ſermo, quem juſſit Dominus fieri, ſtatimque obtulit Aaron, & Filios ejus. Cumque laviſſet eos, veſtivit Pontificem Subucula linea, ac cingens eum Balteo, & induens eum Tunica Hyacinthia, & deſuper humerale impoſuit, quod ad-

ſtringens cingulo aptavit rationali, in quo erat doctrina, & veritas. Cidari quoque texit caput: & ſuper eam contra frontem poſuit laminam auream conſecratam in Sanctificatione ſicut praeceperat ei Dominus. Tulit, & unctionis oleum, quo linivit Tabernaculum cum omni ſuppellectili ſua. Cumque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, unxit illud, & omnia vaſa ejus labrumque cum baſi ſua ſanctificavit oleo. Quod fundens ſuper caput Aaron unxit eum, & conſecravit„ Haec eſt lex conſecrationis, unctioniſque Sacerdotum Levitarum. De Unctione autem Regum, idem ipſe Dominus Samueli praecepit dicens „ Cras mittam Virum ad ſe de Terra Benjamin, & unges eum in Ducem ſuper populum meum Iſrael „ Ac paucis interjectis ſubjungit liber „ Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper Caput ejus, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce unxit te Dominus ſuper haereditatem ſuam in Principem „ Et hac ſane de cauſa Saulum Chriſtum Domini David vocavit viris ſuis dicens „ Propitius ſit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, ut mittam manum meam in eum, qui Chriſtus Domini eſt „

Verum nec materiali hoc oleo Dominus & Rex noſter Jeſus Chriſtus Summus Sacerdos unctus eſt, neque ab ullo Summorum Pontificum aut Prophetarum mortalium. Sed plenitudine Spiritus Sancti ab ipſo Domino Deo unctus fuit quemadmodum per Iſajam prophetam de ſeipſo teſtatur dicens „ Spiritus Domini Dei ſuper me eſt, pro eo quod unxit me Dominus, & miſit me Evangelizare humilibus „

Filium Dei Unigenitum.

HAnc Unigeniti vocem Patres acceperunt ab Evangeliſta Joanne, qui eam plurimis in locis uſurpat, in primo ſiquidem Evangelii ſui capite ait „ Et verbum caro factum eſt & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi

ſi Unigeniti a Patre plenum gratiae,& veritatis,,ac paulo poſt,, Deum nemo unquam vidit; Unigenitus Dei qui eſt in ſinu Patris ipſe enarravit ,, Et inferius ,, Sic enim Deus dilexit mundum ut Unigenitum Filium ſuum daret, ut omnis, qui credit in eum non pereat ,, Rurſus ,, qui credit in eum non judicatur, & qui non credit in ipſum, jam judicatus eſt, quia non credit in unigenitum Filium Dei ,, In priori item ſua Epiſtola ait ,, in hoc cognovimus caritatem Dei erga nos, quia Deus miſit Unigenitum Filium ſuum in Mundum,ut vivat per ipſum,, Hanc vocem autem Patres adhibuerunt, atque Neſtorii praeceſſerunt,ac condemnarunt blaſphemiam, qui Filium Unigenitum negabat, & in duos dividebat, unum quidem ante omnia Soecula ex Deo Patre natum, alterum vero in fine temporum ex Maria Virgine genitum dictitans.

Contra quam Judaicam, impiamque profeſſionem Patres in hoc ſymbolo docuerunt, illum Unigenitum Dei Filium, qui ante omnia ſoecula a Patre eſt genitus, eundem ipſum eſſe ob unicam ſuam divinam perſonam,cum eo, qui deſcendit deCoelo, incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus, pro nobis crucifixus, paſſus, ſepultus eſt, ac reſurrexit tertia die, aſcendit in coelum, ſeditque ad dexteram Patris &c. Non vero alium & alium eſſe, ut deliravit Neſtorius cum ſuis aſſeclis.

Filium Dei.

NOn eo ſane modo, quo ii, qui Spiritu Dei aguntur, Spiritum adoptionis Filiorum accipiunt, & Filii Dei appellantur,ut ait Apoſtolus in ſua ad Romanos; neque illo pacto, quo illi, quos Charitate prædeſtinavit Deus, & in Filios adoptavit, ut idem Apoſtolus in ſua ad Epheſios Epiſtola loquitur; Verum Filius eſt Unigenitus Patri conſubſtantialis, & connaturalis.

Qui ex Patre ante omnia ſæcula eſt genitus.

HOc Sancti Patres adverſus eos dixerunt, qui Filium Patri coeternum eſſe negabant, & aliquando non extitiſſe dictitabant. Arium itaque, ejuſque Sectatores confutarunt docentes Filium ante omnia ſoecula, ab æterno ſcilicet, & a ſoeculo natum eſſe.

Deum Verum de Deo Vero.

NOn enim alius eſt Deus, niſi Unus, nam etſi ſunt, ut ait Apoſtolus in I. Corinth. qui dicantur „ Dii ſive in Coelo, ſive in terra, ſiquidem ſunt Dii multi, & Domini multi: nobis autem unus Deus, ex quo omnia, & nos in illum; & Unus Dominus Jeſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum „ Et Dominus quidem noſter Jeſus Chriſtus ipſe ſolus eſt natura ſua Deus verus de Deo vero; cæteri vero nec natura ſua, nec veri ſunt Dii, quod idem quoque Apoſtolus in ſua ad Galatas edocet his verbis „ ſed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui natura non ſunt Dii, ſerviebatis „ Hinc David Rex ac propheta „ non eſt, inquit, qui ſimilis ſit tibi Domine Deus „ Quamobrem? „ quoniam magnus eſt Dominus & laudabilis nimis & terribilis ſuper omnes Deos, quoniam omnes Dii gentium inanes ſunt „ Moyſes etiam Aaronis, & Pharaonis Deus appellatus legitur „ Et ipſe erit tibi interpres, & tu illi in Deum... Et dixit Deus Moyſi, vide quia dedi te in Deum Pharaonis „ ſed neutiquam Moyſes verus Deus fuit, neque de Deo vero genitus.

Angelos etiam eodem nomine donatos legimus apud Prophetam „ Deus ſtetit in medio Deorum... Et quis ſimilis eſt Deo in Filiis Deorum? „ Jamvero ſi Angeli, & homines Dii vocantur, quod pro poſſibilitate ſua Deo aſſimilentur, quam magis ille, qui, ut ait Apoſtolus, non rapina arbitratus eſt eſſe

ſe ſe æqualem Deo? Cœterum cum Dei veri de Deo vero generatio ſine ulla paſſione, diviſione, aut deciſione fiat, Patres,, lumen de lumine,, ſubjunxerunt.

Genitum non factum.

QUibus verbis Judaicam commixtionem Sabellii qui Patris, Filii, & Spiritus unam eſſe perſonam Aſſeruit. refutarunt Patres, quomodo enim una eademque perſona ſeipſam generet? conſtat ſiquidem, quod genitus a genitore natus ſit, per illud autem ,, non factum ,, Arii os obſtruxerunt, qui Filium creaturam, & factum dicebat.

Conſubſtantialem Patri.

HAc voce Arium Audacem, qui Filium non eſſe ejuſdem naturae cum Patre, nec illi æqualem in eſſentia, ac fuiſſe tempus, quando non exſtabat, ajebat; confutarunt ac redarguerunt.

Per quem omnia facta ſunt.

HÆc Sententia ex illo Joannis Evangelii deſumta eſt,, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt,, in ea autem Patres docuerunt, quod creaturae etiam per ipſum fuerint creatæ, quippe qui virtus eſt, & ſapientia Patris. Porro ſi factus eſt is, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo nihil factum eſt, quod factum eſt; uti Ariani ſomniant, neceſſario conſequitur, quod ſeipſum effecerit, ac ſui ipſius principium exſtiterit, quod eſt abſurdiſſimum.

Qui propter nos homines, & propter noſtram Salutem deſcendit de Cœlis.

QUibus Verbis hoc Patres edocuerunt, quod ſcilicet, illud lumen de lumine, & Deus verus de Deo vero, cum vidiſſet imaginem nos regiam, & divinam ſimilitudinem

nem tenebris obduxiſſe, & peccati confuſione deturpaſſe, inclinavit Coelos, ac deſcendit, quin tamen e Paterno dimoveretur ſinu, ut humauum noſtrum redimeret genus, & ut quemadmodum ipſe dixit „ quaereret, & ſalvum faceret, quod perierat „ Utique propter Protoparentis noſtri Adæ prævaricationem. *deſcendit de Cœlis*; non quod inde tranſlatus ad terram venit, ubi prius non eſſet, nam Coelum & terram ipſe implet, ſed deſcendiſſe dicitur, quia ſuper terram homo apparuit, cum talis antea non eſſet.

Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto.

HÆc deſumta ſunt ex Evangelio Matthei „ cum deſponſata eſſet Maria mater ejus, Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt habens de Spiritu Sancto „ Et paulo poſt „ Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt: Quibus verbis Patres judicarunt, quod Spiritus Sanctus Corpus in utero formavit, cui illico Verbum fuit unitum. Pater enim Filium incarnari voluit, & Spiritus illud Corpus formavit, quod ubi formatum fuit, animatum exſtitit, eodemque inſtanti Verbo Deo unitum. Spiritui Sancto autem hoc incarnationis opus tribuitur, quia caritatis eſt „ ſic autem Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret „

Ex Maria Virgine.

QUa de re olim prophetaverat Iſaias dicens „ Ecce Virgo concipiens, & pariens Filium, & vocabitur nomen ejus Emanuel „ eamque re impletam Mattheus Evangeliſta teſtratus eſt, poſtquam enim nativitatem Domini noſtri & qualiter fuerit, enarravit, ſubjecit dicens „ Haec autem omnia facta ſunt, ut impleretur quod dictum eſt a Domino per Prophetam dicentem, ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emanuel „ *Ex Maria Virgine* dixerunt

runt Patres, Ideſt incarnatus, Verbum nimirum Deus carni fuit unitus, & Corpus ex nobis ſibi aſſumſit. Qua ſane ſententia delirantes confutarunt, qui Dominum noſtrum Corpus verum haudquaquam ſumſiſſe, ſed ſolum phantaſticum, apparenter ſcilicet Corpore indutum viſum fuiſſe opinabantur, quemadmodum Eutyches deſipuit. Illos praeterea redarguerunt, qui Verbum per Virginem, veluti per Canalem tranſiiſſe, quin ab ea carnem ſumſerit, dictitabant. Adhæc & illorum inſaniam diſpulerunt, qui cum Valentino e Cœlo Corpus ſibi ipſum detuliſſe, ajebant.

Et Homo factus eſt.

HOc, Apollinaris hæreſim Patres eliminarunt, qui ſolam carnem anima deſtitutam a Filio aſſumtam inquiebat, homo namque non ſola carne, ſedcarne, & animaConſiſtit. Neſtorium pariter, qui illum non factum quidem hominem, ſed in homine velut in templo habitaſſe aſſerebat, coarguerunt. Dioſcorianorum etiam hæreſim unicam inDomino noſtro naturam profitentium reprobarunt, qui enim fiat, ut uniusnaturae ſit homo, & Deus, immortalis, ac mortalis, factor, & factus, Creator, & Creatus, æternus & temporalis, & cætera huiuſcemodi?

Crucifixus etiam pro nobis.

CHriſtus, ad maledictionem ob præcepti tranſgreſſionem per ligni, quod erat in paradiſo fructus comeſtionem, generi noſtro importatam a nobis abigeret, Super lignum pro nobis crucifixus fuit, utque nos de maledicto legis redimeret; juxta illud Apoſtoli ad Galatas,, nos autem redemit Chriſtus de maledicto legis, factus pro nobis maledictam, ſcriptum eſt enim maledictus qui pendet in ligno,, Hæc præterea progħetico Spiritu ſcripſerunt adverſus illum perditionis Filium, qui noviſſimis hiſce diebus ſurrexit, & dixit Chriſtum mi-

minime fuiſſe Crucifixum ; ſed alium pro eo ; ſuper quem Deus Chriſti ſimilitudinem immiſit.

Sub Pontio Pilato.

UT ab omnibus populis id crederetur, Judicem etiam Æthnicum ſeu Regem, cujus diebus Crucifixio contigit, Patres deſcripſerunt.

Paſſus eſt.

PAſſiones, ſcilicet, in corpore ſuſcepit, ut Vincula, alapas ſputum, flagella, contumelias, ſpineam coronam, & crucifixionem, quæ omnia diſcipulis ſuis per ea verba prædixerat „ deſiderio deſideravi manducare hoc paſcha vobiſcum, antequam patiar „ quibus paſſionem ſponte ſe recipere manifeſtum fecit, cœterum non in ſola carne, ſed & in anima paſſus eſt „ & cœpit tædere, ac mæſtus eſſe, & dixit eis, triſtis eſt anima mea uſque ad mortem „ divinitate autem ſuperior erat omnibus paſſionibus. In nonnullis Codicibus poſt „ paſſus eſt „ ſubditur „ & mortuus „

Sepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas.

HOc eſt: ſicut ſcripſit Lucas „ ecce jam ſunt tres dies, ex quo hæc facta ſunt „ Paraſceve ſcilicet, Sabbatum, & Dominica, in qua Cleophas, & Lucas euntes in Emmaus hæc in via enarrabant. Illud autem *tertia die* deſignat, quod unus e tribus Perſonis haec in ſua diſpenſatione ſecundum carnem geſſit. Rurſum Domini noſtri reſurrectio ſymbolum eſt noſtrae reſurrectionis, porro ſi vana eſt ejus reſurrectio, vana & erit noſtra reſurrectio ac Fides. Unde Apoſtolus in prima ſua ad Corinthos Epiſtola ait „ Si autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit a mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? Si autem reſurrectio

rectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Invenimur autem & falſi teſtes Dei; quoniam Teſtimonium diximus adverſus Deum, quod ſuſcitaverit Chriſtum, quem non ſuſcitavit, ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quod ſi Chriſtus non reſurrexit vana eſt Fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris, Ergo, & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.„

Aſcendit in Cœlum.

IN corpore ſcilicet, nam qua Deus apud Patrem immotus permanſit, ut ubique locorum exſiſtit„ poſtquam *paſſus eſt* per dies quadraginta, ut de ipſo Apoſtolicorum actuum Liber teſtatur. Aſcendit autem in Cœlum, poſtquam implevit totam ſuam diſpenſationem, & in infernum deſcendens de manu captivantis captivitatem liberavit.

Sedit ad dexteram Patris ſui.

HAc de re ipſe Dominus noſter teſtatus eſt, dicens„ Dico enim vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis„ & in Libro actuum Apoſtolorum de Stephano dicitur„ Intendens in Cœlum vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem a dextris virtutis Dei„Dextera autem hìc loci honorem ſignificat, non enim corporeus eſt Pater, ut dexteram, aut ſiniſtram habeat, ſed dexteræ nomine æqualitatem in honore, throno, gloria, & regno cum Patre, intelligunt Scripturæ & Patres.Quam ſanè expoſitionem in ſua adEpheſios epiſtolaApoſtolus comprobat inquiens„ ſecundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus eſt in Chriſto ſuſcitans illum a

 mor-

„ mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuprà „ omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non ſolum in hoc „ſæculo, ſed etiam in futuro: & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus.„

Et iterum venturus eſt cum gloria magna judicare vivos & mortuos.

De modo, & qualitate primi adventus Domini noſtri ita ſcribit Apoſtolus in ſua ad Philippenſes epiſtola: „ Hoc „ enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu, qui cum in for„ ma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, „ ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimili„ tudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: humi„ liavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem „autem Crucis.„ Lucas autem Evangeliſta de ejus nativitate ſcriſit „ Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum in„ volvit, & reclinavit in preſepio, quia non erat eis locus in diverſorio. „ Ipſe etiam Redemptor noſter de ſeipſo, ſuaque „paupertate inquit „ Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.„ *Item*, „ Qui primus vult eſſe in vobis, fiat vobis miniſter, ſicuti filius „ hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare,„ Et de hoc quidem primo ipſius adventu, qui fuit in humilitate, paupertate, & ſæcularium bnnorum privatione, ac ignominia, opprobrio, paſſionibus plenum, jam olim prophetarunt Iſaias, Zacharias, cæterique Prophetæ. De ſecundo verò ipſius adventu, de quo in hoc articulo Patres loquuntur, ita ipſe etiam Dominus noſter in Evangelio Matthæiloquitur „ Tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo, & tunc plangent omnes Tribus Terræ, & videbunt filium hominis venientem in nu„ bibus cœli cum virtute, & gloria multa„ Veniet autem cum gloria magna ad judicandos vivos & mortuos, quemadmodum ipſe hoc teſtatur in Evangelio Matthæi „ Cùm autem venerit „filius hominis in majeſtate ſua, & omnes Angeli ejus ſancti cum

eo, tunc ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab invicem ſicut Paſtor ſegregat oves ab hædis „ & ſtatuet oves quidem a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris, & alio in loco: Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis, & tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus,„

Judicare Vivos & Mortuos.

VIvos eos appellant, qui in ſecundo ipſius adventu ſuperiores erunt, Mortuos verò eos, qui præceſſerunt, ac defuncti ſunt. Vivos etiam, qui honeſtis moribus, boniſque operibus vixerunt, vocant. *Item*, Vivorum nomine animam immortalem, Mortuorum verò mortale corpus indigitant, quia ambo ſimul ad judicium procedent.

Cujus regni non erit finis.

HOc eſt: non enim ſimplex, & defectibilis homo eſt, cujus regnum deficiat; ſed Deus incarnatus, eaque propter ejus regnum ſempiternum eſt; eſtque inſuper utriuſque ſæculi Rex, ac iuſtus Judex. Tunc dicet Rex his, qui a dextris, venite benedicti, poſſidere regnum paratum vobis a conſtructione mundi. Tum dicet & his, qui a ſiniſtris diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus.

Et in unum Spiritum ſanctum.

UNum Patrem, unumque Filium dixerunt, & unum Spiritum ſanctum, non enim unum, & ſecundum, & tertium ſcripſerunt, ſed unum, & unum, & unum. Victoriam canunt Dioſcoriani, quoties apud Patres unum eſſe Dominum noſtrum Jesum Chriſtum legunt. Nec intelligunt cœci corde, Unitatem ibi de perſona prædicari, non diſſimili ſanè modo, quo hìc loci de Spiritu ſancto dicitur, actiones ſiquidem ad perſonam referuntur, quamvis a natura proficiſcantur, quo modo dicimus FiliumDei paſſum fuiſſe, crucifixum & mortuum, ac ſimilia, quæ de Perſona divina prædicamus, licet

ſint

ſint naturæ humanæ, cum Perſona divina unitæ. Abſit enim a nobis hæc blaſphemia, qua Filium Dei in ſua divina natura paſſum, aut crucifixum, aut mortuum dicamus, aut quidquam illi contingere earum paſſionum, quæ humanæ accidunt naturæ. Idem ſanè ipſe paſſus eſt, crucifixus & mortuus, at in carne, quam ex virginali Mariæ utero ſibi aſſumpſit.

Prædictos imitati ſunt, & eorum aſſeclæ, qui Domini noſtri voluntates &, operationes permiſcent atque voluntatis, virtutis, & poteſtatis, harumque ſimilium, quam de Trinitate Sanctiſſima prædicarunt, Patres, unitatem, de ſalutiferæ diſpenſationis myſterio exponunt, atque intelligunt, & ſimplicia cum compoſitis confundunt. Verùm cum de his pluribus ſcripſerimus, eaque firmaverimus ſanctorum Patrum noſtrorum teſtimoniis, quæ collegimus in noſtro, quem adversùs naturas voluntateſque Domini noſtri confundentes, ipſiuſque proprietates permiſcentes, ſcripſimus Libro, & ad veſtram caritatem miſimus, ad propoſitum noſtrum veniamus, & de nobis conſtituto ſcopo ſermonem proſequamur. Sciendum eſt itaque hucuſque Patres noſtros 318. præfatum Symbolum edidiſſe, cui alia illicò ſubjecerunt adversùs Arianos, veluti,, eos autem,, qui dicunt; erat aliquando, quando non erat Verbum ,, & antequam naſceretur, non erat,, & multa his ſimilia. Patres autem 150. qui adversùs impium Macedonium Conſtantinopoli convenerunt, cum illum vidiſſent contendentem cum Spiritu ſancto, eumque creaturam aſſerere, ex Regiæ urbis Throno illum depoſuerunt, ac ſequentia Symbolo addiderunt,, Et in unum Spiritum ſanctum, Dominum omnia vivificantem, qui ex Patre procedit, & cum Patre & Filio adoratur, & glorificatur, qui locutus eſt per Prophetas & Apoſtolos; & unam, ſanctam, catholicam, & apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum; expectamus reſurrectionem mortuorum, & novam vitam venturi ſæculi.,,

Do-

Dominum.

UT eſt ſcilicet, Pater & Filius; nec enim creatura eſt ut Macedonius delirat, ſed Dominus & Creator. Quod autem Dominus ſit, in prima ſua ad Corinthios epiſtola Apoſtolus teſtatur „ Diviſiones enim donorum ſunt, ſed unus eſt Spiritus; & diviſiones miniſteriorum ſunt, ſed unus eſt Dominus. Diviſiones virtutum ſunt, ſed unus eſt Deus, qui operatur omnia in omnibus„ Videſis eum ab Apoſtolo Spiritum, Dominum, & Deum vocatum eſſe.

Vivificantem omnia.

DE Spiritu enim Dei vivificante ſcriptum eſt in primo Geneſeos„ Et Spiritus Domini incubabat aquis „ hoc eſt, fovebat ut gallina pullos ſuos, & vitam creatis dabat, ut, exponit beatus Baſilius aliique.

Qui ex Padre procedit.

HAc ſententia, ipſum ut Patrem Deum eſſe, ac ut Filium Patri conſubſtantialem eſſe, declararunt. Ab Epheſinis Patribus, a Filio etiam illum procedere, definitum fuiſſe, nonnulli aiunt.

„ Et cum Patre & Filio adoratur, & glorificatur„ Quia ſcilicet Patri, & ex eo genito Filio conſubſtantialis eſt Spiritus ſanctus, & ad illorum inſtar, Dominus eſt, ac Deus, unacum ipſis adoratur, & glorificatur a creatis.

Qui locutus eſt per Prophetas.

HOc eſt, qui illis prophetias inſpiravit de futuris, & ea potiſſimum, quæ de Chriſto prophetarunt: quo S. Prophetes non ex ſeipſis, uti mendaces faciunt, locutos fuiſſe ſignificarent; ſed ipſum Spiritum ſanctum ſuper illos illapſum, cor eorum impleviſſe, eoſque miſiſſe, ac rexiſſe oſtenderent juxta illud „ Spiritus Domini ſuper me „ Eduxit me in Spiritu Domini „ Spiritus Domini replevit orbem terrarum „ Dominus miſit me, & Spiritus ejus „ Emittes Spiritum tuum, & creabuntur. Spiritus tuus laudabilis ducet me in tuam vitæ viam.„

Et

Et per Apoſtolos.

PEr Apoſtolos item locutus eſt, cùm in ſpecie linguarum ignearum ſuper eos in cœnaculo illapſus eſt, & variis linguis locuti ſunt quod prædixerat Joel hiſce verbis „ Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri. „

Et unam Eccleſiam.

ECcleſia autem, ſeu Fidelium congregatio *Una* dicitur, ob fidei unitatem, quæ in ipſa creditur. „ Una etiam dicitur, ob fidelium unanimitatem & conjunctionem in timore Dei juxta illud „ Unius animæ, & unius mentis erant „ Et de hac Eccleſiæ unitate David inquit „ Aſtitit cum gloria filia Regis „ qui Eccleſiam ubique locorum diffuſam myſticè deſignavit cum ſubdidit „ Afferentur Virgines ſociæ ejus poſt eam. „

Eccleſiæ vocabulum nonnunquam pro Templo & ſanctuario miniſterii uſurpatur; interdum verò fidelium congregationem jdem nomen repreſentat, eo ſcilicet pacto, quo civitatis nomen aliquando ipſius homines ſignificat juxta illud „ Egreſſa eſt univerſa civitas in occurſum Jeſu. Audivit autem Herodes Rex, & commotus eſt, & univerſa Hieroſolima cum illo „ Aliquando verò de ipſius ædificiis dicitur juxta illud „ Ingreſſus eſt civitatem „ Et „ ſurrexerunt, eumque extra civitatem ejecerunt. „

Fidelium Eccleſiæ fundamenta tum Dominus noſter poſuit, cum Apoſtolorum Principi Petro dixit „ Tu es Petra, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prevalebunt adverſus eam, tibique dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum in cœlis, & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis „ Ipſius etiam ædificium tunc extulit cum eidem Petro ait „ Paſce agnos meos, pasce oves meas, paſce capellas meas „

San-

Sanctam.

SAncta dicitur, quia myſteria, quæ in ipſa adminiſtrantur, ſancta ſunt; quia ipſius doctrina ſancta eſt. Sancta, quia ſancta eſt Domino; ſancta, quia Spiritus ſancti omnia ſanctificantis eſt habitaculum.

Catholicam.

SEu univerſalem,& communem, nimirum nec certo generi, nec Tribui, nec natione, neque lingua, neque loco definitam, ut erat illa legalis, ſed eſt omnium populorum, & Tribuum, nationum, ac linguarum congregatio, & ubique locorum, ac regionum diffuſa. Qua de re teſtimonium nobis perhibent illa Redemptoris noſtri verba, quæ Apoſtolis ſuis præcipiens dixit „ Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & ſicuti miſit me Pater, & ego mitto vos; ite, itaque, docete omnes populos, & baptizate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia quæcunque mandavi vobis „ Communem item dixerunt Patres, quia una eſt fides, quæ prædicatur, ac docetur in omnibus finibus terræ.

Apoſtolicam.

QVia illas, quas a Domino acceptas nobis Apoſtoli tradiderunt, ſequitur doctrinas, Apoſtolicam quia ſuper Apoſtolorum Principem eſt ædificata juxta vera Redemptoris noſtri verba „ Tu es Petra, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam „

Confitemur unum Baptiſma.

SIcuti unus eſt Dominus, & una Fides, ita & unum eſt Baptiſma ait Apoſtolus in ſua ad Epheſios. Vnum autem Baptiſma Patres noſtri nos docuerunt, ut Baptiſmata alia ab eo, quod Dominus noſter nobis tradidit, nihil proficere nobis ad ſalutem oſtenderent, neque ſcilicet Joannis, nec Judæorum neque aliorum populorum Baptiſmata. Vnum præterea dicitur quia unica vice baptizari nobis liceat; Dominus enim noſter unica vice baptizatus fuit, ac ſemel crucifixus, ut Apoſtolus

ſcripſit. Qui ergo ſemel baptizatos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, rebaptizant, adverſantur Apoſtolo, & iterum Chriſtum crucifigunt, ac Judæorum ſocii ſunt, & aſſeclæ.

In Remiſſionem Peccatorum.

QVod autem Baptiſmus peccata dimittat, in actuum libro Simon Apoſtolorum Princeps nobis teſtatur,, Dixit eis Simon, pænitemini, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Domini Jeſu in remiſſionem peccatorum, ut donum Spiritus Sancti recipiatis,, Et Salvator noſter,, Qui credit, ait, & bapizatur, vivit, & Nicodemo reſpondens dixit,, Amen amen dico, niſi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non poterit intrare in Regnum Dei,,

Expectamus reſurrectionem mortuorum.

HÆc Patres ſcripſerunt adverſus Gentiles, Sudducæos, hæreticos; alioſque hujuſcemodi Furfuris, quod corporum reſurrectionem non crederent. Quidam enim dictorum ajebant, quod corpus non propter ſe ipſum conſtitutum fuerit, ſed propter aliquod aliud, ſcilicet propter Animam, cui inſtar carceris eſſet, & exilii, ac ut infanti ſecundina, vel, ut putamen pullo, quæ infante naſcente, ac pullo prodeunte corrumpuntur. Hæc fuit opinio Pithaghoræ, eorumque, qui cum ipſo animarum de corpore in corpus tranſmigrationem aſſerebant. Plato autem in ea fuit ſententia, quod anima vere eſſet homo, corpus vero organum, ut malleum Fabro, & Incudo Ferrario. Simon vero Magus ejuſque Sodales hæc corpora minime reſurrectura dicebant, ſed ex aere animabus corpora formanda fore. Bardeſanes aſſeruit ex quinque entibus viſibilem hunc mundum conditum, igne ſcilicet, Spiritu, aqua, luce, ac tenebris, quorum quodlibet ſeorſim in ſua parte conſiſteret, ignis nimirum in occidente, Spiritus in occidente, aqua in ſeptentrione, lux in Auſtro, eorumque Dominus in altitudine, & Tenebræ eorundem inimicæ in profundo. Accidit autem aliquando, ſive data opera, ſive fortuito concurſu,

ut

ut agitarentur, & unum inalterum inciderent, Tenebræ tum aſcenderunt, a quorum conſpectu Entia fugerunt, & ad altiſſimum confugerunt, præſidium ab eo petentia ut a Tenebris ipſa eriperet, is vero mentis ſuæ verbum miſit, Chriſtum ſcilicet, qui ab entis Tenebras diviſit, quibus ad infimum ſuæ naturæ locum prolapſis, unumquodque ens in ſuo conſtituit ordine, & ex orta inde commixtione hunc condidit mundum. Illud autem, quod mixtum fuit, nunc purificatur ad uſque ſæculi conſummationem. Quandoquidem uero corpora a tenebris orta aſſeruit, ea haudquaquam ſurrectura docet, quia videlicet impura cum ſint, in manſiones convenire nequeunt, & vivere in reſurrectione, quidquod nec immortalia ſunt natura, & a malo originem trahunt; Quæ omnia quærere, ac dicere adactus eſt volens malum a Deo removere. Eamque opinionem ab Antiquis Gentilibus accepit.

Manes autem, Marcion, Menander, Carpocrates, Valentinianus, atque Titianus, ac Magi duo Entia poſuerunt, malum unum, bonum alterum, & animas quidem a Bono, corpora vero a malo. Purificatione vero perfecta, unumquodque, quod ſuum eſt, accepturum aſſeruerunt, unde corpora non fore reſurrectura, nec homines in anima & corpore iterum videndos colligitur.

Samaritani a principio religione Gentiles erant, & quam vis legi nomen dederint, Idolorum tamen ſuorum cultum non reliquerunt, ab Ethniciſmo itaque corporum reſurrectionem negare edocti ſunt.

Nicolaus Unus e ſeptem Diaconis alieno Spiritu commotus reſurrectionem jam factam fuiſſe dixit, in eo reſurrectionem conſiſtere autumans, quod in Chriſtum credamus, & baptizemur, carnis vero reſurrectionem non adfirmabat.

Origenem quod ſpectat, hic interdum quidem corporum reſurrectionem negavit, nonnumquam vero corpora reſurrectura dixit, verum orbiculata, & non cum ordinata mem-

brorum diſpoſitione, quod his in reſurrectione minime uterentur, aliquando demum alia animabus a Deo formanda corpora, & ea quidem orbiculata cenſuit.

Plures autem ſunt objectiones: quas prædicti eorumque Sectatores congerunt, ut ſuas confirment ſententias, & abſurda in eos, qui reſurrectionem credunt, colligant. Et primo quidem. Fieri nequit, ut Corpus, quod ſemel mortuum fuit, ac vita deſtitutum fætuit, putruit, & corruptum fuit, ac diſſolutum, cujuſque membra diſperſa, & diſſipata fuere iterum colligatur, reſtauretur, conſtituatur, componatur, vivat, ac ſuſcitetur.

II. Impoſſibile eſt, ut corpora illa, quae comeſta fuerunt ab animantibus, volatilibus. & piſcibus, & hæc eadem animantia comeſta fuerunt ab aliis animantibus, & hæc ab aliis etiam, aut ab hominibus, iterum ab his colligantur, & ad primigeniam ſuam integritatem revocentur, atqce ad reſurrectionem, ſuſcitationemque deducantur.

III. Præterea quidam hominum igni traditi ſunt, & Flammæ incendio in cinerem redacti ſunt, qui cinis a Spiritibus ubique locorum diſperſus eſt, ac plurimis terræ partibus immixtus. Qui itaque fieri poſſit, ut minutiſſimæ hæ athomi, quæ ut ita dicam vix, cognitione diſcerni queunt, congregentur colligantur, conjungantur, incorporentur, organizentur, componantur, advenienſque vita eas informet, uti antea, & vivificet?

IV. Alii vario mortis genere occubuerunt, & hic quidem in iſto, ille vero in alio loco: membra autem diviſa ſunt, diſperſa ac diſſipata in quatuor mundi plagas, unum nimirum ut ita dicam, in Perſidem, in Romam aliud, unum in Indias, aliud in Syriam, & alterum membrum in Armeniam. Quonam ergo pacto, hæc colligi queant? V. Sunt etiam quædam humana corpora, quæ a Leone devorata ſunt, cibus porro eſt materia nutrimenti Corporis comedentis, in quod convertitur,

titur, cuique ſuperadditur. Alia ab Aquila devorata, & in ejus Corpore, Aquilinum corpus evaſerunt. Et in piſce, piſces fiunt, & ſic in cœteris animantibus, volatilibus, reptilibus, ac piſcibus corpora convertuntur. Jam ſi humana reſurgunt corpora, uti vos dicitis, notum nobis facite, Corpus, quod a Leone devoratum in Leonem verſum eſt, Leo reſurget an homo? Similiter & de aliis, humana ne reſurgunt ea corpora, an eorum animalium a quibus fuere devorata? Si humana, dicatis, contra eſt, quod ea jam in animalium Corpora ſunt verſa. Si autem animalium aſſeratis, falſum erit veſtræ Fidei dogma, quo animalia minime reſurrectura profitemini

VI. Cum ex una parte ſecundum naturalem rationem, ac Scripturam, in elementa Corpus reſolvatur, noſque ex alia parte ex elementis nutriamur, quibuſdam nimirum immediate aliis vero mediate. Plane conſequitur humana nos corpora comedere ac bibere, ac duo abſurda reſultant, primum quidem quod Antropophagi ſimus; alterum vero, quod noſtrum nemo is permaneat, qui erat; ſed corpus efficitur ejus, qui mortuus eſt, cujus poſtea corpus manducavit, & in hoc alterius; quia ſemen eſt ſuperfluum alimentorum, ex ſemine autem conſtant Filii, ac nati, efficitur Corpus ejus qui obiit, illius corpus qui modo genitus eſt eo mediante, qui illud manducavit. Reliquum eſt ergo, aut maxima confuſio hujuſcemodi erit, aut cum in elementa Corpus redeat, ab illis revocari omni nequeat.

Contra hos dicimus, quod vel ipſa juſtitiæ notio corporum reſurrectionem nobis confirmet, enim vero ſi corpus componitur una cum anima, & ambo pari conſenſu, ac naturali motu operantur, juſtum profecto eſt, ut & ambo inſimul mercedem accipiant. Quamvis enim organum animæ corpus dicatur, minime tamen cum Artificialibus organis conferendum eſt. Illa ſiquidem nec cum artificibus conſtruuntur, nec ullam operationem perficiunt, cum nec in voluntate, nec in verbo

Arti-

Artificibus communicent; hæc enim univerſa unum artificem ſpectant. Corpus autem cum anima naturaliter conjungitur, & ambo inſimul ad bonorum malorumve perfectionem moventur; nec anima ſine ſuo organo corpore quidquam honeſti, vel inhoneſti patrare valet.

Ad hæc: ipſa etiam Gentilium; barbarorumque antiqua oſſa id comprobant, & cadavera quæ per balſamum reſervantur, & in aureis vaſis, ac argenteis, quæ in antiquis monumentis, exſtant, ut ſcilicet cum reſurrexerint, iis utantur. Si autem non ita ſe res habeat, cur Gentiles ac barbari ſua ſepelirent Cadavera, ſua balſamo condirent, ac honorarent corpora? ipſiſque monumenta extruerent ac ornarent? hæc ſane cauſa fuit, quod mentibus eorum naturaliter inſitum, atque intellectibus ipſorum notum plane eſſet, quod ſuorum corporum, non ad cæterum inſtar animalium, conſtitutio eſſet, eaque propter illa cum honore deponebant. Ut autem & Deum omnium conditorem, ac Curatorem agnoſcerent, & naturae jura ſervent ex ipſo prudentiæ lumine hauſerunt Antiqui; quod ſcilicet fecit & Melchiſedec, & Abimelec, ac Cornelius, cœterique, qui eos anteceſſerunt, & eis ſucceſſerunt; qui cum egem non haberent, naturaliter legis opera patefecerunt.

Quid quod & ipſa Conditoris virtus id nobis prædicat: ſi mentem ad primævam formationem eleves. Ex nihilo mundus univerſus creatus eſt, & hujus Rex homo conſtitutus, dum enim accepit de terra limum ſine effigie, in quo non erant varietates, nec diſtinctiones, nec figuræ, neque ſimilitudines, neque oſſa, neque caro, neque nervi, neque pulſus, neque caput, neque pedes, neque manus, neque cor, neque hepar, neque renes, nec quidquam eorum, quæ in ipſo modo videntur. Hunc itaque cum accepiſſet in manus ſuas opifex protoparentem tuum effinxit, eaque omnia in ipſo conſtituit, illumque hominem ratione præditum ſuper terram exhibuit.

Hæc igitur non terræ, ſed virtutis ſunt Conditoris, qui for-

formavit, ac finxit, conjunxit, & organizavit, diſpoſuit, & animavit ea, fecitque hominem in animam viventem. Non eſt itaque hic naturæ ratio, ſed virtus eſt authoris naturæ, opus inſigne, quod adeo ſtupendum eſt, qui cum morte interveniente, id quod formavit, diſſolvit, in reſurrectione, quod cecidit, ſuſcitabit. Si enim te ſuſcitare haudquaquam diſpoſuiſſet, ſed in perpetuum te corrumpere, ut quid te creavit? In vanum, ſi quidem ne noſtri quidem artifices quidquam agunt: Quodſi nec his credis, o Ethnice, & reſurrectionem adhuc negare pergis, iis ſaltem, quæ quotidie fiunt, fidem adhibeto. Materiam conſervationis generis noſtri inſpiciamus, quæ tamquam ſuperfluum corporis ab intra ad extra decurrit, eſtque exigua gutta, quam indecorum, ac obſcœnum eſt pertingere. Hic quoque nec ſanguinis colorem vides, nec carnem, nec pellem, nec oſſa, nec venas, nec arterias, non lac, neque pilos, ſed ipſa materia eſt vilis, humida, fluxibilis, & informis, quæ cum materno ſanguine commixta, contrahitur, formatur, diſpertitur, organizatur, figuram, ſpeciemque induit, & in omnibus hiſce membrorum diſtinctionibus perficitur, & ex ejus quidem homogeneis & aqueis partibus conſtituuntur oſſa, medulla, caro, nervi, arteriæ, ungues, pili. ſanguis, phlegma, flava, & atra bilis: ex partibus autem diſſimilaribus componitur caput ſenſuum vas, & cerebrum ſenſationis internæ origo. Et viſus quidem in oculo, auditus verò in aure poſitus eſt: Naribus etiam odorum diſcretio, & ſaporum omnium probatio palato conlata eſt; ſenſatio autem per totum corpus diffunditur, cor & renes ad animæ cogitationes perficiendas aptata ſunt, & unumquodque membrorum variis operationibus ditatum fuit. Et leviſſimo nutu in ipſo anima creata vitam inſpiravit in omnia ejuſdem membra, & homo factus, natuſque adolevit. Et hæc quidem naturæne virtus operata eſt, an factoris virtus? Manus omni procul dubio omnipotens Dei hoc effeciſſe dicenda eſt, quam & David prædicavit cum ad

Deum

Deum inquit „ Non fuerunt abſcondita a te oſſa mea, quæ feciſti in occulto „ Ipſe itaque eſt, qui, hoc, quod diſſolvitur, corrumpitur, pulviſque ignotus efficitur, ac diſperditur, & diſpergitur in terram, ejuſque particulæ in ſua redeunt elementa, ex quovis loco, ubi exſtat, omnipotenti ſuo nutu revocat, & ſegregat ab omni non ipſo, ſuſcitatque cum gloria & immortalitate. Potentiæ quidem noſtræ, ac ſcientiæ impoſſibile eſt ſingulorum corporum pulverem ſeparare, ac ſegregare ab omnium commixtione. Illius verò, qui ab æterno omnia novit, quique immenſus eſt & omnipotens, ſcientiam nullum corporum punctum, nullaque athomus fugit. Singulis proinde humanis corporibus inexplicabili ictu oculi reſtituet propria ab alienis ſecreta, licet multis cum corporibus per cibum commixta fuerint, & diverſa in corpora tranſmigrata, atque in animantibus corrupta. Enim verò is, qui ab æterno novit ſingulas elementorum particulas ſingula quæque corpora componentes, ac quod membrum quodvis ſeminis guttæ punctum formet, & ſingulæ aquæ guttæ, quæ in arbore incorporantur, ad quem ramum, & fructum, ſeu aliam partem deveniant, adcuratè corporis noſtri particulas diſperſas, ac diſſipatas in elementa novit, eaſdemque ipſas ex omni loco congregat, & in priſtinam unionem reducit, ac in nobiliorem revocat mutationem. Si enim, qui apud nos ſunt artifices, aurum cogunt, & argentum è terræ pulvere hauriunt, atque manifeſtum efficiunt, & ſtamnum, plumbum, æs, & ferrum ex lapidibus, ac vitrum ex pulvere, aliiſque petris educunt; & alia eaque ſtupenda opera ex aliis materiis alii artifices efformant. Quantò magis, qui hominibus intelligentiam dat, & artem, Creator, corpus omnium naturarum corporearum præſtantiſſimum omnipotenti ſua virtute in præſtantiorem adducet formam? Hoc itaque ille ipſe, & in morte diſſolvit, & in reſurrectione inſtaurat. Conſiderandum autem eſt, quod omnes hujus ſæculi artifices artes exerceant, iiſque ſedulam dent operam finem præ-

ſtan-

ſtantem ſibi ob oculos ponentes, non autem corruptionem, aut detrimentum, quod ſi ſecus accidat, imperitus ille, & infœlix reputatur. Quia iaqte mente prævident utilitatem ex fine operis ſui ſecuturam, curas ſuſtinent ut fructibus fruantur. Jam verò ſi omnium artium finis utilitate uberrimus eſt, quonam pacto Creatorem manuum ſuarum opus in corruptione & perditione relinquere arbitrabimur? Aut qui aliter de fine ipſius artis opinemur? Qui ergo Creator componit, & diſſolvit ſine prudentia? Quod ſi ob corporum diſſolutionem ad breve tempus ſpem omnem reſurrectionis deponamus, artifices ipſos inſpiciamus, & planè dignoſcemus, quod niſi ipſi prius adlaborent ſpe innixi, ac niſi res corrumpant, ac diſſolvant, ex eis quidquam elegans, aut perfectum conſtruere nequeunt. Nam tapeta, regiaſque veſtes elaborantes, niſi prius aurum corrumpant, margheritas perforent, incidàntque ſmaragdos, veſtes diſcindant, atque purpuras præcidant; artis ſuæ finem elegantem aſſequi non valent. Simili etiam modo fabri, & cœlatores, niſi prius ligna ſecent, abſcindantque, ac æs ſolvant, nihil ex præfixis ſibi rebus efficere queunt. Agricolæ pariter ſtultiſſimi haberentur, niſi mentis oculo laborum ſuorum uberrimum, ac lucroſum finem proſpicerent, dum ſemen, quod tantis cum curis, ac ærumnis colligitur, in terram diſſeminant, conduntque ſub pulvere, quod a terra conſumitur, tabeſcit, & corrumpitur ab aquis. Quæ ſi prædictis proſpera contingant, illi proſperantur. Quid verò de corporibus noſtris exiſtimemus, quæ unacum rationali, intellectualique anima a Creatore ſunt conſtituta? An dicemus eorum ſolutionem ad perditionem tendere, poſt primam ipſorum conſtructionem? Nam & locuſta plantatur in terra, ac in utero pulvere cooperitur veluti in ſepulchro, & ſuo tempore ſuſcitatur Creatoris ipſius juſſu. Etſi contemtibilis locuſta poſt mortem ſuam ſuſcitatur, quanto magis hominis corpus, quod ea longè præſtat? Ad hæc ex ipſo, & in ipſo humanitatis noſtræ ſemine

reſurrectionis ſymbolum intueri quiſque poteſt. Illud enim mortuorum inſtar in uteris veluti in ſepulchris ſervatur, & per corruptionem ſuſcitatur, ac in lucem hujus ſæculi prodit; ejuſque conceptio ac nativitas nos de reſurrectione admonent. Quid namque majus eſt, & probabilius, hominem, qui non erat, creari, & ex nihilo fieri, an vero illum poſt mortem ac corrutionem, iterum condi? Illud prius ſanè difficilius eſſe exiſtimo; & ſi illud primum Creator fecit, alterum quoque opifex efficiet. Is enim, qui paululum hominem vita donavit poſtquam condidit ex nihilo, an non poterit diuturniori eum vita donare, cum denuò ipſum reſtauret? Et in prima quidem illius conſtructione, ſuam bonitatem manifeſtavit, in ejus vero reſtauratione ac ſuſcitatione ſuam juſtitiam oſtendet: quemadmodum enim gratis eum vivificavit, ita & juſtè ejusdem opera compenſabit. Quod ſi reſurrectio non eſt futura, ad quid ſanguis Abel clamaret contra ſuum homicidam? Oblatio utique quam obtulit, ipſum occidiſſet, nongentis ſiquidem vixiſſet annis. Si nova vita non exſtet, Abraham Deus ſanè oppreſſiſſet, ac poſt ejus mortem illum amoris ipſius, atque eleemoſinarum mercedem fraudaſſet. Iſaacum etiam oppreſſum dicere fas erit, cum manus ac pedes ejus colligati fuere, & cultrum oculi ejus viderunt derepentè ſuper ſe evaginatum. Aſpice infantes jugulatos, Prophetas occiſos, filios Job obrutos; quì amabo omnes hos triumphos fraudet Deus? En ſeptem fratres excoriatos. En plurimos lapidatos: Fierine poteſt, ut horum omnium triumphos opprimat? Ut quid de peccatoribus ſollicitus eſt, ſi Juſti non vivant? Ut quid de laſcivis angitur, ſi caſti non reſurgunt? Eliam tranſtulit in nube, ne inſipiens populus cum Sadducæis in terra ſolummodo retributionem dari cenſere. Igne inclyti combuſti fuere, aque Juſti ſubmerſi, gladio Pii jugulati, lapidibus obruti Prophetæ, & crucifixi fuere Apoſtoli. Quonam verò pacto Juſtus hæc myriades myriadum pignora opprimet? Juſtitiæ ergo, & neceſſariarum notionum ratio expoſcit, ut mortui reſur-

ſurgant, & neceſſarium quidem omninò eſt ut reſurrectio fiat. Si illa enim futura non ſit, Deus omni procul dubio Juſtus nequaquam appareret, ſecundum præcedentem exercitationem, & hanc quam ſubjicimus conſiderationem. Nobis itaque duos homicidas ante oculos propnnamus, viros ſcilicet impios ac ſceleſtiſſimos, quorum unus quidem in hoc ſæculo pro ſuo ſcelere acerbiſſimis eſt divexatus cruciatibus, ac morte plexus: alter verò in bonis vitam tranſegit ſuam. Jam ſi nec reſurrectio, neque retributio, nec judicium eſt futurum, quomodo homicida ille, qui hic occiſus non fuit, judicium ſubibit? Sint etiam duo boni, Deum diligentes, ejuſque mandata ſervantes, & voluntatem implentes. Horum unus quidem in hoc ſæculo locuples eſt ac dives, corpore ſanus, boniſque affluens; alter verò pauper, inops, corpore infirmus, æger, ac in ſummis conſtitutus anguſtiis. Jam ſi reſurrectio non eſt, ubi hic retributionem accipiet, & ſi nullam pro operibus ſuis mercedem habebit, oppreſſor videretur deus, quod neque hic, neque ibi ei retribuerit. Qu odabſit. Neceſſaria proinde conſecutione liquet, quod hic, qui in hoc ſæculo mercedem operum ſuorum non accepit, in alio ſæculo ſit recepturus. Si quis autem, ſolam animam ſive bonorum, ſive malorum mercedem recepturam dicat, ei reſpondemus, iuſtitiæ notionem poſcere hoc, ut ſcilicet corpus,quod unacum anima laboravit, ac juſta geſſit, una pariter cum ipſa lætari oporteat, & quod unà peccavit, una etiam crucietur. Indignum eſt enim qnod corpus laboret, & anima mercedem referat, ſtultum eſt etiam, ut illi gladius, huic vitæ corona detur; occiſum fuerit pro Creatore ſuo, a quo non ſuſcitetur, quin & alius coronam victoriæ reportet. Hoc vitam ſuam perdidit, & ibi ſuam reſurrectionem amittat: iniquum eſt, ut illud famem patiatur, & anima ejus in jejunio glorietur, injuſtum eſt ut illud ſitiat; & hæc ejus ob ſitim collaudetur. Juſtum ergo eſt, ut ambo ſint in gloria, ambo vivant, ſintque in Paradiſo, vel in Gehennæ miſeria.

Iniquum quippe eſt, ut hominis pars ſit in regno, parſque pereat. Bonus, qui calicem non fraudat aquæ frigidæ, quomodo corporis virginitatis, & continentiæ opera fraudabit? Juſtitia ergo poſcit, ut illud idem corpus reſurgat, & illorum mercedem recipiat, quæ geſſit, ſive bona ſint, ſive mala.

Beatus autem Paulus apertiſſimè, & palam nobis indigitat, quod corpus hoc quod moritur, ipſummet reſurget, & hoc quod corrumpitur, ipſum renovatur, futurum eſt enim, ut mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc, induat incorruptibilitatem. Cæterum, qui reſurrectionem negant, cauſam dicant nobis, ob quam eam rejiciant, an quia non eſt conveniens, vel quia ſit impoſſibilis? Si autem eam minime convenientem eſſe dicant, ipſorum aſſertum abſonum omninò eſt, & a veritate alienum, conſtitutio enim melior eſt corruptione, & vita mortalitate; & corporis compoſitio ejuſdem diſſolutione: ſi verò impoſſibilem illam aſſerant. Unde hæc impoſſibilitas oritur? Ex ipſiuſne corporis eſſentia, an ex Deo? Si corpus ex ſua eſſentia reſurgere non habeat, dicant: nos quoque idipſum fatemur. At ſi Deo impoſſibile cenſeant corpus ſuſcitare, id abſurdum eſt ad dicendum, blaſphemia ad cogitandum, & impietas, ac ſtultitia. Potuit mundum, & omnia quæ in eo ſunt efficere, & uſque modo corpora plaſmat, animaſque creat, & mirabilia hæc, ac grandia, quæ vides & audis, perpetrat, & hoc quod omnium eſt minimum, efficere ipſum non poſſe ais? Si Deus corpus creavit, & ex pulvere illud formavit in plures partes, profecto difficile illi non erit, ipſum e pulvere in novã ac priori præſtantiorem compoſitionem revocare. Virtus enim ejus omnipotens eſt, nam ex uno eodemque pulvere omnes membrorum varietates effecit, eademque poſtea ex ſemine perfecit; primum enim vero ſupra naturam eſt, ſecundum autem juxta ordinem naturæ; tertium denique naturam, cogitationem, ſermonemque ſuperat. Stupendum quidem eſt primum, quia cum non eſſet, ipſum conſtituit, at mortale qui-

dem,

dem & corruptibile: hoc autem quia diſſolutum cum eſſet, & diſſipatum illud immortale, & incorruptibile conſtituit, atque componit. Si itaque quod difficilis tibi ſit reſurrectio, eam impoſſibilem cenſeas, proindeque futuram non credas; ejus auctorem Deum cogita, quo illius factore ſemel conſtituto, omne procul a te dubium amove. Si autem ideò illam rejicias, quod tibi incomprehenſibilis ſit; Deum quoque, ejuſque Angelos exiſtere abneges oportet; nam & ipſi tuam comprehenſionem, tuumque viſum fugiunt: Quid quod tibi incomprehenſibilis eſt etiam & latitudo terræ, & expanſio Cœli, maris menſura, animantiumque in eo exiſtentium natura, ipſe etiam animæ cum corpore nexus, ſyderum tandem numerus. Mirabilis eſt enim reſurrectio, ac ſuſcitatio, porrò quod mirabile eſt, neque comprehenditur, neque explicari valet; ſi enim comprehendi queat, mirabile haudquaquam erit. Quis enim modum aſſequi valeat: quo Moyſes baculo mare diviſit, ac quomodo ex parvo lapide flumina ſcaturire fecerit; quomodo maxilla aſini Samſoni aquas dederit, & quomodo ſuſcitatus fuerit mortuus, qui ſuper oſſa ceciderit; ſi autem Domini mirabilia quæris ea in Evangelio innumera ac ſermonem tranſcendentia invenies, ut illud, cum panem multiplicavit, dæmones, legioneſque uno verbo ejecit, mortuos imperio ſuſcitavit, et cæt. Simili etiam modo, quia Reſurrectio mirabilis eſt, nec comprehendi, nec explicari poteſt.

Sed jam ad eos, qui reſurrectionem propter corporis diſperſionem, partiumque ejus diſſipationem, & cum omnibus commixtionem haudquaquam futuram aſſerunt, reſpondeamus. Cum corporum naturam ſapienter perſcrutamini intelligite, quod quantumvis in plura diffundatur Corpus, Corpus tamen eſſe non deſinit; Corpus ſane quomodolibet conſideretur, compoſitum eſt ſive diffuſum ſit, ſive non ſit diffuſum ab eo, quod eſt; Porro compoſitum multis conſtat partibus, ac diviſibile omnino eſt; quandoquidem autem eſt diviſibile, partes ſem-

per

per retinet notas potiſſimum ſcientiæ, ac virtuti ipſius Auctoris; Atque tali pacto impoſſibilis minime eſt ejuſdem Corporis collectio, & unio ex ipſiſmet ſuis partibus: & quemadmodum ſi quis pugillo ſuo accipiat plurima ac diverſa grana ſplendentia, & non ſplendentia, aurea ſcilicet, & lapidea, vitrea, ac ferrea, dum hoc ſtatim projicit, illud, quod vult, & cui vult, etiam oſtendit: ſimili, quin & ſuperiori modo, vel ſubtiliſſimas noſtræ compagis partes auctor noſter ſua ſcientia intuetur, eaſdemque in Reſurrectione conſociat. Etſi ferrum natura duriſſimum dum lima diſsolvitur, & in minutiſſimas plurimaſque dividitur partes, atque & cum terra confunditur, & cum plvere commiſcetur, per magneticum lapidem pulveri illi ſuperimpoſitum, illico ſumma cum velocitate, exſilientes e profundo, ac medio terræ particulæ ferri, eum lapidem circumdant, & ab eo attrahuntur, quin quidquam ex ipſis in pulvere ſuperſit, aut ex pulvere cum ipſis attrahatur, quanto magis itaque virtus omnipotens vivificatoris noſtri præſtabit, quæ & lapidis nomine nuncupata eſt, quando cum gloria ſua magna adveniens, fortiſſimam ſuam vocem auditam faciet? exſilient ſane corpora e pulvere, & unanimi Spiritu & corpore velociſſimo atque ineffabili motu illum ſequuntur, illi ſcilicet, qui operibus ſuis ipſum promeruerunt, quin & illi etiam, qui indigni ſunt, licet eum non ſequantur, e ſepulchris tamen reſurgent, juxta illa verba,, cum vocem Filii Dei audierint mor-
,, tui, tunc exibunt e ſepulchris, qui bona egerunt in reſur-
,, rectionem vitæ, & qui male fecerunt in reſurrectionem Ju-
,, dicii ,, Quod autem in ictu oculi leviſſimo, ea corpora, quæ diſperſa fuere, ex quovis loco Divina virtute colligantur, facile dignoſcitur, quandoquidem, ſicuti granum ſinapis in manu cujuſque noſtrum eſt, ſic & univerſus mundus in manu eſt Dei. Si vero neminem noſtrum latet quidquam eorum, quæ pugillo concludimus, quonam pacto quidquam eorum, quæ fuerunt, ac ſunt, Deum latere poteſt, qui omnia ſuo conclu-

dit

dit pugillo, elementa ſcilicet, eaque, quæ ex ipſis, & ad ipſa ſunt. Qui itaque elementa communia ex non eſſe, ad eſſe adduxit, & ex eis varias conſtituit ſpecies, & membrorum excellentiam ordinavit, atque contraria hæc in unum coegit, vitamque ac motum illis immiſit, Illi ſane difficili haud erit, corpus diſſolutum, & in elementa reſolutum, iterum illud ipſum ſumere, ac colligere, & inſimul conjungere. Præterea, virtuti quidem, ſcientiæque noſtræ impoſſibile eſt, pulverem noſtrum a Terreſtrium elementorum permixtione ſeparare, ac reliqua ab iis ſegregare, cum quibus relationem habent. At omnipotenti virtuti, omniaque comprehendenti ſcientiæ nulla corporum noſtrorum athomus oblita eſt, nec locus fugit in quo diſperſa, aut reliqua exiſtat. Inexplicabili igitur oculi ictu, unamquamque ex loco ubi eſt, ſive in humidis ſit, ſive in ſiccis, ſive in calidis, ſive in Frigidis, adducet, & omnes inſimul colliget ad conſtitutionem corporis uniuſcujuſque noſtrum. Sciendum autem nobis eſt, quod ſi illi notae erant ſingulæ elementorum Athomi, quodque Corpus earum ſingulæ conſtituerent, antquam corpora ex illis fuiſſent compoſita, quemadmodum guttas, quæ in arboribus incorporantur, aquæ, quod folium, quemque fructum unaquæque componat, novit. Multo magis poſt compoſitionem, eas novit, quamvis diffuſas, ac diſperſas in elementis, ubi ſerventur, ac ubi collocatæ ſint; eaſdemque ad compoſitionem reducet, & unamquamque proprio Corpori conſociabit. Quemadmodum ſi amphoram ex puteo aqua plenam quis in mare, vel in fluvium effundat, ipſi quidem permixtæ, atque confuſæ ſubito evadunt, Deo vero abque ulla confuſione, & permixtione, ſingulæ illius guttæ diſtinctæ ſunt & notæ. Eodem modo, ac longe meliori, Corporum noſtrorum particulæ, licet in elementa fuerint diffuſa, & a multo tempore mutationem ſubierint, notæ tamen, & diſtinctæ ſunt abſque ulla confuſione aut permixtione Deo, qui illas eaſdemque iterum revocabit ad conſti-

ſtitutionem, conſtructionem, & compoſitionem corporis. difficile tibi hoc ad paret ; hoc in arte ipſa cernere licet etenim aqua commiſcetur & vinum, & unum cum altera ita confunduntur, ac permiſcentur, ut neque tibi neque alii eorum diſtinctio ſit agnita, cum per commixtionem unum jamdiu fuerunt effecta. Si autem Artifices, qui hujuſcemodi rebus aſſueti ſunt, quodam artis modo vinum illud ſecernunt ab aqua, & eorum, quæ diu unum idemque fuere, unumquodque ab alio ſeorſim conſiſtere faciunt. Quanto magis Deus, corpora in elementa diſperſa, ſua virtute ſeparabit & in alteram adducet conſtitutionem? Similiter etiam & medici humorem in radicibus ſeparant, & ab aliis humoribus ſuis Sociis extractum, ſeorſim eum ſegregant: commiſcentur enim in corpore humores, & unus in alium effunditur ac confunditur, quoties autem quis eorum prædominetur, ſuo exceſſu corpori morbum infert. Sapiens medicus humori illi congruam parat medicinam, quam & in ſtomachum immittit, ea vero in Stomachum penetrans virtutem ſuam in totum diffundit Corpus, & illum unum humorem purgat, & ab ejus cum aliis humoribus commixtione, eum ſecernit, & extra Corpus pellit. Qui ergo difficile ſit Deo ejus omnipotenti, ac invictiſſimæ virtuti, ut elementa noſtra ſecum invicem ſeu cum Elementis communibus commixta, potentia extrahat ſua, & adducat, & unicuique Corpori partes ſuas reſtituat, eoque pacto, corpora, quæ ceciderunt, ſuſcitet? Sed & alius eſt medicis modus in arte naturali, qua ipſum etiam ferrum ex corpore educunt, & illud a Corpore alienum extrahunt. Si enim ſagitta corpus tranſverberetur, ipſumque Cuſpis intime penetret. Confectum ex magnetis comminutione ceratum ad eam partem applicant. Ille autem lapis, ob naturalem ſuam virtutem, attrahit, & extrahit ipſam cuſpidem ex corporis intimo, e medio oſſium, carnis, venarum, ac junctarum, & veluti e ſepulchro eam foras educit virtute ſibi naturaliter ab Opifice ſuo indita. Eodem pacto; & Dominus noſter, qui lapis

dis nominatus eſt, Thaumaturga ſua virtute Corpus noſtrum ex elementorum natura extractum ad meliorem priori compagem adducit: humiditatem Sol attrahit. Illuminationem oculus, odores olphactus, & voces, ac ſermones Aures ad ſe trahunt,& hæc quidem naturali virtute ſolum ſine inſtrumentis. Sic & Dominus noſter Corpus ab elementis extrahet, & ad meliorem conſtitutionem revocabit.

At quoniam præclarum eſt, ut in omni opere, ac verbo a Deo exordium capiamus, & in ipſo finem imponamus, ac requieſcamus, quæſtionem hanc obſignemus,oportet, Dominico ſermone. *Ait ſiquidem per os Moyſis Prophetarum primi* „ „ Ego mortificabo, & ego vivificabo „ & non dixit „ Ego „ vivificabo, & ego mortificabo „ ne ignorantes dicerent, quod vivificet corpora formãdo,eaque anima vivificando,mortificet autem eadem diſſolvendo. Cumque juſte vivificatio mortificationem ſubſequatur, non vero illum, qui non dicitur mortuus, aut vivus ante animæ inſpirationem, hinc præpoſuit „ Ego mortifico „ tum ſubjecit „ Ego vivifico „ ut notum eſſet ac manifeſtum fieret, id de corporum reſurrectione dictum fuiſſe, mortificat enim cum animam ſolvit a Corpore. Vivificat autem in reſurrectione, cum ea connectet. Utque apertiſſime oſtenderet, quod omnibus humanis corporibus mors contingat, & poſtea reſurrectiò, poſtquam dixit „ Ego „ vivificabo, & Et ego ſanabo „ illud adjecit „ non eſt, qui e manibus meis evadat „ quod ad duo extenditur, ad mortem ſcilicet, & ad vitam in reſurrectione futuram. Anna autem Samuelis mater Spiritu Sancto commota dixit „ Dominus mor- „ tificat, & vivificat, ducit ad inferos, & reducit „ hoc eſt per mortem ducit, ac per reſurrectionem inde reducit. Iſajas autem exclamat dicens „ Vivent mortui tui, eorumque Cadavera reſurgent, & excitabuntur dormientes in pulvere a ſomno mortis, & collaudabunt Deum ſuſcitatorem ſuum „ David etiam dixit „ Ecce mortuis facies mirabilia, & fortes

„ ſurgent, & confitebuntur tibi, & enarrabunt, qui in ſepul-„ chris ſunt, gratiam tuam, & Fidem tuam „ qui in perditione „ videlicet tamquam ſuo reſtauratori, & fidelē gratiā tuā enarrabunt in reſurrectione illi, qui in perditione ſepulchri ſubjacuerunt corruptioni. Daniel item, corporum reſurrectionem, Sanctorum coronationem, & peccatorum judicium palam prædicat, dicens; „ Et multi de his, qui dormiunt in terræ pul-„ vere, evigilabunt, alii in vitā æternā; & alii in perditionē, „ & opprobrium ſociorum ſuorum ſemper. Et bona facientes, „ & qui docti fuerunt, fulgebunt, quaſi ſplendor firmamenti, „ & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ coruſcabunt, „ & conſurgent in perpetuas æternitates „ Mox ei Deus ſub-„ jungit „ Tu autem, Daniel, vade ad præfinitum, & requieſ-„ ces, & tempore tuo conſurges in finem dierum „ Multos quidem dixit, omnes nimirum homines, qui dormiunt in morte, & pulveri commixti ſunt, evigilabunt per reſurrectionem. Verum licet reſurrectio communis ſit, magna erit diſtinctio juſtos inter & impios, dum illi in vitam æternam reſurgunt; ſeu ad bonorum fruitionem juxta illud Domini noſtri „ Qui „ bona fecerunt in reſurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt „ in reſurrectionem judicii „ In quo reſurrectionem vitæ bonorum fruitionem appellat, & non in vitam ſimpliciter, quia & peccatores, qui bonis orbati ſunt, ſemper vivent in Gehenna, quoniam autem in cruciatu ſunt, & deliciarum privatione, utpotequi in morte capitali ſententia in Gehennā miſſi; id circò Propheta de illis inquit: „ In perditionē & opprobrium ſociorum ſuorum reſurgent „ Ubi perditionem cruciatum in Gehenna nominat juxta illud Domini noſtri „ Timete potiſſimum eum, qui poteſt animam & corpus perdere in Gehenna ignis„ & illi quidem in judicio perditione æterna retribuentur. Perditionem Propheta duriſſimā capitalem ſententiam vocans, rectè ſubjunxit „ Opprobrium „ Utpotequi, ſcilicet, ob bonorum operum carentiam diffamabuntur coram Angelis & homi-

nibu

nibus, atque opprobrium ſubibunt. Juſti autem tamquam lumen firmamenti fulgebunt in gloria, quam ipſorum corpora induent & coruſcabunt, ac ſtabunt tamquam ſtellæ in ſæculum „ Sicut enim ſtella differt a ſtella in claritate, ita etiam & mortuorum reſurrectio „ Et „ Juſti autem fulgebunt tamquam ſol in regno Patris ſui „ Secundum Redemptoris noſtri ſententiam. Quare Prophetæ dictum„ Tu autem Daniel mente tua futurorum veritatem ſervans, vade ad ſortem, quam diſtincte generi tuo præfinivi, & in ſepulchri portu requieſce uſque in diem reſurrectionis. Et tunc ſurges tempore ſuo in finem dierum hujus ſæculi cum omnibus inſimul, & recipies a me operum tuorum mercedem, & coruſcabis ac fulges cum conſervis tuis, ut lumen firmamenti in regno cœlorum quod ſancti excelſi accipient„ Ezechiel præterea Buzj filius divinis plenus revelationibus, funditùs humanorum corporum reſurrectionis myſterium manifeſtavit cum facta ſuper eum manus Domini illum in ſpiritu duxit in agrum diſperſis ac aridis admodum oſſibus plenum, eique ait: „ Fili hominis, putaſne vivent oſſa iſta? Et dixi, Domine, dominantium tu noſti, & dixit ad me, vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa arida, audite verbum Domini, hæc dicit Dominus dominantium oſſibus his: ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & vivetis, & dabo ſuper vos nervos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpiritum, & vivetis, & ſcietis, quia ego Dominus: & prophetavi ſicut præceperat mihi, factus eſt autem ſonitus, prophetante me: Et ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, unumquodque ad juncturam ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nervi, & carnes aſcenderunt, & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad ſpiritum: vaticinare, fili hominis, & dices ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus dominantium: a quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reviviſcant. „ Et prophetavi, ſicut præceperat

 mi-

mihi, & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerunt, ſteteruntque ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde: Et dixit ad me, fili hominis, oſſa hæc univerſa, domus Iſrael eſt: ipſi dicunt; Aruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, & abſciſi ſumus „ Propterea & paulò poſt „ Prophetare, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus dominantium: Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, & inducam vos in terram Iſrael, & ſcietis quia ego Dominus cum aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris, & dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis. „

Hieremias ſimiliter corporum reſurrectionem per opus quod vidit in Domo Figuli expreſſit; Dixit enim illi Dominus „ Surge, & deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea: Et ſurrexi, ac deſcendi in domum figuli: Et ecce ipſe faciebat opus ſuper rotam; & diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis, converſuſque fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in oculis ejus, ut faceret. Et factum eſt ad me verbum Domini, dicens: Numquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſrael, ait Dominus? Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael.„

Elias autem, & Eliſeus admirabiles viri ipſo opere reſurrectionem demonſtrarunt. Elias quidem cum filium Sareptenſis ſuſcitavit. Inclytus verò Eliſeus ejuſdem diſcipulus filium Sunamitidis, poſt ipſius namque obitum, projectum ejus cadaver præ timore latronis illius Moabitæ, prodigiosè ſuſcitavit. Quis itaque poſt hæc teſtimonia a Spiritu ſancto verbo & facto perhibita, & poſt tot argumenta deſumpta ex juſtitia, & naturali ratione, corporum reſurrectionem non credat? Firma enim fides tum perſeverat, cum divinis obtemperat vocibus. Quod ſi de illis dubium admittat, tota fides excluditur. Ad nobis itaque propoſitum ſcopum revertamur. Ea ſiquidē quæ a nobis producta ſunt, ſatis ſunt ad iniquorum illorum ora obſeranda, qui noſtris hiſce diebus Ethnicorum, ac Hæretico-

rum

rum perverſas contra fidem reſurrectionis corporum opiniones excitarunt.

Et vitam novam.

NOvam vitam futurā conſtitutionem Patres appellarunt, in qua, cum ex mortuis reſurrexerimus, in vita immortali atque immutabili ſtabimus. Erimus enim immortales, impaſſibiles, & immutabiles ſine fine durabimus. Diſſolvetur autem & univerſa noſtra ad malum proclivitas, dum regnabit in nobis incommutabiliter divina voluntas. Cadent ſiquidem dæmones, & omnes, quas in nobis illi excitabant, illecebræ plenè ceſſabunt. Ceſſabunt etiam & motus naturales, paſſionum quoque operatio extinguetur; & in omnes voluntas Dei dominabitur, nihilque penitùs erit, cogitarique, aut effici poterit, quod Altiſſimi beneplacito adverſetur, nec quiſquam reperietur, qui contrarium illi gerat, aut cogitet. Angeli namque & homines, qui in præſenti vita in caritate erga Deum perſeverarunt, in Cœlo unacum Chriſto indeclinabiliter deliciis perfruentur. Mercedes autem illæ, quæ bene operantibus dantur, ſunt delectationes eæ, quas oculis non vidit, auris non audivit, & in hominis cor non aſcendit illud, quod Deus præparavit diligentibus ſe. Duplicem nobis eſſe delectationem aſſerimus, delectationem ſcilicet corporis, quam in cibo & potu, aliiſque concupiſcentiis ſentimus, & animæ delectationem, quæ in vita conſiſtit, ea enim eſt animæ nutrimentum ſuper menſam Abraamiticam, quæ eſt Dei, omniumque entium notitiæ theoria. Et quidem quod res ita ſe habeat, ex eorum quæ hic accidunt, minimo quodam argumento perſpicuum efficitur quod eſt tale; en ſiquidem Deum cogitamus immenſum eſſe, imperſcrutabilem, incomprehenſibilem, Creatorem, bonum, &c. hujuſcemodi, qui creavit hominem, cœlum, terram, ſolem, lunam, ſtellas cum omnibus creaturis: quia verò hæc cogitare

tione revolvimus valde lætamur, ac delectamur, quæ & hæc delectatio, ac voluptas nos ſine ulla ſatietate afficit. Quæ quam maximam corporis voluptatem, quæ in hoc ſæculo opprimit animam, ſuperet. Præterea quando mentis aciem vimque intendimus ad notitiam entium, variarum animalium ſpecierum compoſitionem; mundi annos, cœlum, ſtellarum curſum, Geometriæ, Aſtronomiæ, Arithmetices, Muſices ſcientiam, omniumque artium cognitionem; & quid vel minimum aſſequimur, magno gaudio, grandique lætitia exultamus, ac talem, quæ omnes corporis moleſtias vincat, voluptatem ſentimus. Et hæc quidem theoria naturaliter nobis ineſt; quotidie enim de mane ad veſperam cogitationes edimus, ac vehementi ſuavitate afficimur, cum ab hoc ad alterum cogitatio decurrat, & in hujus cognitione conſiſtit, quod ubi aſſequitur, ad aliud tranſit, & ita ſine ulla requie, adeo ut ſi quis ſuarum cogitationum per ſingulos dies conceptus conſcribere velit quovis die ingentem librum ederet. Sicuti enim qui fame premitur ad corpoream eſcam impellitur, ſimili etiam modo naturali veluti violentia anima ad quærendam cauſam ducitur, ac movetur, quem admodum cum hominum cœtum videmus ad eos currimus cauſam intellecturi; cum hæc corpoream utilitatem ſuperet, propter quam exivimus dum cauſam inveſtigaturi perſiſtimus; & hæc eſt proprie animæ cibus, ac fruitio ipſius naturalis, quæ cum illa procedit, nec mutatur, quandoquidem ejus ſimplicem ac immutabilem naturam vivificat. Cæterum cruciatus, quibus valde angitur anima, inde originem trahunt, cum ſcientia privatur: cum aſſequi concupiſcit juxta ſuam naturam, quæ Dei, & quæ mundi ſunt, nec tamen aſſequitur; & magis magiſque triſtitia tabeſcit adeo, ut quis ſuſpiria edat, & una alteram percutiat manu, cum pluries a cibis arceatur. Quando ſcilicet alicujus, quæcumque tandem ea ſit, artis, vel doctrinæ ſcientiam comprehendere volumus, eã tamen ſcientiam non conſequimur, affligimur, & maxime affici-

ci-

cimur mœſtitia, ubi autem aſſequi nos contingat, lætamur, gaudemus & exultamus. Ineſt ergo animæ voluptas ipſius naturæ propria, quæ in Dei & entium cognitionis aſſecutione conſiſtit, cujus cognitionis privatio cruciatum ipſius animæ conſtituit. Et hæc quidem quam in Deo habet voluptas exigua admodum eſt in hac luce, quoniam ipſa anima abſorpta eſt in corpore, minimum proinde ex plurimo cognoſcimus, & ex parte prophetamus, ac veluti in ſpeculo videmus, ibi autem perfecte ac facie ad faciem. Quod ita notum ſit, cum enim quoddam de Deo Theorema fide apprehendimus ita lætamur, exultamus, eique adhæremus, ut mortem potius ſubeamus, quam ipſum mendacii arguamus, aut abnegemus. Quanto igitur magis lætabimur, quando perfectã de ipſius veritate certitudinẽ habebimus, nec quiſquam erit, qui illud falſitatis coarguat. Et ſi magno gaudio exultamus, cum pulcherrimorum ædificiorum, vel cujuſcunque elegantis arte facti ſtructuram ſpecioſam coguoſcimus, quanto majori, eaque incomprehenſibili lætitia perfundemur, quando aſſecuti fuerimus perfectam ſcientiam hujus mundi, extenſionis cœli ejuſque naturæ, ac creationis, ſtellarum inſuper ſolis & lunæ, quantaque ſit ipſorum realis magnitudo, cognitionem etiam creaturarum uniuſcujuſque ſpeciei, earumdemque, prout ſunt ab invicem diſtinctionem una cum totius mundi conſtitutione; nec ſtupenda erit lætitia, quod modo viſus, ſeu cujuslibet ſenſus ſenſationem fugiat, eo quod eam experti non ſint: etenim propterea ineffabilis eſt, ac mentem excedens, cum autem Reſurrectio fiet, & corporis delectatio ceſſabit, voluptas theoriæ, quæ ex Dei cognitione oritur, manebit. Juſtorum namque anima voluptate perfunditur in ſanctæ Trinitatis theoria, & in ſcientia perfecta entium unacum illo corpore cum quo unita fuit; quæ eſt vera vita,, hæc eſt enim vera vita, ut cognoſcant te ſolum verum Deum,, Per vitam quippe animæ oculus illuminatur ad videndum Deum, eoque perfruendum

Bea-

beati quippe ſunt qui puro ſunt corde, quoniam ipſi Deum videbunt: Et Dei ſcientia vita eſt, audivimus enim Chriſtum dicentem „ Et hi ibunt in vitam æternam. „ Scientia ergo Dei eſt vita. Præterea Chriſtum dicentem audivimus „ Oculus non vidit, auris non audivit, & in cor hominis non „ aſcendit, quod præparavit Deus diligentibus ſe „ Illud autem eſt nova quædam voluptas, & jucunditas ſublimis, cujus quantitas & celſitudo humana lingua enarrari non poteſt. Eaque propter, nulla hìc eſt auris, quæ audiat quod dici nequit, neque oculus vidit, quod hìc non exſtat: nec in cor hominis id aſcendit, quod hìc ſcientia non aſſequitur illud quod hodie homini non eſt conceſſum, ſed uni Deo. Incomprehenſibilis enim & ineffabilis Dei natura in cor hominis non aſcendit, neque in hoc ſæculo aure, ſeu oculo percipitur, ibi autem uti homini licet, ea videnda, & cognoſcenda facie ad faciem nobis dabitur; utque illam audiamus, atque corde percipiamus. Hæc eſt antem vita nova, perpetua ſcilicet, & interminabilis Juſtorum in illo futuro ſæculo. Et ſicuti Dei creaturarumque cognitione perpetua voluptate perfunduntur Juſti, ita & impii Gehennæ perpetuo, numquam deſituro cruciabuntur ſupplicio. Juxta illud Domini noſtri,„ Et hi in ſupplicium æternum, Juſti in vitā æternā „ Verum Diodorus Tarſenſis in ſuo de Providentia Libro, ejuſque Diſcipulus, ac Neſtorii Præceptor Theodoretus multis in locis, judicio finem fore aiunt. Similiter etiam & Gregorius Nyſſenus in homilia ſua cathechetica, & in eo ſermone, quem ad Macrinam ſuam ſororem direxit, aliiſque in ſcriptis futuri cruciatus finem aliquando fore dicit. Doctores autem Eccleſiæ Græci ſcilicet & Syri hoc uno Sancto excepto, omnes inſimul eum cruciatum finem non habiturum aſſeverant. Cœterum qui judicio, & ſententiæ in peccatores ac impiorum ſuppliciis finem terminumque conſtituunt ita ratiocinantur. Deum minimè decet, & ab ejus miſericordia lon-

longè alienum eſt, ut ille, qui in hoc ſœculo 50. vel 100. annos in peccato tranſegit in perpetuis infinitiſque ſœculis, ſupplicia ſuſtineat. At hoc erroneum eſt; divina enim, & humana Lex peccata per ordinem ad peccantis voluntatem condemnanda judicat. Audiendi ſanè ſunt, & Sapientes exteri, qui de hominibus iis, qui abominanda opera, ac illicita perpetrant, illud dicere ſolent, hic quidem vir non una tantum vice, ſed pluries mori debet. Qui vero, uti nos, audit, quod immutabilis Deus incarnatus eſt & homo factus propter noſtram ſalutem, eaque propter e Cœlo deſcendit, & apertè ignem qui non extinguitur, & vermem, qui non moritur, comminatus eſt. Et tamen hæc omnia ſpernit, ac pro nihilo habet, quomodo dignus non erit, qui geminato, ut ita dicam, Judicio æterno, & ſupplicio interminabili condemnetur? Ad hæc, is, qui in hoc ſœculo 100. plus minuſve annos vixit, & totum hujuſcemodi tempus inutiliter, vaneque tranſegit, apertè ſe prodit, quod ſi immortalis in hac vita ſervatus æternum viveret, a laſcivia, impudicitia & abominandis concupiſcentiæ paſſionibus non ſe cohibuiſſet. Qui itaque talis eſt, talique modo eſt affectus, annon ærerno ſupplicio juxta ipſius voluntatis affectionem eſt cruciandus? Et illi quidem ipſi qui Judicio finem conſtituunt, peccatores, aiunt, plurimis annis, pluribusque modis, ut ita dicam, & immenſis ſœculis venturis ſuppliciis diſcruciari, quibus elapſis poſtmodum eos remiſſionem conſequi, ac præparatum promereri regnum. Errant autem, qui hæc ſentiunt, nam juxta humanam ipſorum cogitationem praedictam Deum impium, & injuſtum eſſe perhibent. Si enim qui 50, vel 80. annis circiter vivit peccator, & ea propter durum judicium ſuſtinebit, ac ſupplicia multorum, diuturniorumque ſœculorum ſubeat, hoc etiam pacto res hæc apparebit, juxta veſtram ſententiam, indigna miſericordiæ Dei, neque amori illi, quo homines proſequitur conſona; tempus ſiquidem ſupplicii eorum, æquale non eſt tempori vitæ ipſorum

in peccatis. Oporteret utique, ſi Deus horum authorum cogitationibus conſentiret,eorumqne ſententiam ſequeretur,eamque ratam haberet;ut qui 50. annis peccavit, 50. pariter annis ſolummodo cruciaretur, & non ut dicunt, ad longam plurimorum ſœculorum ſeriem judicium extenderetur,& cruciatus elongaretur. At non ita certè ſe res habet, non ita. Ipſe enim Salvator, Dominus, ac Deus noſter Jeſus Chriſtus Evangelii etiam ſui ſanctis eloquiis dixit, juſtos ſeparans a peccatoribus „ ibunt peccatores in ſupplicium æternum, & juſti in vitam æternam „ Et de utroque eorum cœtu uno eodemque modo ſine ulla varietate locutus eſt, cum *in æternum* de utriſque ſine varietate protulit. Quod & dilucidè oſtendit Sanctus Baſilius in interrogatione fratrum, eſt autem interrogatio 19. quæ hiſce verbis eſt expreſſa „ fratres dicunt, ſi de duobus ſervis deſcriptis in Evangelio, unus multis, paucis alter vapulare dicitur, quomodo judicium eorum, qui cruciantur, interminabile nonnulli aſſerunt?„ Baſilius. „ Ea quæ in quibuſdam ſacrorum librorum locis obſcurè dicta exiſtimantur, ac de illis contentio oritur, ab illis, quæ in iiſdem ſanctis libris aperte dicuntur, dilucidanda ſunt. Quum itaque Dominus noſter dixerit, hi autem ibunt in ſupplicium æternnm Diabolo ejuſque Angelis paratum, eademque, ac ſimilia pluries in divinis libris reperiantur, liquet, quod Diabolus ſua fraude modum invenit multorum mentes ſeducendi, quibus, dum Domini noſtri judiciariam ſententiam oblivìſcuntur,in animo hoc inſerit, quod nimirum finem ſit habiturum judicium, quo potiſſimum illos inducat ut timore omni excuſſo audacioreſque effecti pravis abominandiſque operibus delinquant. Si enim ſupplicio æterno finis ſit, utique & æternæ vitæ finis erit, & ſi hoc non admittimus, quo vitæ æternæ finem fore opinemur, quomodo ordo erit, ut ſupplicio æterno finis conſtituatur? Additio enim illa *æternum* æqualiter de utriſque dicitur, ibunt quidem illi in ſupplicium æternum, & juſti in vitam æternam,

quæ

quæ cum itaque hoc ſe habere modo credant, ſcire oportet, quod illud, quod dicitur: pluribus aut paucis vapulabit; non finem, ſed diverſitatem ſuppliciorum ſignificet: nam cum Deus juſtus ſit Judex, qui unicuique reddit ſecundum opera ejus, fieri poterit, ut unus vehementiori ac terribiliori conflagret igne. Alter remiſſiori, aut priori validiori; alius in verme, qui non moritur; alii in ærumnis acerbis, alii in ſuppliciis mitibus, alii in durioribus, unuſquiſque pro ſuo merito. Sciendum eſt etiam per tenebras, quæ dicuntur exteriores, nobis jndicari, eſſe alias tenebras penitiores: eſt etiam locus retributionis in fletu, eſtque in ſtridore dentium præ ſupplicio judicii duri & amari. Quibus omnibus intelligitur diverſitas retributionis in judicio. Quod itaque de multis, aut paucis verberibus dicitur, accipiendum eſt, ut dixi, non de extenſione temporis finem habentis, ſed de diverſitate ſuppliciorum futuri judicii „ Hæc Baſilius.

At fortaſſe inquies iterum, qui juſtus erit Judex, ac recta judicia ejus, qui æterno regno eum hæredem facit, qui exiguo tempore juſte fecit, eumque, qui exiguo tempore peccavit, projicit in ignem æternum?

Utique hanc juſtitiam eſſe reputas, ut ſecundum temporis menſuram, quis retribuatur, aut judicetur, & ita, qui 10. annis peccavit, decem annis ignem ſuſtineat, & inde exeat: & qui etiam decem annis juſtitiam exercuit, ſimiliter 10. annis in regno ſit, & exeat. Quod ſi juſtum eſt, dexter latro una tantum hora paradiſum poſſidebit, cum una tantum hora fidei fervore incenſus fuerit. Verum non ita juſti Dei rectum judicium ſe habet. Hos ſiquidem in ignem æternum, & Juſtos in vitam æternam conſtituit. Peccator; qui pœnitentiam non egit, ſi æternum vixiſſet, æternum peccaſſet, ac proinde juxta mentis ſuæ diſpoſitionem, qua peccato ſemper adhæret, juſte in Gehennam decidet. Dives enim ille cujus horreum plenum erat pluribus redditibus, hæc dixit animæ ſuæ „ Co-

mede, bibe, epulare, multi tibi ſunt redditus in plurimos annos repoſiti „ Hujus igitur, qui ita mentem ſuam extendit, ut in plurimos epulatus eſſet annos, vita abſciſſa eſt, nec tamen ejus peccatum abſciſſum fuit, quia præceſſerat, ſuamque ita mentem affecerat, ut æternum peccaret. Juſtitia ergo exigit, ut hic judicium habeat, quia voluntatis ſuæ affectu æternum viveret in helluatione. Similiter etiam Juſti animus æternum Deum colit voluntate ſua, quamvis involuntariè ejus vitam mors a Juſtitiæ curſu abſcindat. Quod comprobat Job dives in tentationibus: cum enim illi plaga contigiſſet, ejuſque corpus acerbo dolore corruptum fuiſſet, ipſiuſque vulnera unum cum altero fuiſſent permixta, & membra ipſius vulnerum putredine mucuiſſent, ſic in ſui doloris vehementia dixit „ Donec moriar, non auferetur a me innocentia mea, & in juſtitia ſuſtinebo, nec deficiam„ hunc porrò animo fortem, ac curſui juſtitiæ adeo inhærentem, quis Judex regno æterno dignum non judicabit, eique interminabilem vitam non adjudicabit? Ergo dicendum nobis eſt: Juſtus eſt Domine, & recta ſunt judicia tua, juſtitia tua inculpabilis eſt, viæ tuæ rectæ, & non eſt in eis ſcandalum, ac juſtè peccator mittitur in ignem æternum, quia cogitationes ſuas intendit ad æternum peccandum, nec ad pœnitentiam converſus eſt. Digni ſunt Juſti vita æterna, quia ſeipſos ita diſpoſuerunt, ac affecerunt voluntates ſuas, ut æternum in juſtitiæ ſemita currerent.

Quod autem peccatorum judicio, ac ſuppliciis finis non ſit, teſtantur etiam Prophetæ & Apoſtoli, vetus nimirum, & novum teſtamentum. David „ increpaſti gentes, & perdidiſti iniquos, & nomina eorum deleviſti in ſæculum ſæculorum„ Idem David „ Diſperdes omnes, qui a te aberrant, in ſæculum, cum germinaverint peccatores ut germen, & pullulabunt omnes operantes iniquitatem, peribunt in ſæculum ſæculorum „ Paulus in ſua ſecunda ad Theſſalonicenſes de iis, qui veritati non obediunt, ait „ Ipſi in judicio pro mercede recipient perditionem

nem æternam „ In Evangelio Matthæi „ Qui loquitur in filium hominis remittetur illi, qui autem blaſphemaverit in Spiritum ſanctum non remittetur ei neque in hoc, neque in futuro ſæculo „ Ibidem „ Tunc dicet iis, qui a ſiniſtris ſunt, diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis ejus, & ibunt hi in ſupplicium æternum, & Juſti in vitam æternam.„ Sed dicunt illi: ubi in ſacris libris dicitur„ in ſæculum„illud ſæculum finem habet, ubi autem legitur„ in ſæculum ſæculorum„finẽ„ non habet. E contrario dicimus rem ſe habere, nam aliquando legitur in ſæculum, quod finem non habet, & aliquando legitur in ſæculum ſæculorum, quod finem habet; juxta illud, quod David ait:„ Civitates eradicaſti, & memoriam earum perdidiſti, & Dominus permanet in ſæculum: Et timor Domini manet in ſæculum. Sedit Dominus Rex in ſæculum, & nomen ejus erit in ſæculum. Portio mea in Deo eſt in ſæculum. Tu, Domine, altiſſimus es in ſæculum „ Iſaias„ Benedicite Dominum omnes Juſti „ & ab eo nunquam intellexi, nec audivi, quod Deus in ſæculum ſit Dominus. Jeremias.„ Tu Dominus in ſæculum es.„ In hymno filiorum Ananiæ.„ Benedicite Dominum omnes ſervi Domini, laudate, & exaltate eum in ſæculum „ Quem hymnum totum cum hoc ſcopo dixerunt, Et in ſæculum, quod finem neſcit. In ſæculum autem ſæculorum, cui eſt finis. Juxta illud„ Vitam petiit a te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculorum ſæculum.. Etſi cuſtodierint filii tui teſtimonia hæc quæ docebo eo, & de filiis eorum ſedebunt in ſæculum ſæculorum ſuper ſedem tuam.. Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi, hæc requies mea in ſæculum ſæculorum.. Ecce deſolata eſt Sion, & deſtructa & conſtituit terram ſuper firmamenta ejus, ut non commoveatur in ſæculum ſæculorum „

Ex iis itaque, quæ dicta ſunt, manifeſtum nobis fit, quod Juſti quidem nova, ac interminabili vita ſint perfruituri, peccatores verò nova eademque interminabili vita ſuppliciis cruciandi.

Sæculi futuri.

FUturum ſæculum eſt habitaculum Juſtorum, ac peccatorum poſt exitum ab hoc ſæculo. Quæ manſiones ante reſurrectionem quidem ac ſuſcitationem univerſalem animarum ſeparatarum ſunt, poſt reſurrectionem autem animarum ſunt manſiones ac corporum, quibus illæ iterum unitæ ſunt.

Prædictis verbis Patres eos confutarunt, qui nec reſurrectionem, nec aliud ab hoc ſæculum agnoſcunt, cujus perpetuam corruptionem, ac inſtaurationem dicunt ſeriem, quæ per conceptionem nativitatem fit, ac per mortis diſſolutionem. Sæculum itaque futurum, in quo fruentur voluptate Juſti, eſt regnum cœlorum, quandoquidem quotquot in bonis futuri ſunt in ſæculo futuro, in cælo una cum Chriſto habitabunt. Hac enim de cauſa Chriſtus venit, ut ea omnia, quæ in hoc ſæculo cum Tyrannide adverſus Deum fieri reputantur, diſſolveret, utque hic tamquam in ſymbolo futuram conſtitutionem oſtenderet, quod revelabit reapſe tempore ſuo, cum veniet in conſummatione ſæculi. Et idcircò Joannes Dominum noſtrum veniſſe oſtendens ait „ pœnitentiam agite, appropinquavit regnum cœlorum „ Ipſe etiam Dominus noſter „ Appropinquavit regnum „ Prædicabat. Et illud „ Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum „ Et illud „ Gaudete, & exultate, quia multa eſt merces veſtra in cœlo „ Et illud „ Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum „ Et 12. cum in Judæam miſit, hæc prædicare mandavit.

At ſunt nonnulli, qui paradiſum Eden, locum illum deliciarum juſtorum exiſtiment. Nos autem id negamus, ac eum locum regnum eſſe cœlorum dicimus. Non enim ait Dominus noſter „ pænitentiam agite, appropinquavit regnum paradiſi „ aut „ regreſſus ad paradiſum „ ſed „ appropinquavit regnum cœ-

lo-

lorum „ noſque orare docuit „ adveniat regnum tuum „ Verum forte quis dicet: unum idemque eſt regnum cœlorum, ac paradiſus. Uni ſiquidem eidemque rei, duplex eſt inditum nomen. At Sacerdotales libri non eſſe unum ac idem dicunt, ſed magnam inter ea differentiam eſſe. Bona enim, quæ in regno cœlorum ſunt, nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcenderunt. Paradiſum autem & oculus Adami vidit, & auris noſtra audivit, ejuſque bona in cor noſtrum aſcenderunt; quia Terrena, ac corporea ſunt: Beatitudo vero regni excedit, nec unquam carneo oculo viſa fuit. Et ſi ejus promiſſionem audivimus; eam nihilominus non audivimus; ſed eam quæ eſt hic. Deus quippe vocabulis, quæ hic obtinent, eam nobis nominavit. Scilicet, *Civitas cæleſtis*, *regnum*, *lux*, quæ e ſœculo ſunt; ac proinde illis ſimilia eſſe nequeunt. Impoſſibile ſiquidem erat, ut quidquam alterius ſæculi audiremus, niſi per vocabula hujus ſœculi, eaque propter vocabulis eſt inſignitum. Sapientibus autem notum eſt, quod, hæc quoque cognomina ex uſu loquendi, qui apud nos obtinet, a Sacerdotalibus libris accepta fuere. Quia enim in hoc ſœculo nihil eſt majus, ac ſublimius eſt in honore ſcilicet, voluptate, & claritate, ut ſunt Reges & Filii regni. Eam obrem Sacerdotalia eloquia cum nobis ſignificare volunt, uti nobis audire fas eſt, magnitudinem ſublimitatis bonorum ſanctis, iiſque, qui præclara geſſerunt, in futuro ſæculo præparatorum, omnia vocabulis „ Regnum, concluſerunt, Paradiſus ſuavitatum, hortus deliciarum, hortus Eden, Thalamus indefectibilis; convivium indeficiens. Tabernacula lucis, Habitaculum voluptatum, manſiones gaudiorum, loca deſiderabilia. „ Quibus id unicum eſt propoſitum ut conceptum aliquem de bonis quæ ibi ſunt, efformemus, qui conceptus ex his, quæ ſunt in mundo, ſimulacri ad inſtar, ſit, cum futura ut in ſe ſunt in mentem noſtram non aſcenderint, & ideo juſte dictum fuit „ oculus non vidit, auris non audivit nec in cor hominis aſcendit quod Deus præparavit diligentibus ſe „ Coe-

Coeterum ſunt nonnulli, qui cum mentes, conſiderationemque ſuas ad ſuperna non extulerint, ſed onere horum Inferiorum tamquam animalia muta, & irrationalia merſi exiſtimarunt Futuri ſœculi delicias corpòreas fore. Ut cibus, potus, conjugium & cœtera obſcæna deſideria. Sic noviſſimis hiſce diebus docuit Filius ille perditionis in ſuo libro. Sic & Judæorum Phariſæi, qui reſurrectionem credebant, exiſtimabant. Dicebant enim Chriſtum venturum, hominem ſcilicet glorioſum Prophetis majorem, & Moyſe præſtantiorem, per quem Deus ſuſcitaturus eſſet regnum Iſrael, & ipſe regnaturus ſuper populum, eumque ab omnibus gentibus ſalvaturus, & congregaturus juxta priſtinam ubertatem in hieruſalem, ubi Chriſtus ipſe regnum inſœculum eſſet habiturus, tum fore reſurrectionem ex mortuis omnium hominum; & Juſtos quidem, ac Pios qui fuerunt in mundo, tamquam magnates, ac Duces exercitus, ſubditas ſibi habituros gentes & linguas omnes, quæ ſuſcitatæ fuerunt, & quæ vivæ ſunt, ac Gentes fore veluti viles, & ſervos ſubjectos Regno Iſraelitarum. Poſt reſurrectionem vero eam ſibi quiſque uxorem reſumturum, quam dum in vivis eſſet, habebat: Et ita manſuros in vitam æternam. Quod autrm hæc fuerit illorum confeſſio ex eo liquet, quod dicebant, *Chriſtus inſæculum manet*, & quod Cleophas ajebat, *ſperabamus, quod ipſe redempturus eſſet Iſrael*, Teſtantur inſuper Sadducei & Phariſei, quos memorat Evangelium. Sadducæi namque non credebant reſurrectionem, quoniam non eſſe æquum, opinabantur, quod donum Dei quis expectet, eaque propter bene ageret, ſed illi obediat propter hæc præſentia, ejuſque mandata ſervet, oportere. Phariſei autem reſurrectionem confitebantur, fæminaſque viros ſuos ſequi dicebant, & ideo acceſſerunt Sadducei, ad Dominum noſtrum, & dixerunt ei: ſi ut dicunt Phariſei eſt reſurrectio mortuorum, & mulieres erunt Viris; Ecce erat una mulier, quæ ſeptem Fratribus fuit Uxor, & ſi mortui reſurgant, ut dicunt Phariſei, & unuſquiſque eam,

quam

quam ante mortem habebat, accipiet uxorem, mulier, quæ ſeptem Fratribus nupta fuit, cuinam eorum erit, ea enim omnibus ſeptem nupta fuit? Interrogatio autem Sadduceorum factum, quod contigit, continet, neque enim verbum, quod re non fuerit impletum, compoſuerunt, nam ad parabolæ inſtar, ipſorum petitio compoſita fuiſſet, ſane eos Phariſei contempſiſſent, utpotequi non factum quærere auſi fuiſſent. Neque autem peregrinum erat, quod ſeptem Fratribus una uxor ſecundum legis præſcripta nuberetur, etiam illa Samaritana quinque Viros habuit. Utrorumque vero pravas opiniones ſuſtulit Dominus nòſter, & reſurrectionem fore, in eaque nullum conjugio locum notum fecit. Reſurgent, ait, enim non nubentes tamquam Angeli. Arguit itague Dominus Sadduceos, & Phariſeorum mentem correxit dicens: in reſurrectione mortuorum, nec Viri accipient Mulieres, nec mulieres nubentur viris, ſed tamquam Angeli Dei ſunt in Cœlo, & erunt Filii Dei; erunt Filii Dei, cum Filii reſurrectionis facti fuerint. Hanc itaque vivorum verborum clariſſimam lucem reliquit Apollinaris hæreſiarcha una cum ſuis Sociis, & a veritate, ut & Judæi, obcœcatus, actus eſt, ut Phariſei, ex parte aſſerere. Nam poſt reſurrectionem Mortuorum mille annorum ſpatio ſuper terram una cum Chriſto in hieroſolyma nos futuros docuit, in deliciis corporeis, ac in Sacrificiis adoleſcentiæ, & terreſtri convivio coram illo nos exultaturos, quibus per id temporis geſtis, in cœlum nos elevandos fore. Nec vocem Pauli erubuit dicentem „ Regnum Dei non eſt cibus nec potus, ſed juſtitia, & Pax, & gaudium in Spiritu Sancto,„ Similiter etiam Iræneus lugdunenſis in Gallia Epiſcopus prolapſus eſt in ea, quæ in Epiphanii libro relata ſunt, uti Euſebius narravit. Nos quidem cum religioſiſſimis noſtris Patribus dicimus, quod in futuro illo ſœculo tamquam ex juſtitia & ordine creaturæ, eſca non indigemus, nec corporea deſideria nobis convenient, quod ita demonſtramus, ac di-

dicimus: ex duabus diverſis rebus creatus eſt homo, ex anima ſcilicet Spirituali, & ex craſſo Corpore: ac duos illi mundos conſtituit Deus: Unus hic, in quo modo habitamus, & alter Futurus illic, quem expectamus: & ſicuti ex duobus, non vero ex tribus, aut aliis, ſolummodo exſiſtit, ita duo tantum mundi conditi ſunt. Æquum eſt ergo ut & mundi ejus, creationis ipſius ſimilitudinem referant: jam videmus hunc corporeum ſolum eſſe, & ſolum corpus ipſius deliciis perfrui, quandoquidem Corpori conſonat, congruum eſt itaque, ut & futurus mundus Spiritualis ſit juxta animæ naturam, ut illi voluptas Spiritualis ſuæ congrua naturæ contingat. Nam ſi hic omnia corporea ſunt, & corporis voluptates, & ibi etiam voluptas magis craſſa ac corporea exſtet, manebit ſane anima ſine Spirituali voluptate ſuæ naturæ conveniente, ſi ambo mundi Corporei ſint; & quomodo non Corporei eſſent, in quibus cibus, potus, concupiſcentia & conjugium ſunt? Si autem cibus, ac potus ſunt, erunt etiam dolores, morbi, ſuperfluitates corporis, eorumque exoneratio, excrementum, & ſtercus: quod ſi illa admittis, non vero iſta, argumentum nobis ex libro, aut ex naturali ratione deprome, quo illa eſſe, hæc vero minime reperiri poſſibile demonſtretur. Si autem miraculum a Reſurrectionis opifice potentiſſimo fieri dicas, quo cum cibo non ſit nec dolor, nec egeſtio, illud quoque mihi concedas, quod tuæ aſſertionis præſtantius, & excelſius, & a prædictis curis liberius viſum eſt mihi, delectationem ſcilicet, quam nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcendit, omnis doloris ac morbi expertem. Annon intelligis, quod Angeli, nec edunt nec bibunt, & nihilominus voluptate decem millies tua præſtantiori perfruuntur?

Quidam item dicunt, quod non ſolum futuri ſæculi voluptas Spiritualis ſit, ſed ipſa etiam corpora ibi in Spiritualitatem converſa efficiantur Spiritualia. Cujus opinionis argumentum ex Verbis Apoſtoli deſumunt, qui in prima ſua ad Corin-

rinthios ait *ſeminatur Corpus animale, & ſurget Spiritale*, in ſecunda pariter epiſtola inquit *Itaque nos neminem novimus ſecundum corpus, etſi cognovimus ſecundum Corpus Chriſtum, ſed nunc jam non novimus.*

Ad hos dicimus: Apoſtolus in hoc loco Corpus animale illud vocat Corpus, quod omnes corporeos & animales affectus habet, famem inquam, ſitim, ſomnum, & cætera omnia hujuſmodi; iram etiam, concupiſcentiam, perturbationem, timorem, anguſtiam & cætera, omnes nimirum tam animæ, quam compoſiti paſſiones. Spiritale autem illud corpus nominavit, quod ab omnibus his eſt immune. Corpora enim noſtra in reſurrectione mortuorum ab his eximentur. Corpus item animale illud vocat, quod in una anima vivum erat vita animata, & temporali, atque defectuoſa, non enim fieri poterat, ut ab illa anima, qua indigebat ut viveret, vitam acciperet ac virtutem ſine cibo, potu, & aere, quæ ex ſeipſa, & perſeipſam id præſtare non poterat. Corpus autem ſpiritale illud ipſum vocat, quod in reſurrectione magna ſua virtute ſubſiſtit cum illa unitum, nec aere indigens, quo animetur, neque eſcis, nec indumentis nec aliis hujuſcemodi, ſed gratia Spiritus Sancti vivificatur, ac cuſtoditur immortale & impaſſibile; & anima etiam immobilis: ſicuti Dominus noſter ait „ Spiritus eſt, qui vivificat „ & juxta illud beati Pauli effatum „ Si illius Spiritus, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuſcitavit a mortuis, in vobis eſt, veſtra etiam corpora mortua vivificabit, propter inhabitantem illius Spiritum in vobis „ Corpus igitur Animale illud dicit, quod hic ab anima regitur, Spiritale autem, non idem ipſum vocat Apoſtolus, ſed illud, quod in futuro ſœculo a Spiritu Sancto dirigitur. Neque hoc dixit, ut corpora Spiritualia reſurrectura oſtenderet; Si enim Corpus reſurgit, Spirituale fieri nequit, ſi naturam ſuam non amittat, quod ſi accidat, non illud erit corpus quod reſurget. Magnum enim diſcrimen Corpus inter & Spiritum cedit. Cor-

pus ſiquidem ſubſtantia eſt, ac natura palpabilis, ſenſibilis, ſolida, atque extenſa, figurarumque, & colorum ſuſceptibilis. Spiritus autem ſubſtantia eſt incorporea, figurarum incapax, atque ſub Corporis ſenſus minime cadit.

At ſubjungunt, ac dicunt: Apoſtolus etiam ait: Caro & Sanguis regnum Dei non poſſidebunt, nec corruptio incorruptibilitatem hæreditat; ergo corpora non carnea, ſed Spiritalia reſurgent.

Reſpondemus illis: carnem, Sanguinem, & corruptionem in dictis locis Apoſtolus vocat Corpus paſſionibus corporeis, & animalibus de quibus ſupra, ſubditum; non autem ipſam carnis naturam. Si enim carnis naturam regnum non poſſidere, dixiſſet, ex ipſorum blaſphemia ſequeretur, quod nec Domini Corpus regnum, incorruptibilitatemque fuerit conſuetum, ait enim „ Spiritus carnem non habet nec oſſa, ſicuti videtis me habere „ Ergo Carnis, & Sanguinis nomine Corpus animalibus paſſionibus Subditum intelligit: Regni autem cœlorum, & incorruptibilitatis nomine illud expreſſit, quod Deus iis eſt daturus, qui diligunt illum. Et poſtea veluti in myſterio ait „ non omnes dormiemus „ ideſt moriemur: omnes enim immutabimur „ quo humanorum corporum a paſſionibus libertatem ſignificavit: Deinde reſurrectionis vim, & effectum demonſtrare volens ſubjecit „ corruptibile hoc induet incorruptibilitatem, & mortale hoc induet immortalitatem: cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, abſorpta eſt mors in victoria ubi eſt mors ſtimulus tuus, & ubi eſt victoria tua inferne „ ſimili etiam modo oportet, nos intelligere Apoſtoli verba in ſua ad Corinthios ſecunda ubi ait „ ſed nunc jam non novimus Chriſtum ſecundum carnem „ ideſt: non novimus corpus ejus poſt reſurrectionem ſecundum paſſiones. Quod autem ita ſe res habeat teſtatur Sanctus D. Joannes Chryſoſthomus in commentario ejus loci inquiens:

etſi

etſi novimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc jam non novimus; ad quid itaque carnem poſuit, & modo non eſt Corpus. Deliravit ne? At nunc etiam eſt in carne: Hic namque Jeſus ſic veniet quemadmodum illum aſcendentem vidiſtis: Quonam modo? in carne cum corpore. Quomodo itaque ait: etſi novimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc jam non novimus; ſenſus eſt: etſi paſſibilem illum novimus, at talis nunc non eſt. Noſtrum enim ſecundum carnem eſſe, eſt in peccatis eſſe, non eſſe verum ſecundum carnem, eſt in peccatis non eſſe: Chriſti autem ſecundum carnem eſſe, eſt in naturæ paſſionibus eſſe videlicet eſurire, ſitire, laborare, dormire; non eſſe vero ſecundum carnem, eſt liberum eſſe a prædictis, non autem extra carnem eſſe, in hac namque veniet ad judicandum orbem, immortalis tamen & impaſſibilis, ad quod nos quoque currimus, ut ſimile ipſius gloriæ corpus nobis fiat. His itaque Apoſtolus oſtendit, ac docuit perfectam ab animalibus corporeiſque paſſionibus libertatem in reſurrectione ex mortuis humana corpora conſecutura fore. Atque per duorum præcipuorum affectuum mortalitatis ſcilicet, & corruptibilitatis expreſſionem, immunia, & libera fecit corpora reſurgentia a mortuis, ab omnibus aliis paſſionibus: ab his ergo corporis paſſionibus in reſurrectione a mortuis corpora liberabuntur, non autem ab eo, quod ſint caro corporea, & materialis.

CAPUT XXII.

De Ablutione manuum.

POſtea Sacerdos Summos Digitos ſuos abluit, dicens „ lavi manus meas pure, & circumdedi Altare tuum Domine, ut audiam vocem laudis tuæ, & enarrem omnia mirabilia tua, & gaudeam ac exultem in te, tuoque excelſo nomini pſallam „ Ablutio autem, hæc, quæ ante myſteriorum conſecrationem

nem peragitur, univerſum Populum edocet, ut & ipſi eodem ipſo temporis articulo omnes ſæculares curas a cordibus ſuis abſtergant, & abigant. Præterea per dictam, quæ Myſteriorum conſecrationem antecedit, ablutionem ſuam conſcientiam coram Chriſto ſe mundare Sacerdos ſignificat; indicat etiam ſe Chriſto Cordium, ac Renum Scrutatori occultorumque Inſpectori cogitationes ſuas mentiſque ſuæ motus commendare.

Inſuper externa hæc Ablutio interiorem illam myſtice deſignat, eaque propter in prima ablutione, quando celebrans eſt Epiſcopus pſallunt, ac dicunt „ venite lavemus & abſtergamus, ac mundemus externa hac ablutione noſtra interiora, ut corde puro, ac ſincero cum David Rege, & Propheta clamemus & dicamus, amplius lava me ab iniquitate, & a peccatis meis munda me „ Cæterum Summos digitos ſuos ſolummodo abluit, ut ab omni peccato purum, ac mundum, & nonniſi leviſſimis nævis, atque exiguis curis obnoxium ſeſe demonſtret. Si enim qui manducat de pane Dominico ſecundum Apoſtoli ſententiam, ac de ipſius Calice bibit indigne, reus eſt Corporis, & Sanguinis Domini; eaque propter probet homo ſe ipſum, & ſic comedat de pane iſto, & bibat de hoc Calice, quanto magis tremendi hujus myſterii miniſter, qui manducat aliiſque manducandum præbet Corpus, & bibit Sanguinem Domini, animam ſuam probare, ab eaque peccata omnia, inſipientiaſque eluere & abſtergere debet. Abluit etiam Summos digitos ſuos, quia venerandum, vivum, ac vivificum Domini noſtri Jeſu Chriſti Corpus illis eſt contrectaturus. Hujuſce porro ablutionis figura erat illa Sacerdotum ſub lege couſtitutorum Lotio.

Apud Orientales, poſt Symbolum & ante Ablutionem Miniſter graduum concionem proclamat, qua admonet, ut convenienter conſiſtant, atque a mentibus ſuis Curas omnes, ſæculique cogitationes penitus diluant, & ea, quæ a Sacer-

cer-

cerdotibus dicuntur auſcultent Deumque, enixe precentur, ut illa exaudire atque accepta habere dignetur. At apud Nos Occidentales concio hæc ſtatim a lecto Evangelio recitatur, uti ſupra diximus.

CAPUT XXIII.

De libro vitæ Sanctorum.

LIber vitæ Sanctorum ad Altare legitur ante initium Anaphoræ, ut inſignia & præclara eorum geſta, qui pie Sancteque ad beatum pervenerunt finem, Nobis innoteſcant. Præterea, ut eos nequaquam mortuos reputemus, ſed vivos adhuc eſſe intelligamus; id quod ex eo potiſſimum patet, quod una cum Jeſu proclamentur; juxta illud „ Juſtorum animæ in manu Dei ſunt „ Et quia Sanctis adhæſerunt, dum hanc viverent vitam, par æquumque eſt, ut & poſt ipſorum obitum ad Sancta proclamentur.

Proclamantur autem ad Altare, quod eſt Chriſtus, ut ſignificetur ipſos cum Jeſu ſemper eſſe juxta illud „ Ubi ſum ego ibi & miniſter meus erit „ Ad hæc, ut Sancta ipſorum agatur memoria. Proclamat vero ipſos admonens, ut Sanctos eorum mores imitemur, fidemque Orthodoxam ſectemur, beatumque ipſorum finem aſſequi contendamus, dignique reddamur, qui in cæleſti, ubi illorum ſunt Spiritus, manſione collocari mereamur.

CAPUT XXIV.

De Oblationis Partibus.

OBlatio ſeu Anaphora quinque in partes dividitur, quæ ſubinde in alias rurſus partes ſecantur atque tribuuntur, de quibus ſigillatim nunc dicere aggredimur.

Pri-

Prima itaque pars incipit ab Oratione, quæ pacem præcedit, eaque eſt,, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto ammodo, & uſque in Sæculorum ſæcula,,

Ab hiſce autem verbis Sacerdos exorditur, ut naturæ Subſtantiæque unitatem, ac tres perſonas inſeparabiliter diſtinctas abſque identitate coniunctas doceat;Ac illa quidem voce,, ammodo,, Filium, ejuſque incarnationis tempus innuit. Per ea vero verba,,& omni tempore,, Deum ipſum eſſe ſignificat; quem ſubjecta clauſula,, & in ſæculorum ſæculum,, Princip finiſque expertem omnino eſſe indicat. Rurſus per illa verba,, Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto,, Unam deitatem glorificat, quæ in tres perſonas indiſtincta expanditur, & unice abſque diviſione communicatur tribus perſonis, quæ myſteria ſanctificant. Eaque propter tria crucis ſigna ducunturſuper panem,ac tria ſuper calicem,dum conſecrantur; treſque ſunt orationes,quæ oblationi præponuntur.Hac autem oratione, quæ pacem antecedit,perfecta,illicoSacerdosAnaphoram incipit diens,,DomineDeus noſter &c.(*vid.pag.*31.)Atque ab hac initium ducit anaphora Sancti Jacobi Apoſtoli Fratris Domini noſtri, quæ Anaphoris omnibus antiquitate præſtat, atque idcirco ad eam cæteræ ſunt accomodatæ. Oratio autem hœc prima, pacis dicitur, eſtquę ſupplex ad Patrem deprecatio, qua eundem oramus, ut cor mundum, divinamque caritatem nobis elargiatur. Tres vero ſunt orationes primæ. hæc ſcilicet pacis. Altera impoſitionis manus, tertia autem veli. Et in hac quidem pacis oratione odium, diſſentionemque omnem deponere, atque omni nequitia caſti nos, ac puris eſſe jubemur, ut cum pacem nobis ad invicem tribuimus, cum Deo conjungi, atque in pacatæ, tranquillæque cum ipſo unitatis communionem venire mereamur, quæ infima hæc, terrenaque omnia a nobis abigat, atque diſpellat.

Oratione vero abſoluta dicit,, Pax vobis omnibus,, quæ pacem illam exhibet, quam diſcipulis ſuis Dominus noſter dedit,

dit, ipſe namque eſt, qui per Sacerdotem pacem etiam modo donat, Sacerdos quippe, uti diximus, Chriſti ſimilitudinem gerit.

Per illa rurſus verba „ Pax vobiſcum omnibus „ omnes commonefacit, ut Clerus ſcilicet & populus mutua caritate, concordiaque conjuncti pacem ſibi invicem adprecentur. Et Clerum quidem juxta illud Chriſti ad diſcipulos ſuos „ in hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi alter ad alterum caritatem habueritis „ Populum vero juxta illud „ *diliges proximum tuum ſicut teipſum* „ Pax præterea datur, ut Domini noſtri ſermo adimpleatur „ quod ſi offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quod Frater tuus aliquid odii in te habeat, dimitte ibi munus tuum ad Altare, & vade prius reconciliare Fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum „ ac pacem dantes Spirituales virtutes imitari videmur, quæ eum in locum collectæ, in ipſo quoque temporis puncto, dant pacem, per Filii enim occiſionem nos inter & ipſo pax conſtituta, confirmataque eſt. Pace quoque, quam eodem momento mutuo damus, promtos nos, ac paratos eſſe ſignificamus ad commnnicandum cum verbo per ipſius corpus, id quod nullo pacto fieri poteſt, ſi in nobis ipſis inſideat diviſio ac diſtinctio, aut ulla inter proximos ſit diſſerſio ac contentio, illud itaque pacem dantes oſtendimus, quod ſicut exterius nos invicem complectimur, ita & interius caritate concordiaque conjungimur, atque conglutinamur. Per pacem inſuper quam mutuo habemus, cum Deo etiam conciliamur. Ac pax ipſa, quam damus, ſuſceptas cum proximis inimicitias extinguit, & abolet. Pace denique indicamus, inimicitiam, & iram quæ Deum inter & homines erat, ac populum inter & gentes, Angelos & homines, animam atque Corpus a Chriſto fuiſſe penitus deletam, atque inter omnes pacem conſtitutam. Pax autem ante myſteria datur per Orbem Clero circumeunte, perinde atque Angeli Paſtoribus, pacem annunciarunt, qui unacum Magis

gis cucurrerunt ad illum, qui in Spelunca erat, per quem pax & tranquillitas parta fuit. Miniſter clamat & dicit „ unuſquiſque det pacem &c.„ (*vid. pag.* 182.) quibus ſane Verbis Miniſter monet ut alter alteri demus pacem in caritate,& fide, ideſt non ſeculari modo, ſed divine, neque corpore ſolum, ſed Spiritu etiam in oſculo ſancto, quod ſpiritualem caritatem patefaciat.

Et ſtatim Miniſter manum Sacerdotis deoſculatur, dicens: „Salve, Pater noſter ſacerdos caſte„ Et accipit ab eo pacem, de qua Dominus pacis ait „ Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. „

Poſteaquam autem pacem dederunt, eaque depoſitam jam, ac prorſus extinctam iram omnem, atque unanimi caritatis concordia, & ſpirituali pacis vinculo mutuò conjunctos ſeſe oſtenderunt omnes, qui adſunt, capita ſua inclinare jubentur coram Chriſto, cujus oculis occulta cuncta aperta ſunt, quique pro uniuſcujuſque merito, quemque expiat, illuminat, ac perficit.

Pacis præterea apprecatio illum exprimit & repræſentat, qui inſipientias noſtras abſtulit, noſque Patri ſuo reconciliavit, cumque a nobis diſcederet, inquit „ Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. „

Sacerdoti verò dicenti „ Pax vobis omnibus „ eandem ipſam pacem apprecantes reſpondent „ Et cum Spiritu tuo, Pater noſter „ Formula enim illa *Et cum ſpiritu tuo*, communis eſt oratio, ipſe quippe Sacerdos orat pro populo, & populus quoque pro Sacerdote. Et quia populus lætus ſuſcipit pacem, quam ipſi Sacerdos dat, clamant cum Miniſtro, dicentes „ Salve, Pater noſter Sacerdos caſte „.

Inclinatio autem capitum noſtrorum myſticè ſignificat deſcenſionem demiſſionemque Angelorum, ac juſtorum Spirituum, qui ex ſupremis, ac cœleſtibus ſuis habitaculis deſcendunt, & coram ſancto altari nobiſcum inclinantur in honorem

cor-

corporis ſanguiniſque Salvatoris noſtri, quæ venerantur ſimili modo, quo in novo illo ſæculo divinam adorant eſſentiam. Id etiam myſticam alteram involvit notionem, quæ pacem, concordiamque cœleſtes inter, ac terreſtres conciliatam firmatamque oſtendit.

CAPUT XXIV.

De tribus Orationibus, quæ ſuper Populum dicuntur, & de Flabellis.

TRes ſunt in Liturgia orationes, quæ ſuper Populum dicuntur. Sciendum eſt igitur, quod quotieſcumque Miniſter dicit „ Coram Domino capita noſtra inclinemus „ Super Populum orationem Sacerdos recitat. Tribus porrò vicibus Miniſter ea verba profert. Ac primo quidem tempore pacis, & tunc Sacerdos dicit „ Domine Deus noſter, &c. „ Quæ eſt prima oratio ſuper Populum. Altera verò oratio impoſitionis manus dicitur ex eo, quod Sacerdos manus ſuper Populum extendat, eumque Crucis ſigno conſignet; qua oratione benedictionis, ſanctificationiſque, ac expiationis Chariſma fideles promerentur. Eſt autem oratio „ Deus Pater, qui, &c. (*pag.* 132.)

Hac oratione Patrem ſupplex orat Sacerdos, ut ab ipſo, ac præſenti populo ſacrificium ſuſcipiat, dicitque „ Non enim in juſtitia noſtra confidentes ad offerendum tibi acceſſimus, peccatores ſiquidem ſumus, ſed ſpem collocantes in multis miſerationibus tuis, ut tremendum hoc &c. „ *ibid.*

Et ſtatim Diaconus dicit „ *Jtemus rectè orantes*, 183. Monet autem, & hortatur Populum, ut compoſiti caſtè, ſanctè, & religioſè conſiſtant: ac primum quidem, quoniam myſteria revelanda ſunt, & velum, quo obtegebantur, auferendum eſt. Secundò verò, quoniam eo momento adaperiuntur oſtia

oſtia Cœli, & deſcendunt virtutes cœleſtes, ac ſpiritus Juſtorum, qui conſummati ſunt, ad occurſum, & ſacrorum Myſteriorum honorem. Exinde autem Angelos eo tempore deſcendere conſtat, quia illo inſtanti Miniſtri apprehendunt flabella, quæ alas Seraphim deſignant,& ipſo momento illa circumagunt ſuper myſteria ſancta.

Ad hæc Sacerdos Chriſtum exhibet, Miniſtri autem hinc inde ſtantes repræſentant Angelos, qui in monumento ad latus ſtabant, & ad pedes Chriſti. Præterea Miniſtri tunc apprehendentes flabella ſignificant, ac indicant eum, quo erga tremenda myſteria afficiuntur, ſtuporem.

Tertia oratio dicitur velaminis, quoniam in ejus fine Sacerdos elevat velamen, ſeu anaphoram, & in apertum producit myſteria illa, quæ obtecta erant. Sacerdos autem Deum ſupplex orat, ut dignus fiat, qui corporis ſanguiniſque Salvatoris noſtri Chriſti, particeps fiat, dicens. *Tibi inclinarunt famuli tui, &c.*

Atque iſtæ ſunt tres orationes, quæ ſuper Populum recitantur.

CAPUT XXVI.

De Anaphora.

ANaphora indumentum ſuperius ſignificat; elevationem juxta nonnullos, juxta alios velum, aliis demum eſt epiſtola. Uti enim epiſtola aſcendit ad Regem terrenum, ita Anaphora ad cœleſtem Regem attollitur. Expanditur autem ſuper myſteria, quo deitatis inviſibilitas & profunditas ſignificetur, quæ Dei natura latet in iuſis myſteriis. Ad hæc denotat, quod ſub ſpeciebus panis & vini lateat, & contegatur cor pus & ſanguis Salvatoris noſtri. Præterea ſymbolum eſt lapidis, qui ſuper monumento Salvatoris noſtri poſitus erat.

in-

inſuper demonſtrat, quod Emmanuel latebat, atque occultabatur myſticè in legalibus ſacrificiis.

Aufertur verò a myſteriis, ut ſignificetur, quod Divinitas, quæ latet in myſteriis, fidelibus intelligibiliter manifeſtatur. Ad hæc ejus ſublatio declarat, ac præſignat lapidem monumenti Domini noſtri, quem Angelus ſuſtulit & revolvit. Exhibet etiam hæc anaphoræ ſublatio, ejus manifeſtationem per incarnationem, qui legalibus obtegebatur ſacrificiis; pariter indicat myſterium illud, quod occultum omnibus generationibus, in fine temporum adparuit in carne. Præterea quod obſcuritas veteris Teſtamenti ſublata ſit, & novi fœderis lux nobis orta ſit, deſignat, lumen, ſcilicet, ad revelationem gentium. Poſtremò, veli ſublatione, velamen & maceriem, quæ in medio erant, amota oſtendimus, ac paſſibilitatem quæ noſtram circumdat naturam, ſublatam eſſe, adeout nudè, ac ſine velaminibus, & ſignis glorioſiſſimam illam ſpeciem intueamur. Auferendum eſt igitur in hoc momento de cordibus noſtris paſſionum velamen, & tenebricoſa pondera deponenda, ut mentis aciem ad propoſita myſteria penitius inſpicienda intendamus quantum creaturæ fas eſt.

Eam autem ob rem anaphoram attollunt, ac demittunt, quod, ſcilicet, Petrus Apoſtol. unis Judæis baptiſmi indulgentiæque gratiam datam exiſtimaret, e qua ſententia ut deduceretur, apparuit illi in viſu linteum de cœlo deſcendens, in quo erant animalia quadrupedia, reptilia, & volatilia, ex quibus quædam erant munda, alia vera immunda. Quo ſane ipſi Deus ſignificavit, non Judæis ſolum, quos mundat lex, ſancti Baptiſmi gratiam datam, ſed & gentibus, qui a principio erant immundi. Hac itaque de cauſa attollunt, ac demittunt anaphoram, ut hanc myſteriorum, quæ contegit, ac reliquorum gratiam, omnibus in Chriſto credentibus ſive ex populo, ſive ex gentibus, juxta Petri Apoſtoli viſionem datam fuiſſe ſignificent.

CA-

CAPUT XXVII.

De altero Liturgiæ initio.

ALterum Liturgiæ initium eſt „ Caritas autem Dei Patris, etc.„In quo Sacerdos populum ſanctæ Trinitati commendat; eoſque triplici Crucis ſigno ſignat, ac poſtea dicit „ Gloria, etc. *pag.* 184. Cujus rei ea eſt ratio, ut illorum conſiſtentia pura ſit & immaculata. Ac per illa quidem verba „ Caritas Dei Patris „ Deum caritate motum filium in mortem tradidiſſe edocet juxta Pauli eflatum. Per eas verò voces „ Gratia unigeniti Filii „ Filium mortem propter homines gratia ſua guſtaſſe, noſque Patri ſuo filios, cum tanto dono indigni eſſemus, gratia pariter ſua effeciſſe, ſignificat.. Illis denique verbis „ Participatio, & illapſus Spiritus ſancti „ Per Spiritus ſancti illapſum ſacrificium perfici, acceptumque haberi, declarat. Sacerdoti porrò fas minime eſt verba illa „ Caritas Dei Patris „ Interrumpere aut interpellare, anſamque populo præbere, ut ad ſingulas invocationes, reſpondeat, *Amen*. Hæc enim non eſt oratio, ſed propter caritatem tradidit Deus filium ſuum. Cum itaque dicit Sacerdos „ Caritas Dei Patris, etc. „ Tria hæc populo donari expoſcit; ac populus ei reſpon deat „ Et cum Spiritu tuo „ Et ſtatim Sacerdos populum hortatur, dicens „ Surſum ſint mentes, intellectus, & corda omnium noſtrum „ Cum jam, ſcilicet, detecta ſint ſancta myſteria, & aperta Cœli oſtia, ac virtutes ſpirituales ſanctorumque Spiritus ad myſteriorum honorem, & obſequium deſcenderint ſurſum ſint mentes, intellectus, cogitationes, & corda noſtra; ad Deum nimirum omnium Dominum. Populus imdiate reſpondet „ Sunt ad te, Domine, cum timore „ Hoc eſt, juxta Sacerdotis juſſum. Poſtea Sacerdos ſubjicit „ Gratias agamus Domino cum timore, & adoremus cum tremore „

Po-

Populum videlicet, monet ut cum timore Domino gratias agant, idque triplici ex capite. 1°. Quia quæ contecta erant, retecta ſunt myſteria. 2°. Quia deſcendentes Angeli, ac Spiritus Sanctorum myſteria circumſtant. 3°. Pro hoc dono quod nobis Dominus noſter eſt elargitus. Populus itaque reſpondet „ Dignum & juſtum eſt „ Hoc eſt dignum, & juſtum eſt nos Domino gratias agere, quemadmodum dixiſti, cum omnes ipſius glorificatores ſimus. Dignum rurſus & juſtum eſt hoc fieri omni, ſcilicet, tempore, ut inceſſanter gratias agamus Deo pro ejus in nos beneficiis.

Populum ſibi conſentientem agnoſcens, omneſque univerſos unum corpus effectos, ipſorum conſenſum conſpirationemque aſſumit, & inclinatur, ut pro eis hoc ſacrificium offerat, & Domino ſuo gratias agit, dicens: „ Verè dignum, & juſtum eſt „ &c. *pag*. 133.

Poſtcaquam autem Sacerdos, & populus unius ejuſdemque mentis effecti fuerunt, myſticum Oblationis miniſterium Sacerdos exorditur; id quod duos in ordines tribuitur. Primus quidem conſecrationis myſteriorum eſt: alter verò commemorationum.

CAPUT XXVIII.

De primo Oblationis ordine.

PRimus oblationis ordo ab hiſce verbis initium ſumit „ Quem glorificant Cœli, &c. *pag*. 133.

„ Qem glorificant Cœli, & cœli cœlorum, & omnes virtutes eorum „

Senſus eſt: illi ipſi convenit, ac debetur laus corporea, ac viſibilis; & creatura omnis incorporea, ac inviſibilis ipſi gloriam & laudem attollit. Commemorat profecto ra-

rationales militias, & agmina ſuperna, Cherubim ac Seraphim, reliquoſque ſpiritales ordines, noſque admonet, ut una cum ipſis hymnum triſagij Trinitati acclamemus, atque adorationem & gloriam naturæ illi perpetuæ deferamus quæ viſibilia, & inviſibilia cuncta ex nihilo produxit, & ut eſſent effecit; & ideo utraque commemoravit.

Duabus quidem alis tegunt facies ſuas Seraphim; ſcilicet, facies ſuas contegendo, Deum perpetuum, principiique expertem edocent. Duabus vere pedes ſuos obtegunt, ut Deum infinitum & incircumſcriptum ſignificent. Duabus vero alis volant & glorificant, ut hunc ab omnibus laudandum, qui omni prorſus fine, termino ac principio caret, indicent.

Rurſus per vultuum ſuorum contectionem hoc demonſtrant, quod quamvis Seraphim ſumme ſublimes ſint, ſummaque perfectione præditi nihil tamen audent ſcrutari, & quærere præter id quod ipſis conceſſum eſt ac permiſſum. Pedes verò ſuos tegunt: quia judicia Dei altiſſima, ac impenetrabilia penitus introſpicere nequeunt; *altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcruteris*: duabus denique mediis alis volant; quia iis moderate utuntur, quæ Deus ipſis conceſſit permiſitque, legem ipſis a Deo præſcriptam nequaquam infringentes, ſicut diabolus a divina lege diſceſſit, ac propterea Sathanas eſt appellatus:

Populus reſpondet „ *Sanctus, ſanctus, ſanctus*. Quibus ſane vocibus, illud innuimus, quod juxta ſacerdotis juſſum, ſicut Angeli illum ſanctificant, ita & nos illum ſanctificamus. Rurſus populus exclamat: *Sanctus*, etc. Laudis nimirum hymnum perſolvit tribus perſonis, quæ in cœlo, in terra, ſuper altare, & ubique locorum incircumſcriptæ exſiſtunt. Hymnus ſupernus, & exclamatio cum Angelis, ſcientia eſt divina Angelorum, qua digni effecti ſumus per diſpenſationem in carne, & hodie ad menſam ſacerdotalem a ſupernis & infimis prædicatur. Et aſcendunt ſanctificationes trinæ Trinitati, & unicui-

que

que Perſonæ, quæ unius ſunt naturæ: qua de re ſupra diximus. Deinde illis vocibus, *Sanctus*, etc. Hunc Deum, qui nec coepit, nec deſinet tribus in Perſonis ſubſiſtere palam confitemur. Per eas verò, *Dominus Deus*, has tres Perſonas unam eſſe naturam, & unum Dominum affirmamus.

Voces autem illæ *fortis Sabaoth* docent eum ſublimi ſua virtute omnia ex nihilo eduxiſſe, atque ut eſſent, effeciſſe, ſuaque providentia conſervare ac regere:

Sabaoth Hebraicè virtutes & exercitus deſignat, hinc & ſignificat, Dominum fortem exercituum eſſe.

Pleni ſunt cœli & terra gloria magnitudinis tuæ Domine, Nimirum, omnes cœleſtes, & omnes terreſtres te honore ac obſequio proſequuntur & colunt, tamquam Dominum ſuum, & Creatorem, tibique gloriam afferunt, teque magnificant ſervi tui, qui in Cœlo & in terra. *Hoſanna in excelſis*. Hoſanna Hebraica vox ſalutem ſignificat, & id de Jeſu, quod nomen ab ea voce derivatum eſt, jure dicitur, qui vere interpretatur, & eſt Salvator juxta illud, *Ut ſalvet populum ſuum a peccatis eorum*. Noſque a morte & Sathana ſalvos fecit. Hoſanna autem ex conſuetudine *gloria ac laus* interpretatur, & ita *Hoſanna in excelſis*, idem eſt, ac gloria & laus in excelſis filio, qui incarnatus nos redemit, & revera filius eſt Dominus gloriæ juxta illud; *Si enim noviſſent Dominum gloriæ numquam crucifixiſſent*.

Benedictus qui venit, & *venturus eſt*: Ille nimirum, qui in primo adventu venit, ac nos redemit, ſecundò venturus eſt ad judicium, & retributionem omnium. *In nomine Domini*, ſcilicet in nomine Patris ſui venit, primò juxta illud *opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me*, *quod Pater me miſit*: *& Pater qui me miſit teſtimonium perhibet de me*.

Secundò in nomine Domini id eſt, Patris ſui adveniet, juxta illud „ Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis ſanctis „ Secundò autem veniet, non quidem

dem humilis, ut primò advenit, ſed cum gloria magna ad judicandos vivos & mortuos, & ad reddendum unicuique ſecundum opera ejus.

Tremulus autem motus manuum Sacerdotis, abditum & occultum illapſum, ſeu ineffabilem Spiritus ſancti ſuper divina altaria atque myſteria miniſtranda, & conſecranda incubationem ſignificat.

De flabellis verò, quos tunc apprehenſos Miniſtri frequenter movent, cum Sacerdos dicit „ Sanctus, &c. „ Superius diſſeruimus.

CAPUT XXIX

De Inclinatione Sanctus.

POſt expanſam, ſeu elatam „ Sanctus „ Sacerdos ſtatim dicit inclinationem, in qua Angelorum ac Seraphim ſanctificationes comprobat, reſponſionem quoque populi dicentis „ Sanctus etc. „ ratam habet. In hac ipſa præterea inclinatione; tempus creationis Adami, & donum ipſi collatum, liberumque ipſius arbitrium commemorat; & quonam pacto deciderit mulieris ſuæ ſuaſione abreptus, ac legem tranſgreſſus; ac quomodo in fine temporum per filium fuerit redemptus, edocet. Verba autem inclinationis ſecundum antiquos ac probatiſſimos codices hæc ſunt, quæ ſequuntur „ Vere ſanſanctus es Rex ſæculorum, etc. „

Sciatis, chariſſimi, quod ex hac inclinatione nonnihil detraxerunt Dioſcori ſectatores, qui Domini noſtri naturas confundunt; ac paſſiones ad Patrem retulerunt, ſic enim ſcripſere „ Sanctus enim es omnitenens omnipotens, terribilis, „ bonus, is qui paſſionum es particeps, etc. „ Cum in antiquis emendatiſſimis codicibus legamus „ Terribilis, bonus cum fi„ lio tuo, is qui paſſionum particeps fuit, etc. „ Ubi paſſiones

de

de filio incarnato, non verò de Patre, qui paſſionum expers omninò eſt, prædicantur. Nos itaque cum S. Clemente libro 8. dicimus, qui Patri paſſionem tribuit, cum Deicidis Judæis adſcribendus eſt.

Neſtoriani verò ex hac inclinatione ſequentia verba reſecarunt „ Dei Genitrice „ Et deſcripſerunt „ Ex ſancta, „ ſemperque Virgine Maria „ Pro „ Ex ſancta Dei Genitrice, „ ſemperque Virgine Maria „ Verùm antiqui emendatique codices utroſque apertè coarguunt. Quas quidem blaſphemias, in noſtris quæſtionibus fuſius inſectati ſumus, atque hæc Lectoribus hìc indicaſſe ſatis ſit.

CAPUT XXX.

De eorum, quæ in myſtica illa cœna peracta ſunt, enarratione, atque de vivificis, conſecratoriis, ac ſanctificatoriis verbis.

SAcerdos ad Patrem oculos attollens in ipſa inclinatione, quæ exclamationem „ Sanctus, etc. Subſequitur; aſſumptam pro nobis filii diſpenſationem narrare inſtituit, ac ſe ſe erigens ad ea, quæ in myſtica illa cœna peracta fuere commemoranda pergit, ſacrificium, ſcilicet, quod in cœnaculo confectum fuit, & quod ſicut unanimi ac ſpirituali conſenſu, ſacerdotali miniſterio hìc celebramus, ita eodem uno ſimul etiam in nova vita cum digni effecti fuerimus, qui perfecta illa ſcientia imbuamur, qua ænigmatica hæc theoria prorſus evacuabitur, ſemper perfrui mereamur. Myſtica autem narratio, ac vivifica, conſecratoria verba, quibus corpus & ſanguis Salvatoris noſtri conficitur, & ſubſtantiæ mutantur, hæc ſunt, quæ ſequuntur „ Cum autem voluntariam mortem, etc. „

Hìc myſticam recitat narrationem, ac illius ſacrificii commemorationem facit, quod ſacerdotalis officii munere fun-

gens in cœnaculo perfecit Dominus noſter in illo veſpere in quo animam ſuam pro nobis traditurus erat. Poſtquam enim legale Paſcha confecit, ſummi Sacerdotis ordinem implevit, & hoc ipſum miniſterium Apoſtolis ſuis hiſce verbis commendavit; dicens: „ Hoc facite in meam memoriam. „

Accepit panem: Ut illum nimirum conſecraret, ſuumque corpus conficeret.

Suſpiciens in cœlum: Quo ſanè Patris ſe voluntatem ſequi, atque admirabilis hujuſce oblationis offerendæ, perficiendæque facultatem ſibi a Deo factam palam declarat.

Oſtendit tibi Deus Pater: Illum Patri oſtendit, ut ſacrificium ſe offerre Patri, ac origini ſuæ, neque unquam contrarium ſe Patri extitiſſe, quod Judæi de ipſo blaſphemarunt, apertè demonſtret.

Cumque gratias egiſſet: Hiſce verbis nos docet Jeſum gratias Patri egiſſe veluti ex perſona noſtra pro bonis, quæ per diſpenſationem Filii Pater nobis conceſſit; ut ait Paulus. Rurſus per hanc vocem gratias egit, illud ſignificat, quod Patris voluntati conſenſerit, nam confeſſio hìc pro conſenſu accipitur, perinde ac ſi diceret: Conſentio voluntati tuæ, Pater, ac paſſionem, mortemque pro humano genere ſuſcipiam. Præterea gratias egit, ut nobis documento eſſet Deo noſtro gratias ſemper nos agere debere pro ſuis erga nos beneficiis. Ad hæc, gratias non pro ſeipſo, ſed pro nobis peccatoribus egit, quod Dei Patris miſeratione digni effecti fuerimus, quibus proprium filium dederit; ut is ſua paſſione, ac morte nos redimeret. Qui cum ad Patrem ſuum modo revertatur, eſcam ſalutarem, ac propitiatoriam nobis relinquit ſuum, ſcilicet, vivificum corpus.

Benedixit: Per hoc, quod benedixerit Jeſus, ſe natura Patri, qui benedicit, haud inferiorem eſſe, ſicuti deſipuit impius Arius, manifeſtè declarat. Sed &, ut Pater, benedictionum largitorem, eidemque Patri conſubſtantialem ſe eſſe oſten-

oſtendit. Cæterum benedixit non ad multiplicandum panem uti in deſerto, quando millia turbæ ſaturavit, effecit, ſed benedixit eum, ut ipſum tranſmutaret, verumque ſuum corpus efficeret; quo fidelium animas aleret nutriretque. Præterea benedixit, ut maledictionem ob præcepti tranſgreſſionem noſtro generi inflictam adimeret, ac deleret, noſque bene ipſi diceremus, perinde atque Eliſabet, quæ dixit: „ Benedicta tu in „ mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. „

Sanctificavit Panem ſcilicet, quem ſuum Sanctiſſimum Corpus effecit. Ac nos etiam ſanctificavit a peccato, juxta illud „ Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi „ Ipſe quoque ſeſe pro nobis ſacrificavit, id quod ipſe teſtatur cum ait „ pro eis Sanctifico meipſum „

Et fregit Non quidem corporis ſui naturam, ſed panis ſpecies fregit, ut diſcipulis ſuis diſtribueret. Hac autem fractione, paſſionem ſuam, crucifixionem, occiſionem, & tranſfixionem lancea, atque mortem myſtice ſignificavit. Per fractionem inſuper, ſeipſum ſe ſacrificaſſe ac diſtribuiſſe, propitiationemque ab ipſomet manaſſe oſtendit.

Deditque Quo donum ab ipſo eſſe declaravit. Hoſtiam tribus crucis ſignis ſignat ab illis verbis „ cumque gratias egiſſet „ ad ea uſque verba, quæ Dominus noſter in cœnaculo dixit cum myſterium confecit, ſuntque ſequentia„ Hoc eſt enim Corpus meum „ hæc autem Sacerdos recitat ut oſtendat, ipſum etiam nunc eſſe, qui ſpecies haſce ſuper Altare impoſitas voluntate Patris ſui, & operatione Spiritus Sancti per Sacerdotem, qui Cruces format, & verba profert, conſecrat. Non enim qui miniſtrat, ſed qui ſuper myſteria invocatur, conſecrationem efficit. Igitur ſtatim atque Sacerdos ex Perſona Salvatoris noſtri verba hæc profert „ hoc eſt Corpus meum „ Panis in Corpus Domini noſtri, & vini mixtum in ejuſdem pretioſum ſanguinem tranſmutatur etiamſi ſpecies remaneant. Deditque iiſdem diſcipulis ſuis, & dixit accipite & manducate ex hoc omnes

nes,,diſcipulos quidem ex illo Corpore manducaſſe omni prorſus dubio amoto, & ex illo Sanguine bibiſſe oſtendit, cum iterum ait,, accipite, ac bibite ex eo omnes,, De Domino vero noſtro quæritur manducavit de Corpore, ac bibit de Sanguine ſuo, nec ne? Dicimus: manducavit de Corpore ſuo, ac bibit de Sanguine ſuo. Id, quod ex eo conſtat, quod ait,, non bibam amodo vobiſcum de hoc genimine vitis,, idipſum teſtatur D. Ephrem dicens,, comederunt diſcipuli ejus, ex ejus, corpore, & ipſe pariter cum eis comedit: biberuntque Sanguinem ejus, & ipſe ſimul cum eis bibit,, ſimiliter Chriſoſtomus inquit,, cum guſtaſſet, dedit Diſcipulis ſuis. Oh miraculum, quod eo veſpere in cœnaculo patratum eſt. Manducavit de Corpore ſuo, & diſcipulis ſuis illud manducandum porrexit: bibit Sanguinem, & potandum illis præbuit. Prodigium ſane quod mentium captum excedit!

Hoc eſt enim Corpus meum Inquirere hic loci oportet, an panis quem accepit Chriſtus in manus ſuas, & benedixit, & ſanctificavit, & Corpus ſuum appellavit, ipſum ſit Corpus quod ex Virgine Maria accepit, an aliud præter ipſum? Dicimus: ipſum eſſe corpus, & Sanguinem quæ ex Virgine Maria aſſumpſit. At forte quis objiciet, quomodo id fieri poteſt, ut in Corpus panis, & Vinum in Sanguinem convertatur? Ad quem dicimus: Dextera illa, quæ ab initio pulverem de terra accipiens, mutavit eum effecitque Adæ Corpus, eadem mutavit ac mutat panem hunc, & fecit, atque efficit illum verbi Corpus, quod ex Maria Virgine eſt. Et Vinum illud in Sanguinem qui ex Virgine eſt. Ita quoque intellige hodie de pane, & Vino quæ offert Sacerdos: Spiritus Sanctus, qui in uterum Virginis deſcendens, carnem illam, quæ ex ipſa erat, corpus & Sanguinem Verbi Dei effecit, idem ſuper Altare deſcendens panem, & Vinum ibi poſita, efficit Corpus, & Sanguinem Verbi Dei, quæ ex Maria Virgine aſſumſit, per Sacerdotem qui Sacerdotali munere fungitur, & Liturgiam celebrat. Oportet, ut

ut hic etiam inquiramus, corpuſne, & Sanguinem Verbi Dei manducamus, & bibimus, an hominis puri ex Maria juxta ſententiam Neſtorii & Neſtorianorum? Dicimus Verbi Dei eſſe corpus, quod manducamus, & Sanginem, quem bibimus, non autem hominis ſimplicis ut teſtatur Paulus inquiens „ Quicumque igitur manducaverit de pane Domini, & de ejus calice biberit indigne, reus erit Sanguinis & Corporis Domini „ & mox „ judicium ſibi manducat & bibit, quia non dijudicat Corpus Domini „ Ecce Corpus, & Sanguinem Domini appellavit illud, non hominis; itaque Corpus, & Sanguinem Verbi Dei ſumimus, non hominis. Nam quod Dominus de Deo dicatur, nemo eſt, qui ignoret, aut in dubium revocare poſſit, & id David nobis confirmat dicens „ non eſt Dominus præter Dominum „ Cum itaque in Scripturis Corpus Filii hominis legis, ipſum Verbum Deum intellige; poſteaquam enim Verbum carnem aſſumſit, & hominis Filius fieri dignatum eſt, quovis vocetur nomine, totum intelligitur, etiamſi Verbum hominis Filius vocetur, cujus corpus manducamus, Filius tamen Dei eſt. Et ex eo, quod corpus ſuum manducandum, & Sanguinem bibendum præbet Chriſtus, manifeſte patet, ipſum hominem nequaquam eſſe, in quo Deus inhabitat, ſed Deus verus, qui ſine ulla ſui mutatione factus eſt homo. Enim vero quod hominis Corpus manducetur, & Sanguis bibatur, nec naturalis ratio ſuadet, nec Scriptura tradit: & ſane qui fieri poſſit, ut homo, cujus dies ſunt ſicut fœnum, vitam tribuat ſempiternam? Ergo Chriſtus Deus, qui homo factus eſt, ipſemet Corpus ſuum dedit, quod in unitate perſonæ ex Maria Virgine aſſumptum ſibi copulavit: non autem homo ſimplex in quo veluti in templo Deus habitet. Aliquando autem Jeſus ait, ipſius nos divinitatem comedere, at hoc eo ſenſu intelligendum, quatenus ea fuit carni unita juxta illud „ Ego ſum panis vitæ qui de cœlo deſcendi, & qui manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum „ aliquando vero ſuum nos corpus manducare

re aſſerit ,, niſi manducaveritis Corpus Filii hominis , & biberitis ejus Sanguinem , non habebitis vitam in vobis ,, Aliquando denique totum ipſum nos edere inquit ,, Et qui me manducaverit , & ipſe vivet propter me ,, Corpus enim , & Sanguis Domini noſtri quamvis corporeæ res ſint, Spiritualis nihilominis cibus ſunt , & vita in ipſis abſconditur . Animas namque ac Spiritus noſtros alunt , & enutriunt. Et notum fit ex eo , quod cibum , & alimentum corporum ad Satietatem uſque ſumimus ; ex hoc vero cibo , modice , & parce utimur . Et illa quidem ſui copia nos explet exſaturatque , hæc vero eſca virtute ſua plurimum admodum valet , & ultra, quam ſatis eſt , ut qui ejus participes efficiantur , cuſtodiat , ac vivificet .

Quod pro Vobis , & pro multis frangitur . Quibus ſane verbis ea ineſt ſententia ,, non ſolum pro vobis o 12. mei Diſcipuli , ſed & pro omnibus credentibus in me , frangitur hoc Corpus .

Et datur in remiſſionem peccatorum & in vitam æternam , Duabus , ſcilicet , ex cauſis fidelibus corpus ſuum dari , ait , Primum quidem in remiſſionem peccatorum eorum. 2°. Verò ut illis vitam æternam in regno cœlorum conferat , juxta illud ,, Qui manducat corpus meum , vivet in æternum. ,,

Populus ,, *Amen.* ,, Nonnulli a populo hìc loci *Amen* , non eſſe dicendum , cenſent , in oratione ſolum cum aliquid nobis concedi , aut fieri poſtulamus , eam vocem dicendam eſſe exiſtimantes.

Nos autem dicimus duplicem ſenſum habere tò *amen* . Unum quidem deſiderij & orationis ; alterum verò affirmationis , & fidei ; ac ſecundum utrumque ſenſum *Amen* a populo dicendum aſſerimus ; & in primo quidem ſenſu , quia nobis peccata dimitti , vitamque æternam concedi optantes Sacerdoti dicenti : *Et datur in remiſſionem peccatorum , & in vitam æternam* reſpondemus ; in altero verò affirmamus veraque eſſe aſſerimus hæc , quæ Sacerdos dixit : *Hoc eſt enim corpus*

meum

meum, *& hic eſt enim Calix ſanguinis mei*. Atque hoc ſenſu ait Dominus noſter: *Amen*, *Amen*, *dico vobis*. Hoc eſt vere & certo, quæ dico vobis, ita ſe habent; & latroni illi dextero, ait: *Amen dico tibi*, *hodie mecum eris in Paradiſo*. Simili itaque modo, cum populus in hoc loco *Amen* dicit, aſſeverat, & certo credit, quod panis ille tranſmutatus ſit, & vere factus, corpus Salvatoris noſtri, & vinum in ſanguinem ſit converſum. Cæterum quæ de pane diximus intelligenda ſunt, & de mixto vini, ac de verbis conſecratoriis, quibus illud conſecratur, & in ſanguinem Salvatoris tranſmutatur.

At quæritis quamobrem ſanguinis Calicem *novi teſtamenti* appellaverit? Ad quod reſpondemus: Teſtamentum mandatum interpretatur, etſi is moriatur, qui illud fecit, nihil in illo immutatur, ſi autem non moriatur, haudquaquam confirmatur: Nam quidquid voluerit de eo mutare poteſt. Teſtamentum etiam mortem ejus ſignificat, qui illud fecit, & hœreditatem, quam illi relinquit, quem ſuum hæredem inſtituerit: Teſtamentum enim ſeu mandatum, quod Chriſtus nobis ſcripſit, proprio firmavit ſanguine, quemadmodum enim agnorum, & vitulorum ſanguine vetus illud teſtamentum fuit confirmatum, ita & novum ſuo ſanguine Chriſtus confirmavit, ut ait Apoſtolus „ Ubi enim teſtamentum eſt, mors ne„ ceſſe eſt intercedat Teſtatoris, alioquin nondum valet, dum „vivit, qui teſtatus eſt. Unde nec primum quidem ſine ſanguine „ dedicatum eſt: lecto enim omni mandato legis a Moyſe uni„ verſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum „ cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoque li„ brum, & omnem populum aſperſit, dicens: Hic ſanguis te„ ſtamenti, quod mandavit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, „ & omnia vaſa miniſterii ſanguine ſimiliter aſperſit, & omnia „ pæne in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſan„ guinis effuſione non fit remiſſio. „

Hoc autem teſtamento hæredes nos regni ſui Chriſtus inſti-

ſtituit, ac filios Patris ſui nos conſtituit; debita etiam noſtra dimiſit corpore, & ſanguine ſuo, ac delicias ineffabiles nobis præparavit.

Illud autem hìc admonendum cenſeo, quod ab exitu de Ægypto ad cœnaculum uſque myſterium hoc per umbras, & figuras quodammodo exprimebatur; a cœnaculo autem ad ſecundum Chriſti adventum per corpus ipſius, & ſanginem revera perficitur.

Hoc facite in mei memoriam. Senſus eſt: quemadmodum me feciſſe conſecrando panem, & mixtum vinum aſpexiſtis, ſic & vos facite; Quotieſcumque, etc. *pag.* 137.

Iiſdem in verbis altera eſt ſententia, hoc, ſcilicet, myſterio præter quamquod vobis peccata dimittuntur, duo inſuper; cum illud peragitis, efficitis: Primum quidem commemoratis mortem meam. Alterum verò reſurrectionem meam annunciatis. Populus reſpondet, *Mortem tuam, &c. ut in pag.* 185. Senſus eſt: Mortem tuam, Domine, ſecundum mandatum tuum commemoramus. quia per illam mortem noſtram mortificaſti & deſtruxiſti, & per gratiam ad vitam nos revocaſti. Reſurrectionem tuam profitemur, ipſa enim pignus reſurrectionis noſtræ, & vitæ novæ principium nobis effecta eſt. Secundum tuum adventum expectamus, ut ſcilicet, a mortuis reſurgentes tecum bibamus de ſpiritualis vitæ ſpirituali gemine in regno Patris tui, ut dixiſti; quemadmodum nunc ſanguinem tuum triumphatorem, & precioſum non ſolum ſpiritualiter, ut ibi; ſed verè bibimus. Vinum namque, quod ibi cum Jeſu bibemus in regno cœlorum ſpirituale eſt, ac nova earum rerum notitia, quas minimè aſſequi valemus.

CAPUT XXXI.

Quare Corpus & Sanguis myſteria nuncupantur.

MYſteria appellantur corpus & ſanguis, quia non ſunt id; quod præ ſe ferunt: In ſpecie enim ſunt panis & vinum, ſed verè, & non typicè Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti corpus & ſanguis intelliguntur, & ſunt. Quemadmodum enim Jeſus Filius hominis videbatur, & Deus erat; ita & illa, licet panis, & vinum videantur, verè ac reapsè corpus ſunt, & ſanguis Sālvatoris noſtri ſpeciebus panis & vini contecta. Et quamvis Spiritus ſanctus panem & vinum in corpus & ſanguinem effecerit, ac tranſmutarit, ſunt tamen filii, uti & in Virgine peractum eſt; licet enim Spiritus ſanctus corpus formaverit, Filius tamen eſt, qui conceptus incarnatus fuit, & genitus. Simili etiam modo ſuper altare, quod eſt virginalis uteri typus, illabens Spiritus ſanctus, panem vinumque immutat, eaque effecit corpus & ſanguinem Verbi, quod ſemel Caro factum eſt in utero Virginis Mariæ. Quoniam autem de panis ac vini immutatione & converſione pluribus ſuperius diſſeruimus; hæc de eis nunc dixiſſe ſufficiant.

Myſteria quoque appellantur, quia abſcondita ſunt a ſæculis, & ab humanæ mentis intelligentia, quam longiſſimè remota.

CAPUT XXXII.

De Diſpenſationis Oratione.

QUæ autem Oratio diſpenſationis dicitur hiſce verbis concepta eſt „ Memores igitur &c. pag. 137. Appellatur verò *diſpenſationis*, quòd in ipſa mortem, ac cœtera diſpenſationis D. N. J. C. opera ad ſecundum uſque ipſius adventu, cum ad unumquemque ſecundum opera ſua judicandum veniet, Sacerdos commemoret.

Ab eorum, quæ in Cœnaculo peracta ſunt, enarratione ad hanc uſque Orationem, repreſentatur tempus Noe, qui in Arca elevatus eſt ſuper aquas. Arca enim veluti in imagine Cœnaculum referebat, in quo Spirituali ratione peccatorum diluvii aquis ſupernatavimus. Cum verò Sacerdos diſpenſationem Domini Noſtri memoravit, ſubjungit. „ *Populus enim tuus* „ is, ſcilicet, ſuper quem nomen tuum invocatum eſt, & a Chriſto Chriſtiani nomen accepit. *Populus tuus*, quem nimirum magno triumphantis Tui Sanguinis prætio emiſti, juxta illud Apoſtoli „ *Emti enim eſtis prætio*.

Et hæreditas tua illa ſcilicet, quam dedit tibi Pater tuus juxta illud „ *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, „ ac juxta illud „ *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra* „ Hæreditas quoque tua, quia promiſiſti ei, hæredes te Regni Cœlorum ipſos facturum.

Supplices te rogant ideſt, ne imputes illis peccata eorum, ſed ut eis nunc, & in die adventus tui ſis propitius.

Et per te veluti mediator nos inter, & Patrem.

Ac tecum Patrem tuum ut conſubſtantialis nimirum, Patri, & connaturalis.

Dicentes hæreditas utique tua, & Populus tuus.

Tum Populus reſpondet dicens „ Miſerere &c.

Sen-

Senſus eſt: ſupplices te rogamus Deus Pater per Filium tuum, qui mediator factus eſt nos inter & te, ut peccatis noſtris propitius ſis ac effundas ſuper nos miſerationes tuas, nunc, & in ſecundo Unigeniti Filii tui adventu.

Sacerdos „ Nos quoque &c. Hoc eſt „ Nunc pro omnibus illis, quæ in nos contuliſti ab initio, ad Incarnationem uſque Unigeniti Filii Tui, ſivè quia creaſti nos, noſque ad tuam imaginem feciſti, & curam noſtrum habuiſti. Laudamus te pro omnibus, & propter omnia „ ſcilicet, propter omnia illa, quæ in tua Incarnatione in nos profecta ſunt, remiſſionem peccatorum, adoptionem filiorum, regnum Cœlorum ejuſque delicias.

Et reſpondet Populus ac dicit „ Laudamus te &c.

Laudamus te pro omnibus, quæ & ante, & poſt Sacerdos dixit.

Benedicimus te ad Cherubim inſtar, Seraphim, & reliquorum Angelicorum Ordinum, juxta illud „ Benedicite Dominum Angeli potentes virtute, facientes verbum illius; benedicite Dominum omnes virtutes ejus, Miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus: Benedicite Dominum omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino „ Et juxta illud „ Benedicite omnia opera Domini Domino; benedicite Cœli Domini Domino; Benedicite omnes Angeli Domini Domino „ & ita omnes creaturæ illi benedicunt. Et hoc, quia, generi noſtro ob præcepti tranſgreſſionem maledicto benedixiſti, & terræ, cui maledixiſti in opere ejus.

Adoramus te, confitemur, quia tu es Deus Salvator noſter, & bonorum noſtrorum auctor, ideoque tibi debetur adoratio.

Rogamus te, ut juſtas petitiones noſtras exaudias, & debita noſtra dimittas.

Rurſum. Laudamus te, quia nos rationales feciſti. Benedicimus te ore ſcilicet & lingua quia nos dignos effeciſti, qui glo-

glorificatores tui eſſemus. Confitemur te quia nos a peccati errore congregaſti, & ad Eccleſiæ tuæ Sanctæ ovile adduxiſti, quam prætioſo tuo Sanguine redemiſti.

CAPUT XXXIII.

De Invocatione Spiritus Sancti.

AB oratione diſpenſationis ad Invocationem Spiritus Sancti myſtice repreſentatur tempus Patriarcharum legalis Sacerdotii, & Prophetarum. Patriarchæ enim ſuis ſymbolis, Sacerdotium legalibus ſacrificiis, Prophetæ qnoque ſuis myſteriis D. N. apparitionem in carne, ac manifeſtationem, vivificamque reſurrectionem prænunciarunt.

Antequam autem Sacerdos ad Invocationem Spiritus Sancti deveniat, ad Sanctam Glorioſam ſemperque Virginem Mariam orationem convertit, deque ea commemorationem facere inſtituens dicit „ *In primis memoriam &c.* Miniſter ſubijcit „ *Memento ipſius &c.* Atque ſtatim populum monet, ut ſeſe quiſque comparet, accingatque ut cum timore ſit in hora Invocationis Spiritus Sancti dicens „ *Quam terribilis eſt &c.* Quibus verbis populum, ut diximus ad Spiritus Sancti illapſum apte præparat, eoſque, ut in ſilentio ſint, admonet; quia Spiritus Sancti Chariſmata in ſilentio dantur. Illos præterea in timore conſiſtere jubet, ne ſcilicet quid turbent, clamoremve edant, quibus Sacerdos interpelletur, ut in Monte Sinai Moyſi fecerunt Iſraelitæ dicentes „ *Loquere tu nobis & non loquatur nobis Deus ne moriamur* „ Interea autem temporis quo Miniſter populum admonet, Sacerdos inclinatus dicit „ *Mater D. N. J. C.* &c. Illud heic ſciendum, quod in oratione antecedenti proclamationem Miniſtri Sacerdos dicit „ *Beatam Dei Genitricem Mariam commemoramus* „ In hac verò ipſammet Beatam Dominam Mariam Matrem

D. N. J. C.

D. N. J. C. vocat, ut Neſtorium ejuſque Sectatores redarguat, qui Mariam Chriſti Matrem, non autem Dei Genitricem appellandam docent, & Chriſtum a Verbo Dei dividunt, duas perſonas in diſpenſatione D.N. comminiſcentes, alteram ſcilicet Verbi Dei, & alteram Chriſti hominis, in quo veluti in Templo deitas inhabitet. Et huic homini unitum Verbum Divinum gratia, & bona voluntate dictitant. Aſt nos haud ita a Sanctis Patribus noſtris edocti ſumus, ſed ab eis didicimus unam eſſe Perſonam Verbi Dei, qui carnem anima rationali præditam, ac in omnibus perfectam, nobiſque per omnia, peccato excepto, ſimilem in ſua ipſius Divina Perſona ſubſiſtentem ſibi copulavit, & aſſumſit, ut in libro noſtro ad Caritatem veſtram directo adverſus Neſtorii hæreſim uberius, ac fuſius ſcipſimus.

Cum itaque una ſit Perſona ſuperius dicit „ Dei Genitricem „ idemque hic loci eamdemque Chriſti Matrem nominat. Sancti ſiquidem Patres noſtri in eadem ſemper ſententia fuerunt, idemque propoſitum perpetuò tenuerunt, quando eam Dei, & Chriſti Genitricem appellarunt, non enim Verbum Dei a Chriſto dividebant, veluti Neſtorius ejuſque aſſeclæ novi veluti Judæi ſomniarunt, ſed unam tantum Divinam Perſonam in ipſo agnoſcebant, ac confitebantur.

Sacerdos igitur Beatiſſimam Matrem ſuppliciter rogat, ut pro ipſo oret, ac deprecetur Unigenitum ſuum Filium, ut ejus debitis, & peccatis dimiſſis, ſacrificium, quod offert, ab ipſo ſuſcipiat; atque hoc pacto per illius orationes acceptas, & exauditas Spiritus Sancti illapſu dignus efficiatur. Qua deprecatione facta illico Sacerdos inclinatus invocationem Spiritus Sancti orditur dicens „ Miſerere nobis Deus &c. p. 138. Hic nobis inquirendum eſt, quamobrem Spiritus Sancti ſuper panem & vinum illapſum invocemus, cum jam Filius illapſus illa in ſuum Corpus, & Sanguinem tranſmutavit, ut ſuperius oſtendimus.

Huic

Huic quæſtioni reſpondemus, quod Spiritus Sanctus non invocatur, ut illabens efficiat, ſeu commutet panem in Corpus & vinum in Sanguinem Salvatoris Noſtri; ſed ut illa Corpus & Sanguinem eſſe ipſius Domini Noſtri oſtendat, & faciat ut ſint percipientibus ea in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam: Id manifeſte colligitur ex his, quæ ſequuntur, quia ſtatim ac ſe erigit ab inclinatione Sacerdos, genuflectit, & extollens vocem dicit, Exaudi me Domine &c. pag. 187. „ ut illabens oſtendat &c. „ pag. 139. Utque etiam ſuo illapſu oſtendat illum ipſum eſſe Spiritum, qui in uterum Virginis Mariæ deſcendit juxta illud Angeli „ *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te &c.*, Et hoc Corpus illud idem eſſe, quod ipſe Spiritus ex Virgine formavit, & Verbo Deo Corpus effecit, non autem aliud ab eo.

Præterea Spiritus Sanctus deſcendit, ut unacum Patre confirmet, ac teſtimonium perhibeat, hunc panem non eſſe panem, ſed Salvatoris noſtri Corpus, & hanc commixtionem vini & aquæ commixtionem non eſſe, ſed Domini noſtri Sanguinem, ſicuti in Jordane uterque teſtimonium ipſi tribuit, ut in Matthei Evangelio ſcriptum eſt „ Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei Cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper eum, & ecce vox de Cœlis dicens: hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui „ Quoniam verò omne donum bonum ex Spiritu Sancto deſcendit, eapropter cum timore Sacerdos deprecatur, tacitoque cordis ſuſpirio ad Deum Patrem clamat, ab eoque tamquam ab æterna Filii, & Spiritus origine poſcit, ut Spiritum ſuum Sanctum ſuper ipſum, & fidelem populum univerſum circumſtantem, ac ſuper myſteria Altari ſuperimpoſita demittat. Et quia plures ſunt Spiritus, ipſum Spiritum Sanctum oſtendit, indicatque inquiens „ Spiritum tuum Sanctum, Dominum, & Vivificantem „ eum ſcilicet Spiritum, qui Dominus eſt, vitamque omnibus ratio-

ne prædititis, & Angelis, cunctiſque viventibus tribuit. Poſtea ſubjungit „ Synthronum „ hoc eſt; Patri, Filioque ſubſtantia, divinitate, honore & gloria æqualem, & perinde atque ipſos, æternum & Regem. Deinde alias ſimilitudines, ce proprietates ejus declarat dicens „ Qui locutus eſt „ etc,

Per invocationen præterea Spiritus ſancti intelligitur myſtica, & incomprehenſibilis illa unio, qua cum ſanctificante ac omnipotente virtute communionem habemus animo a ſenſibus rebuſque corporeis libero ac ſoluto. Tum Sacerdos extollit vocem ſuam ter dicens „ Exaudi me Domine etc. „ Quia per fidem ſenſit Spiritum ſanctum deſcendiſſe, & Sacramenta perfeciſſe, atque conſummaſſe, ſicut expoſuimus; & clamore valido inclamans Sacerdos vocem ſuam tollit, itaut populus quoque ſimiliter dicat; tunc populus ter dicit *Kyrie eleiſon*, quæ Græca vox *Domine miſerere* ſonat. Quas preces repetunt ter, ad deſignandam conſtantem in oratione perſeverantiam. Sacerdos invocationem Spiritus ſancti ſecreto inclinatus dicit, ut oſtendat Spiritus ſancti Chariſmata in ſilentio ac ſine ſtrepitu conferri. Tranquillè etiam, & placidè deſcendit Verbum Deus in virginalem uterum S. Mariæ, & ex ea carnem aſſumſit, non autem cum ſtrepitu, ac tumultu, ut deſcendit in Monte Sinai, quia non accepimus Spiritum ſervitutis, ut conturbemur, ſicut Iſraelitæ, cum in eos dona immitterentur, illi enim ſervorum ſpeciem referebant, ſed nos accepimus Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Patrem Patrem noſtrum, ut ait Apoſtolus, cum ergo filii ſimus nec turbari, neque commoveri debemus. Sacerdos extollit vocem ſuam, & clamore valido vociferatur poſtquam per fidem ſenſit Spiritum ſanctum deſcendiſſe, in gratiarum actionem pro bonis, quæ & ipſe, & populus Spiritus ſancti illapſu ſuper myſteria ac ipſos, acceperunt; nam quæ in abſcondito, ac ſilentio accepimus, palam confiteri debemus, ac pro iis gratias agere, eaque magna voce coram omnibus prædicare, quia beneficentiam, ut eſt tritum

vetuſtate proverbium, beneficentia compenſat, & rependit.

In quibuſdam codicibus pro illis verbis „ *ut illabens oſtendat* „ Hæc leguntur „ *ut illabens efficiat* etc. „ Sed utraque eundem habent ſenſum, juxta primam enim ſententiam petimus, ut verè oſtendat, quod panis ille ſit corpus ſalutare, corpus vivificum, corpus cœleſte etc. Idipſum etiam rogamus, cum dicimus. *Ut illabens efficiat &c.* Rogamus nimirum, ut faciat, ut non ſit corpus inane, aut in judicium, aut in ultionem, aut in reatum. Juxta verba Apoſtoli „ *Qui enim manducat, aut bibit ex ipſo indigne condemnationem ſibi manducat, nam non dijudicat corpus Domini* „ Sed faciat ut ſit nobis corpus vivificum corpus ſalutare etc.

Ubi autem Sacerdos erigens ſe ab invocatione Spiritus ſancti ſecreta inquit„ *Ut illabens &c.* Ter hoſtiam cruce ſignat, ter quoque calicem, ut ſignificet, quod quemadmodum voluntate Patris Verbum Caro factum eſt, ita & ejuſdem Patris voluntate panem & vinum ipſum verbum in ſuum corpus commutat & ſanguinem pretioſum; & quomodo Spiritus corpus illi aptavit, ſimili pariter ratione idem Spiritus myſteria conſummat. Addit deinde cauſam, cujus gratia illapſum Spiritus ſuper Sacramenta poſtulat, ac dicit, *Ut nos & quotquot &c.* p. 140. Ex his apertiſſime conſtat Domini noſtri corpus & Sanguinem animas ſanctificare, & corpora communicantium, ea ſcilicet a pravis ac turbulentis veteris hominis affectionibus liberere. Uberes præterea bonorum operum in nobis edunt, efficiuntque fructus, ſine quibus fides mortua eſt, ſicut ipſe Jacobus ſcripſit in ſua epiſtola: *Et Ad confirmationem Eccleſiæ tuæ ſanctæ.* Hoc eſt, nihil poſt Aſcenſionem tuam in Cœlum confirmat magis Eccleſiam tuam ſanctam, quam corpus tuum ſanctum, & ſanguis tuus pretioſus, hinc & ab Apoſtolis tuis diſcedens hæc dixiſti „ *Ecce ego vobiſcum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi* „ Ecqua enim major, aut præſtantior Confirmatio hac eſſe poteſt Eccleſiæ tuæ ſanctæ, quam pre-

tio-

tioſo ſanguine redemiſti? Tu enim ſub panis & vini ſpeciebus manes uſque ad conſummationem ſæculi, & tamquam ejus Sponſus ac Dominus ipſam non derelinquis. *Quam ſupra fidei Petram fundaſti.* Non illam ſcilicet, quam Neſtoriani, Dioſcoriani, Ariani, Macedoniani, Cyrenſes, cæterique ejuſdem furfuris hæretici impiè docent, & commonſtrant dicentes, *Ecce hic Eccleſia ſancta; Ecce ibi eſt.* Sed illam, quam ſupra Petram fidei Petri Diſcipulorum Principis fundaſti, cum ei dixiſti „ Beatus es Simon Bariona, quia Caro & Sanguis non reve„ lavit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt: Et ego dico ti„ bi, quia tu es Petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccle„ ſiam meam „ Ut autem oſtenderet ſermonem hic eſſe de illa Eccleſia, quæ ſuper Petrum, qui eſt fidei Petra, ut dictum eſt fundatur, Jacobus Apoſtolus ſtatim ſubdit in eadem oratione ſubſequentia Chriſti Domini verba, quibus eam tutam omnino ac inexpugnabilem prorſus eſſe a portis inferi edocet dicens, *Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam* „ Ut verò erudiret nos atque nobis apertè indicaret, quænam ſint portæ inferi, adjunxit, *Libera eam ab omni hæreſi, & prævaricantium ſcandalo.* Hæreſes igitur, & prevaricantes ſunt portæ inferi pugnantes & decertantes contra hanc Eccleſiam ædificatam ſupra immobilem petram; dicuntur autem portæ inferi, quia per ipſos, & in ipſis ingrediuntur, qui eorum ſententias, ac veſtigia ſectantur. *Uſque ad conſummationem ſæculi*: ſcilicet, quoad ſæculum ſteterit. Venient enim, ſcribente ad Corinthios Paulo Apoſtolo, diſſenſiones, quæ tamen Eccleſiæ non prævalebunt, ſed ut qui probati ſunt, eodem Apoſtolo in epiſtola ſua teſte, per eas agnoſcantur. Cum hac enim Eccleſia aliquando prælium iniere, & collato veluti pede cominus congredi auſus Simon Magus miſerè cecidit. Grave etiam, ac diuturnum eidem bellum indixit Arius, ac victus abſceſſit. Aliud deinde cum ea prælium conſerere adorſus Macedonius in ſpiritum ſanctum blaſphemus ſubactus & ipſe fuit. Neſtorius

negando Mariam Virginem Deiparam eandem Eccleſiam oppugnavit, & ipſe quoque victus remanſit. Dioſcorus Alexandrinus & Eutyches Domini noſtri naturas confundentes eidem bellum indixere; Cyrus etiā Alexandrinus certamen cum illa inſtituit, quando cum ſuis ſectariis voluntates confudit, & operationes. Simili ratione ſubſecutis temporibus alii; atque prælia varia geſſerunt contra hanc Eccleſiam. Sed illi veluti fumus diſſipati defecerunt, & ipſa ſtat uſque ad conſummationem ſæculi, cum juxta promiſſionem Domini noſtri ſupra petram immobilem ſit ædificata.

CAPUT XXXIV.

De Commemorationibus, Inclinationibus, & Exclamationibus.

INclinationes vocantur orationes illæ, & preces, ac commemorationes, quas humili ac ſubmiſſa voce Sacerdos inclinatus recitat; altæ vero illæ ſunt orationes preceſque, quas Sacerdos erectus poſt inclinationem recitat, & alio nomine exclamationes nuncupantur, quia Sacerdos cum eas recitat vocem extollit, ac intendit.

Sacerdoti autem tam in inclinationibus, quam in altis, ſeu erectionibus una eſt mens, unum propoſitum, atque hoc ipſum eſt, ut ſcilicet manifeſtè & occultè pro iis orationes fundat, pro quibus voluerit orare. Cæterum, quando Sacerdos inclinationem dicit, ipſe populum admonet, ut & ipſi pro iis deprecentur, pro quibus orat voce & corde humili, ac mente ad Deum Patrem miſericordiarum erecta intentaque; quando verò expanſis manibus ſe erigit Sacerdos, ac vocem attollit, pari etiam modo orat apertè Deum, ac populo manifeſtat eos, pro quibus ſuppliciter preces fundebat, dum eſſet inclinatus. Sex ſunt inclinationes, ac pariter ſex ſunt erectiones, in quibus ſingulis pro uno certo ordine Sacerdos orat & precatur. Com-

memorationes has Syri Canones vocant, Græci verò dyptica. Ex iis tres ſunt vivorum, & tres defunctorum. Ac primus quidem vivorum Canon Eccleſiæ Patres complectitur. Secundus verò fratres fideles continet. Tertius denique Reges comprehendit. In primum vero defunctorum Canonem Dei Genitrix, ſanctique relati ſunt; in ſecundò autem Eccleſiæ Doctores recenſentur; In tertio demum fideles defuncti commemorantur.

Commemorationes pro vivis & mortuis in ſacrificio aguntur; quia Dominus noſter poſt Baptiſmum omnibus vitam prædicavit, & adjutoria contulit, ac prodigia patravit uſque ad crucem. Et reſurrexit a mortuis, nobiſque reſurrectionis ſpem fecit. Lazarum amicum ſuum juſtum virum è morte ad vitam ſuſcitavit: unde maximum caperemus documentum, ut Juſtorum ac Sanctorum, qui piè rectèque hac vita functi virtutis exemplis ad Cœlum viam nobis munientes præiverunt, memoriam haberemus, eoſque commemoraremus. Aeoleſcentem viduæ filium, qui tunc amore ſæculi illaqueatus, & concupiſcentiis illectus erat, ſuſcitavit, ut nos curam habere de defunctis fidelibus, qui ex hac luce non conſummato virtutum curſu, ac poenitentiæ, ſed in quibusdam defectibus obdormientes cum ſpe fidei, migrarunt, edoceret.

Item ordo commemorationum Perfectorum memoriam illam indelebilem Dei ab omnibus Sanctorum mentibus, innuit eam numquam deficere, ſed perpetuo cum ipſorum gloria extendi. Sciendum eſt etiam commemorationes, ſeu Canones ſingulorum ordinum in tres dividi, ſcilicet, in inclinationem & altam, quas Sacerdos dicit, tertiam autem Miniſter recitat, dum Sacerdos inclinatur, & hoc ideo fit, ut populus ſilentii tempore non diſtrahatur, neque evagetur mens ejus, ſicuti in alio loco ſupra diximus, nimirum, quod quotieſcumque Sacerdos inclinatur, Miniſtri aliquod canticum pſallant, vel orationem fundunt: & ſimiliter, quoties hi canunt vel orant, Sacerdos inclinatur.

CA-

CAPUT XXXV.

Canon ſeu Commemoratio Paſtorum.

INclinatio pro Paſtoribus hæc eſt „ Propterea offerimus „ tibi , etc. Vid. pag. 140.

Dum autem Sacerdos hanc inclinationem dicit , Miniſter orat , & alta voce recitat : „ Benedic Domne : oremus , etc. *pag.* 188.

Abſoluta a Miniſtro prædicta commemoratione Sacerdos altam incipit , & extollens vocem ait „ *Et libera nos Domine , & c.* pag. 143.

CAPUT XXXVI.

Canon ſeu Commemoratio Fratrum fidelium.

INclinatio „ Item meminiſſe digneris etc. ut *pag.* 143.

Interim Miniſter dicit „ Item commemorami us etc. *pag.* 188.

Poſt præfatam Miniſtri commemorationem , Sacerdos hanc altam dicit „ Omnium memento, Domine, etc. ut *pag.* 144.

CAPUT XXXVII.

Canon , ſeu Commemoratio Regum.

INclinatio „ Memento Domine etc. ut *pag.* 145.

Miniſter „ *Item memoriam agimus &c.* pag. 189. Sacerdcs altam „ Quia tu etc. *pag.* 145.

CA-

CAPUT XXXVIII.

Canon, ſeu Commemoratio Deiparæ & Sanctorum.

INclinatio „ Quoniam vitæ, &c. *pag.* 145.
Miniſter „ Item commemoramus etc *pag.* 189.
Sacerdos altam „ Rogamus te etc. *pag.* 146.

CAPUT XXXIX.

Canon, ſeu Commemoratio Doctorum.

INclinatio „ Memento Domine, etc. *pag.* 147.
Miniſter „ Item commemoramus, &c. *pag.* 190.
Sacerdos Altam „ Luminarium, etc. *pag.* 147.

CAPUT XL.

Canon, ſeu Commemoratio Fidelium defunctorum.

SAcerdos inclinationem „ Memento Domine etc. *pag.* 148.
Miniſter „ Item commemoramus etc. *pag.* 191.
Sacerdos Altam „ Domine etc. *pag.* 148. . . . „ quæ propter ipſum eſt, & pro nobis, & pro ipſis „ Hoc eſt: per Chriſtum, videlicet per ipſius immolationem, & propter ipſum ſperamus & expectamus miſericordiam invenire apud Patrem, & remiſſionem quidem peccatorum novimus non ſolum vivorum, ſed & Fdelium defunctorum, & hac de cauſa illos commemoramus, & pro illis deprecamur, & ſemper hoc incruentum ſacrificium offerimus.

CA-

CAPUT XLI.

De iis quæ a Canonibus ſeu Commemorationibus ad fractionem uſque peraguntur.

STatim ac Sacerdos abſolvit Altam defunctorum, incohat inclinationem hanc, quæ illam ut pars conſequitur, & cujus initium cum illius fine connectitur. Inclinatio autem eſt „ Dona etc. *pag.* 170.

Interea populus dicit in eundem ſcopum „ Requiem da eis etc. *pag.* 192. Hoc eſt, requiem da in cœleſti tuo regno nobis & illis, poſt noſtrum ab hoc ſæculo exitum, & remitte, atque condona, ac aufer peccata noſtra & defunctorum fidelium, voluntaria, ſive ſcienter, ſive ignorater admiſſa. Et ex hoc loco cognoſcimus, non in hoc ſolum ſæculo, ſed & in altero peccata, ac defectus dimitti. Eaque Deum ſive in hoc ſive in altero ſæculo ulciſcitur. Si enim de illis vindictam non ſumeret, profectò Eccleſia pro eis minime obſecraret. Et niſi dimitteret nec fidelium defunctorum commemorationes perageret omni momento, nec pro eis in omnibus orationibus deprecaretur: quod autē nonnulla peccata, ac defectus in illo ſæcula ulciſcatur manifeſtum fit ex illo Evangelii „ Non exies inde, quoad ſolvas ultimum quadrantem „ Beatus verò Paulus in prima ſua ad Corinthios ſimiles defectus igne deleri, & purificari certiores nos fecit „ Opus uniuſcujuſque revelatur, dies enim ille de-
„ clarabit illud, quia in igne revelatur, & opus uniuſcujuſque
„ quale ſit, ignis probabit, ſi cujus opus manſerit, quod ſuper-
„ ædificat, mercedem ſuam accipiet, ſi cujus opus arſerit, de-
„ trimentum patietur, ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi
„ per ignem „

Theologus item ait „ Accidit ut ibi igne baptizentur no-
„ viſſimo baptiſmate, quod ſummo labore, ac multo tempore
„ fit

„ fit, quod conſumit, tamquam lanam, materiam, & diſſipat „levitatem totius nequitiæ „ Gregorius ſimiliter Nyſſenus „ „ Quoniam igitur virtus purgativa ineſt igni, & aquæ, qui hac purgatione baptizati non ſunt,' neceſſariò igne purgandi ſunt„ Abbas Evagrius „ cruciatus eſt triſtitia mediante igne, qui in judicio paſſionem animæ purgat.

Deinde Sacerdos extollens vocem dicit „ Chriſtianum nobis exitum etc. *pag.* 150. „ Hoc eſt, cùm omnibus his gratiis erga nos tuis, etiam in hoc concede nobis chriſtianum exitum, & peccatorum expiationem, noſque ſub electorum tuorum pedibus collige in illo cœleſti tuo regno, ut viſione vultus tui perfruamur: & hic eſt finis Chriſtianorum, & Chriſtianus, hic eſt hortus Eden, hic eſt thalamus, & deliciarum locus: hæc eſt antiqua noſtra patria, a qua ablienati, & exules per Protoparentis noſtri prævaricationem, ſumus effecti, & ad quam per unigeniti filii tui immolationem pro nobis revocamur. Et propter hæc omnia glorificamus, & laudamus nomen tuum, Deus Pater, filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, atque tui ſancti Spiritus.

Populus dicit „ Sicut erat etc. *pag.* 192. Hoc eſt: ſicuti elapſo tempore, erat nomen tuum, o Pater, & unigeniti filii tui, ac Spiritus tui ſancti, ſic eſt tempore præſenti, & ſic permanet futuro etiam tempore. Et non ſolum in his tribus temporibus eſt glorioſum, ſed & in utroque ſæculo, in hoc & in futuro. Hinc copulativam *&* demere non licet, ac dicere „ Sicuti erat eſt „ quemadmodum in nonnullis codicibus ſcriptum eſt, ſed dicendum eſt „ Sicut erat, & eſt „ Quia Sacerdos ita dicit „ Ut etiam in hoc, ſicut & in omnibus laudetur & ce- „ lebretur venerabiliſſimum ac benedictum nomen tuum, cum „ nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus tui ſancti „ id eſt „ propter omnes gratias tuas, & propter hoc, quod nobis chriſtianum finem & remiſſionem peccatorum confers, tam nobis quam noſtris defunctis, glorificamus & laudamus nomen

tuum, Pater, & filii tui unigeniti ac Spiritus tui ſancti. Populus itaque reſpondet & ait: Sicut erat glorioſum, ac laudabile nomen tuum in illo tempore quod tranſiit, & eſt in hoc tempore quod ſtat, ita & tempore futuro ſit.

Præterea his demonſtratur immutabilitas, bonitas; & eſſentialis Dei perſeverantia in ipſis etiam ſuis ad nos egreſſionibus & donis, uti ait Apoſtnlus „ Jeſus Chriſtus heri & hodie, & ipſe eſt in ſæcula „ Sacerdos poſtea dicit „ Sint miſeri- „ cordiæ Dei Patris ut *pag.* 192. Hoc eſt, hoc ſacrificium, quod ſemel in cruce immolatum eſt, & modò incruentè in Eccleſia immolatur, amoris eſt, & per miſericordiam vobis donatum eſt, ac vobiſcum permanet. Et in vobis erit, ut ipſe ait „ Qui manducat meum corpus, & bibit meum Sanguinem „ in me manet, & ego in eo.

CAPUT XLII.

De Fractione, & Catholica ſeu Concione.

SAcerdos accipiens hoſtiam in manus ſuas frangit, ſignat, & dicit „ Credidimus, & obtulimus, etc. *pag.* 193. Populus „ Amen „ Cum autem Sacerdos inclinatus dicit „ Credidimus & obtulimus „ Miniſter dicit Catholicam. ſeu univerſalem, quæ de omnibus rebus commemorat.

Catholicam, quam & concionem vocamus, quæ ab Idiotis *etiam atque iterum* audit, Apoſtolorum tempore non extitiſſe, ſed a Patribus ſubſequentibus convenientiſſimè in miniſterio additam nonnulli exiſtimarunt, ut poſt Dypticas proclamaretur, ne videlicet interea temporis, quo Sacerdos inclinatus myſteriis perficiendis vacat, populi mens ob ſilentio diſtraheretur.

Plures ſunt Catholicæ ſeu Conciones: ex quibus quædam ſimpliciter, aliæ verò canticorum tono recitantur.

A Spiritus ſancti invocatione ad Catholicam, tempus om-

omne, quod Nativitatem Domini noſtri inter & ejus reſurrectionem ceſſit, figuratur. Poſtquam enim ſuam adimplevit diſpenſationem ſuper lignum immolatus fuit, ſimili etiam modo Sacerdos poſtquam myſteria perficit, eadem frangit ac ſignat. Præterea dicimus, quod offeratur & frangatur hoſtia ſuper altare per manus Sacerdotis, ac vivis mortuiſque pro uniuſcujuſque merito, remiſſio conferatur, & propitiatio, non diſſimili ab eo modo, quo ipſe quoque Dominus noſter ſeipſum pro nobis ſanctificavit, & in carne ſuper lignum victima factus purgationem fecit peccatorum noſtrorum, ac omnibus propitiatus eſt.

Signatur autem & commiſcetur hoſtia cum ſanguine quemadmodum ipſe quoqueDominus noſter animam ſuam reſurgens a mortuis cum ſuo corpore copulavit. Sacerdos inſuper panem præ manibus ſuis accipiens dicit,, Credidimus „ Hunc ſcilicet coram nobis propoſitum panem, Domini noſtri corpus eſſe & vinum iſtud, quod eſt in calice, ejuſdem ſanguinem eſſe, ſicuti ipſe de iis teſtatus eſt cum dixit „ Hoc eſt enim corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei „ *Obtulimus* „ Hoc nimirum corpus, & hunc calicem ſanguinis Deo Patri in hoſtiam propitiatoriam pro vivis & defunctis, atque pro tota Eccleſia.

„Obſignamus & frangimus Euchariſtiam hanc panem cœleſtem, Corpus Verbi Dei vivi „ Horum ſenſus eſt, Quamvis Euchariſtia hæc obſignetur & frangatur, atque panis appareat & vocetur, nihilominus verè eſt corpus Dei vivi paſſioni ac corruptioni nequaquam obnoxium, ipſum enim vivificum eſt ac vivum,eaque de cauſa addit „ In nominePatris vivi in vitam, & filii, unici & ſancti,, geniti ab ipſo,& ad ipſius ſimilitudinem vivi in vitam.„

CAPUT XLIII.

De Crucibus, quæ ſuper myſteria fiunt, de earum numero, ac myſticis ſignificationibus.

TRibus in locis cruces formantur ſuper corpus & ſanguinem. Primo quidem, quum Sacerdos dicit „ Accepit panem in manus ſuas ſanctas, puras & immaculatas, & ſuſpiciens in cœlum, oſtendit tibi Deus Pater etc. *pag.* 139. Secundo verò, cum Spiritum ſanctum invocat, *pag.* 139.

Tertio demum cum frangit & ſignat dicens „ *In nomine Patris etc.* pag. 193. 194.

At quæret fortaſſe quis, quam ob rem primo, Et ſecundo tres tantum cruces ſuper corpus formentur, ac totidem ſuper ſanguinem, quæ in unum collectæ 12. ſummam conficiunt; Tertio vero cruces formentur numero decem & octo? Ad quem dicimus a Sacerdote tres cruces primo formari, ut Patrem quidem velle, filium autem annuere, ac Spiritum denique ſanctificare ſignificet. Præterea ut hoc corpus & ſanguinem oſtendat unius eſſe e Trinitate, ſcilicet, Verbi Dei Filii Patris, qui de Spiritu ſancto incarnatus eſt. Triduanam item Domini noſtri ſepulturam deſignat, ac ejus poſt triduum reſurrectionem. Secundo autem, totidem formantur cruces, ut Patrem velle, Filium ejus voluntati obſequi, & Spiritum ſanctum conſummare demonſtret: ipſe enim eſt omnium bonorum donorum largitor & conſummator. Rurſus quia omnia Eccleſiaſtica myſteria per crucis ſignum, quod fit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti perficiuntur, ſive Baptiſma ſit, ſive Chriſma, ſive impoſitio manus Sacerdotis, ſive Unctio infirmorum, ſive conjugium, ſive propitiatio, ſive corpus & ſanguis Redemptoris noſtri. Per idem pariter crucis ſignaculum perficiuntur & ſanctificantur omnia Sacramentalia Eccleſiæ, ſive templum, ſive altare, ſive tabula, ſive calix,

ſive

ſive quodlibet aliud inſtrumentum Eccleſiæ. Ab Apoſtolis enim ſanctis, qui per hoc ſignum omnes virtutes patrarunt, & omnia perfecerunt myſteria conſtanti traditione in hodiernum uſque diem hoc ad nos devenit, quod nihil ſcilicet in Domini noſtri Eccleſia perficiatur, conſummetur, & ſanctificetur, niſi per vivificæ crucis ſignaculum, & in adorandis ſanctiſque Patris, Filii, & Spiritus ſancti nominibus.

Præterea primo tres cruces ſuper corpus, ac tres ſuper ſanguinem format Sacerdos, primam ſcilicet, in nomine Patris; ſecundam in nomine Filii, ac tertiam in nomine Spiritus ſancti. Eodem etiam pacto ſecundo facit.

Tertio vero cum frangit tres cruces in nomine Patris, tres in nomine Filii, ac tres in nomine Spiritus ſancti facit, idque ut ſignificet unum eſſe Deum in tribus perſonis, unamque ineſſe virtutem, poteſtatem ac voluntatem: ac propterea illico novem alias cruces format dicens „ Una virtus † † † una poteſtas ††† una voluntas † † † Unus Deus verus, benedictus, & excelſus in quo non eſt diviſio „

Sed objiciet quis dicens: Superius docuiſtis quod ſuper myſteria, corpus nimirum & ſanguinis ſignentur tribus in locis, & quidem ſex in primo, totidemque in ſecundo, ac octodecim in tertio loco, quæ omnes triginta ſunt. At in Liturgiæ libro, poſt orationem „ Caritas autem Dei Patris etc „ ter „ Gloria Patri & Filio & Spiritui, myſterio adorando & glorioſo in quo non eſt diviſio „ Sacerdos recitare, treſque unaquaque vice cruces ſuper myſteria ducere præcipitur; ſunt ergo 39. numero cruces, & quatuor in locis fiunt, non vero 30. neque tribus tantum in locis formantur.

Ad hunc dicimus: Præfatas novem cruces, quas Sacerdos format cum dicit „ Gloria etc. „ Non quidem ſuper corpus & ſanguinem, ſed ſuper panem & vinum fieri, quæ & ipſa ante conſecratoria & ſanctificatoria verba, nuncupantur myſteria. Nobis autem ſermo fuit de crucibus, quæ ſuper corpus

&

& ſanguinem fiunt, dum illa conſecrantur & ſanctificantur, ac poſt eorundem conſecrationem & ſanctificationem. Cæterum neque novem prædictæ cruces ſuis carent myſteriis. Efformantur enim veluti in diſpoſitionem ad illorum naturæ in Salvatoris noſtri corporis, ſanguiniſque naturam converſionem quæ fit per verba conſecratoria quæ nos docuit cum dixit: „ Hoc eſt enim corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei „ Nullum enim eſt iota vel linea in Liturgico miniſterio, cui non inſit myſterium, aut expoſitio, quamvis omnia nobis non ſint aperta.

Hujus etiam loci ratio poſtulat; ut de crucis ſignis ſermonem nuc inſtituamus, quæ ſuper ſeipſum, ſuper Clericos, ac ſuper populum Sacerdos ducit. Tribus itaque in locis Sacerdos format unam crucem ſuper ſeipſum; unam ſuper Clericos qui a ſiniſtra ipſius, alteram ſuper Clericos, qui ab ejuſdem ſunt dextera; atque tres ſuper populum pone ſe ſtantem. Ac primo quidem quando dicit „ Caritas autem Dei Patris „ Secundo vero quum dicit „ Miſericordiæ Dei Patris etc. Tertio denique dum ait „ Gratia Trinitatis etc. „

Rurſum tres ſuper populum ducit cruces, cum poſt ſumtionem inquit „ Ite in pace fratres cariſſimi commendati etc. „

Si autem nec Sacerdotes nec Miniſtri ſint ad ipſius dexteram & ſiniſtram; non debet nec ad ipſius dexteram nec ad ſiniſtram ſuam ſignare, ſed tantum ſuper populum cruces ducat. Si vero pone ipſum populus non ſit, & ne ullus quidem homo, haudquaquam neceſſe erit cruces ex ulla parte facere, ſed ſolum ſuper ſeipſum ſignum formet.

CAPUT XLIV.

De Fragmentis.

CUm autem in manus ſuas hoſtiam accipit Sacerdos, & frangit, Verbum in carne vere paſſum, & immolatum, ac

ac fractum fuiſſe in cruce, demonſtrat. Rurſus cum de corpore particulam accipit, eamque intingit in ſanguinem, & ipſa ſuper corpus ſignat, cum antea particulam, ſeu dimidium, quod eſt in patena, ea, quam præ manibus habet, particula transfixerit in ipſius latere, Chriſtum in latere ſuo lancea transfixum ſignificat. Poſtmodum vero totum corpus ſignando, declarat hunc occiſum proprio ſanguine reſperſum fuiſſe in cruce, cum ejuſdem latus lancea transfixum fuit, ex quo fluxerunt ſanguis & aqua quibus fuit reſperſus. Item ex ſanguine deferens, & in crucis formam ſuper corpus ſignans, unionem animæ cum corpore repræſentat; ac oſtendit quod poſtquam ſeparata fuit anima Verbi ab ejus corpore, rediit, atque eidem corpori unita fuit, cum divinitas ejus nullatenus ſeparata fuerit; aut ſeparetur ab anima aut corpore ejus: Illud etiam exhibet, quod panis quidem ille Verbi Dei corpus ſit, vinum vero ipſius ſanguis;quia ſanguis animæ ſymbolum eſt juxta illud quod ſcriptum eſt „ Anima omnis carnis ſanguis eſt „

Cum vero, poſtquam corpus ſanguine ſignavit, duas illas partes hoſtiæ ſimul conjungit & conſociat, myſtice demonſtrat eo facto, quod unus ſit Emanuel e duobus, una nimirum Perſona e duabus naturis. Adhæc illud etiam ſignificat, quod Dominus noſter, poſtquam in cruce fuit immolatus, reconciliavit per pretioſum ſuum ſanguinem, univitque & copulavit cœleſtia cum terrenis, populum cum populis, & animam cum corpore.

Si quis autem interroget quamobrem particulam intingat Sacerdos eaque ſuper corpus ſignet, atquein ſanguinem ad corpus, non vero corpus ad ſanguinem deferat? Id ea de cauſa fieri reſpondemus, quia ſcilicet, ſanguis animam repræſentat, porro anima ipſa venit, & unita fuit corpori verbi, cum a mortuis in carne ſurrexit, non non vero corpus ad animam venit cumque ea ſeſe conjunxit.

Et quare accipit deinde e corpore carbonem; eumque in calicem mittit?

Di-

Dicimus ideo fieri, ut hunc hujuſce corporis eſſe ſanguinem, & hoc illius ſanguinis corpus & non alterius eſſe dignoſcatur. Carbonem inſuper mittit in ſanguinem, ut indicet, quod is, cujus hoc eſt corpus, & hic eſt ſanguis, ſeipſum in cruce pro nobis immolarit. Adhæc carbonem immittit in ſanguinem, ut unum eſſe dominicum corpus edoceat, licet corpus & ſanguis duobus in vaſis ſint repoſita.

Poſtquam autem corporis carbonem in ſanguinem miſit, ipſum corpus in plures frangit carbones, quo facto Chriſtum imitatur, qui ſuum corpus fregit, atque in cœnaculo diviſit. Præterea corpus in plures margheritas ſeu carbones frangit, ut omnibus fidelibus eas impartiat, ac communicet. Illud etiam pro ſua prudentia debent animadvertere Sacerdotes, ut cum fideles Domini noſtri corpore communicant, unum carbonem in duas vel tres in particulas minime frangant, ſed integrum unum carbonem uni tribuant; ac in uno carbone crux integre detur, neque ſignaculum crucis, quod ſuper carbonem exſtat, per fractionem corrumpatur, uti Sacerdotes illi facere aſſolent, qui Chriſtiana myſteria minime callent, eaque ſarta tectaque habere nequaquam ſtudent. Antiqui etiam Sacerdotes corporis carbones, qui in calices immittebantur, non accipiebant, ſed illos in ipſis calicibus educebant ad fideles, qui eos videbant, ut ex eis argumentum caperent hunc, ſcilicet, qui in calicibus eſt, ſanguinis illius eſſe corporis, quod ante ſumſerunt: adhæc alias ſignificationes adjunge, de quibus ſupra diximus. Ac poſtea ſanguinem calices ad altare reducebant, & illos carbones ii ſumebant, qui miniſterium ipſis calicibus exhibebant. Qui ſane mos laude dignus, myſterioque plenus apud fratres noſtros Græcos adhuc obtinet.

CA-

CAPUT XLV.

De Oratione „ Pater noſter, qui es in cœlis „ ejuſque Expoſitione.

FRactionis oratione abſoluta, & D. Jacobi petitione, quam recitat, cum Miniſtri *prædicam* proclamant, expleta a Sacerdote, hic Dominicæ orationi præfationem illico orditur dicens „ Deus Pater Dòmini noſtri etc. „ Populus „ Sanctificetur nomen tuum etc.

Orationem hanc in Matthæi Evangelio nos Dominus noſter illis verbis docuit „ Sic itaque orate: Pater noſter etc „ Modum item nobis præſcripſit, quo nos orare oporteat „ Cum oras, ne ſis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus „ hoc eſt: ut laudentur ab hominibus, qui ipſos orantes vident „ Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam „ Laudem nimirum ab hominibus, quam ſibi ſcopum præfixerant „ Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & claude oſtium tuum „ ſenſus eſt: in corde tuo ora, & menti tuæ, ne divagetur, oſtium claude, neve in eam cogitationes nequam penetrent; conſcientiam quoque ab omnibus ſordibus & iniquitatibus munda, neque te juſtifices, ne in corde quidem tuo, ut Phariſæus ille „ Sed ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, manifeſte reddet tibi „ Item „ Cum oratis nolite multum loqui, ſicut Ethnici, putant enim quod in multiloquio exaudiantur, nolite aſſimilari eis, ſcit enim Pater veſter quid opus ſit vobis antequam petatis eum: ſic itaque vos orabitis Pater noſter qui es in Cœlis, ſanctificetur nomen tuum. „

Convenientiſſime profecto, ut a fidelibus tam in Liturgia, quam omni momento hæc oratio diceretur, ordinatum fuit, Filii ſiquidem doctrinam Chriſtianos edocet, & Patris in

nos gratuitam Paternitatem oſtendit, ac noſtram filiationem; unde anima noſtra tanto talique gaudeat Patre, nec malum nobiſcum conflictantem timeamus.

Pater noſter qui es in cœlis: Patrem ſcilicet illum vocamus, eo quod ab initio quidem nos ex nihilo creavit, ac quotidie corporibus animas ex nihilo pariter creat. Eaque propter filius *bra* dicitur, quia *metbaria* ex nihilo in ipſo anima creatur nempe. Poſt primam enim creationem, omnia, unum ab alio, generantur, una rationali anima excepta.

Pater noſter: Ob ſalutem quam nobis præſtitit juxta illud Iſaiæ Prophetæ „ Tu Domine Pater noſter es, & Salvator noſter, & a ſæculo nomen tuum „ *Pater noſter* per baptiſmum & fidem juxta illud „ Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri „ Et juxta illud „ ſed per miſericordiam ſuam vivificavit nos per lavacrum generationis, & renovationem Spiritus ſancti „ *Pater noſter* per gratiam & adoptionem in filios, juxta illud „ Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Patrem, Patrem noſtrum, & ipſe Spiritus teſtatur Spiritui noſtro, quod ſumus filii Dei „ Cumque omnes inſimul pauperes & divites unum ſimus corpus, ac fratres, alter proinde pro altero orare debeamus, Patrem noſtrum communiter ac univerſe dicimus.

Qui es in cœlis: Quamvis in cœlo & in terra, ac ubique locorum ſit Deus, cœlum tamen ipſius thronus & ſedes dicitur juxta illud, quod ipſe per Iſaiam dicit „ Hæc dicit Dominus, cœlum mihi ſedes, & terra ſcabellum pedum meorum „ Quod & Salomon in ſua oratione cum templum Domini ædificaſſet, inquit „ Et exaudies in loco habitationis tuæ in cœlo, & dimittes ſi peccaverit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod juramentum, quo teneatur aſtrictus, & venerit, ac juraverit coram altari in domum hanc, & tu exaudies de cœlo „

San-

Sanctificetur nomen tuum: Hoc eſt: glorificetur in nobis nomen tuum cum bene agimus, & a nobis, cum in filios nos tibi adoptare dignatus ſis „ Videte quanta ſit Dei in nos charitas, quod nos filios nominavit & fecit „ Curemus itaque ac ſatagamus ut glorificetur nomen Dei Patris noſtri per juſtitiæ opera quæ facimus; in hoc ſiquidem filii Dei a filiis Satanæ ſecernuntur, ait Joannes Apoſtolus, & ita ipſe etiam veritatis Dominus nos docuit cum in Matthæi Evangelio mandavit dicens „ Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. „

Adveniat regnum tuum: Veniat ſcilicet, auxilium tuum, & Spiritus tuus ſanctus, ac nos a diabolo, qui nobiſcum congreditur, atque ſuper nos regnare pertentat, liberet. *Regnum tuum.* Tui nimirum unigeniti filii, qui in omnes regnet, poteſtas; de quo regno ipſe Dominus noſter in ſuo ſancto Evangelio pluribus prædicavit inquiens „ Appropinquavit regnum cœlorum „ Et illud quidem aliquando grano ſinapis, interdum vero fermento, nonnumquam theſauro abſcondito in villa, aliquando demum ſagenæ aliiſque rebus aſſimilavit, ut illius in nobis deſiderium excitaret.

Fiat voluntas tua: Ipſius voluntatem fieri petimus, quia omnes homines ſalvos eſſe, & ad veritatis cognitionem venire vult; & Joannes quidem in ſua epiſtola inquit „ Et hanc fiduciam habemus apud eum, quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem ejus, audit nos „ Quid quod & ipſe Dominus noſter orat dicens „ Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte, ſed non ſicut ego volo, ſed ſicut tu „ Et paulo poſt „ Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua „ Jam vero ſi ille, cui preces offeruntur, Patrem ſuum orat dicens „ Fiat voluntas tua „ Quanto magis omni momento, & in omni re nos dicere oporteat, fiat voluntas tua, nec quidquam a voluntate Dei alienum efficere, eidemque animas noſtras commendare juxta Petri Apoſtoli ſen-

ſententiam „ Itaque & hi, qui patiuntur ſecuudum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas ſuas in benefactis „ Non enim omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt.„

Sicut in cœlo & in terra: Fiat nimirum voluntas tua in nobis, ut mandata tua ſervemus in terra, ſicut in Angelis, qui mandata tua implent in cœlo. Item „ ſicut in cœlo „ hoc eſt: Quemadmodum a bellis & ſeditionibus cœlum eſt pacatum, & in ipſo tua vòluntas perficitur, per Angelos ſcilicet; ita etiam in terra tua voluntas fiat, non autem voluntas diaboli adverſarii noſtri, qui tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret.

Da nobis panem: Id eſt: Ut Pater filiis alimentum præſta corporis, illa etiam confer, quæ animæ congruunt. Panis quippe ſacrorum librorum idiomate nuncupatur quodcumque corporei alimenti genus, juxta illud „ Ecce pluam vobis panem de cœlo „ Et Miphiboſeth comedebat panem ſuper menſam Regis quaſi unus de filiis Regis „ Panis etiam nomine venit alimentum animæ juxta illud,„Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet. „

Indigentiæ noſtræ: Corporis videlicet alimentum, non vero divitias neque ſuperflua, quæ ventris luxuriæ deſerviant, neque paupertatem, ut non declinemus ad furtum, eaque propter Dominum Deum noſtrum cum ſapiente adprecari nos oportet, & dicere „ Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar: vanitatem & verba mendacii longe fac a me. Paupertatem & divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus mentiar, & dicam: Quis eſt Dominus, aut egeſtate compulſus, furer, & perjurem nomen Dei mei. „

Hodie: Tò, hodie, ne ſimus ſolliciti de craſtino, monemur. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi, ſufficit diei malitia

litia ſua, ait in Matthæi Evangelio Dominus noſter, & ad Moyſem inquit Dominus „ Ecce ego pluam vobis panem de cœlo, egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies „ *Hodie*, & non ad plurimos annos, ſicut animæ ſuæ dixit inſipiens ille „ Anima mea habes multa bona repoſita in plurimos annos, requieſce, comede, bibe, epulare „ Qui propterea ſtatim audivit „ Sulte hac nocte animam tuam repetent a te „ Præterea per tò *hodie* admonemur, & hortamur, ut non de iis, quæ tranſeunt; ſed de iis quæ futura ſunt, & permanentia, ſimus ſolliciti.

Dimitte nobis debita noſtra: Hoc eſt: Culpas & peccata, quæ in proximos noſtros commiſimus.

Sicut & nos dimiſimus debitoribus noſtris: Senſus eſt, Veniam venia nobis confer, & pro gutta quam dimittimus, magnum peccatorum pelagus nobis dimitte. Dicimus autem Sicut „ & nos dimiſimus debitoribus noſtris „ Quia oportet ut prius dimittamus, ac deinde veniam petamus, quam tum recipere mereamur. Ipſe enim Dominus noſter alio in loco nos hoc docuit dicens „ Cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis adverſus aliquem, ut & Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra „ Alibi etiam ait nobis „ Eſtote miſericordes ſicut Pater veſter miſericors eſt: Nolite judicare, & non judicabimini, dimittite, & dimittemini; date, & dabitur vobis, menſuram bonam, & confertam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum, eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis „

Ne nos inducas in tentationem: In tribulationem ſcilicet, quia natura noſtra infirma eſt; ut non deſeramur, Deus enim non ſinit nos tentari ſupra id quod poſſumus, ac tentationi noſtræ proventum facit, ut ſuſtinere valeamus, uti Apoſtolus in ſua epiſtola ad Corinthios dixit.

Sed libera nos a malo: A diabolo nimirum, quia plurima nobis infert damna, nec cum ipſo congrediendi nobis vir-

tus

tus ineſt; quam ob rem Epheſios Apoſtolus monens dicebat „ De cœtero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus, & induite totam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare contra inſidias diaboli, quia non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem; ſed adverſus Principes, & poteſtates et adverſus mundi Rectores tenebrarum harum, adverſus ſpiritus malos, qui ſunt ſub cœlo, propterea induimini totam armaturam Dei, ut poſſitis occurrere malo„

Quoniam tuum eſt regnum. Senſus eſt: quoniam regnum tuum nec tranſit, nec mutatur, ut regnum terrenorum, eaque de cauſa timendum nobis non eſt; te quippe noſtro Rege, nobiſque ſervis tuis, nihil contra nos ſtare poteſt.

Et virtus. Virtus videlicet tua, omnes creatas virtutes continet, ac omnia vincit.

Et gloria. Id eſt: omnes ſuperiorum & inferiorum gloriæ tibi offeruntur.

In ſæculum ſæculorum. Amen. Scias, quod iſta „ Quoniam etc. „ In omnibus Evangelicis codicibus haudquaquam exſtant. Una autem ac communiter prædicta Dominica Oratio dicitur, in ſignum illius communis paternitatis & ſpiritualis filiationis, atque ad fidelium ab inſidelibus diſtinctionem. Univerſus populus Dominicam Orationem recitat, ſuſpirabundus deprecans, ut ſanctè ſanctificetur, ad hoc, ut deitatem debita ſanctitate ſanctificet, & ſanctis myſteriis communicare mereatur. Per Dominicam item Orationem, illum, qui nos communione & intelligentia ſui dignos fecit, ſanctificamus atque glorificamus. Præterea Dominica Oratione cognoſcimus paternitatem illam, quæ omnia procreat ac perficit in incorruptibili vita, quamque perpetua participatione poſſident conſummati, ubi futura beatitate digni efficiuntur. Poſtremò ſciendum eſt, quod Sacerdos, ut lingua in corpore, Dominicam Orationem exorditur, eumque poſtea fideles ſubſequuntur.

CA-

CAPUT XLVI.

De iis, quæ a dicta Oratione Dominica ad fractionem uſque conficiuntur.

ABſoluta Dominica Oratione; illico Sacerdos ſubjicit, & dicit „ Etiam Domine etc.

In qua Oratione Deum Patrem, ut eas preces ac petitiones, quas cum populo in Dominica Oratione fudit, ratas acceptaſque habeat, ſuppliciter rogat & obſecrat. Populus reſpondet *Amen*, ita nimirum fiat. Poſtea Sacerdos dicit „ Pax vobis omnibus „ illos ſcilicet his verbis monet, ut omnibus prorſus perturbationibus vacent, ac pacem ſecumipſis, ac alter cum altero habeant, ut ea ratione digni reddantur vivificorum myſteriorum ſumtione.

Populus reſpondet & dicit „ Et cum Spiritu tuo „ Hoc eſt: Dominum precamur, ut tecum etiam ſit Pax, quam nobis dediſti.

Statim Miniſter populo mandat inquiens „ Inclinate capita veſtra etc.„ Illis ſcilicet hoc mandat: Inclinate capita veſtra coram Deo, quia Sacerdos hanc orationem pro vobis, & propter vos fundit, & offert eam ipſi miſericordiarum Patri; Ideo inclinate capita veſtra coram ipſo, utque id vobis concedatur quod Sacerdos precatur,ſupplices illi adhibete preces.

Reſpondet populus „ Coram te Domine Deus capita noſtra inclinamus „ Id eſt: Coram te Domine capita noſtra, ut mandavit Miniſter, inclinamus.

Sacerdos etiam orat & dicit „ *Tibi famuli tui &c.* Qua in oratione Patrem obſecrat Sacerdos pro populo, ut miſerationes ac benedictiones demittat in eos, ut cum debita puritate vivifica myſteria percipere mereantur.

Sacerdos autem dicit „ Pax vobis omnibus „ pax quam

in

in hoc loco Sacerdos populo apprecatur, illam refert, quam poſt reſurrectionem ſuam Dominus noſter diſcipulis ſuis dedit, cum in cœnaculum ad eos ingreſſus dixit „ Pax vobiſcum „ Tunc Sacerdos dicit „ Sit gratia etc. Populus „ Et cum Spiritu tuo Pater noſter „ Hoc ſcilicet illis dicit „ Hæc myſteria quæ conſecrata, perfecta, & conſummata ſunt pro vobis, quæque ſumturi eſtis, per Trinitatis gratiam vobis collata atque impertita ſunt, cum neque præter, neque extra Trinitatem, ſed ſint unius perſonæ ipſius Trinitatis, filii nimirum, qui incarnatus eſt.

Propterea populo dans pacem, ter eos crucis ſigno obſignat in ſancta Trinitate, quæ omnia cuſtodit, perficit & conſummat. Tum Miniſter illico ad populum dicit „ Unuſquiſque in timore etc.„ Hoc eſt: Unuſquiſque in timore, tremore & reverentia mundo ſublimiora myſteria intueatur, quæ Sacerdos elevat, ſuntque corpus & ſanguis Domini & Dei noſtri. Tunc Sacerdos myſteria circumferens exclamat ac dicit „ Sancta Sanctis etc „ Hæc ſcilicet myſteria ſancta ſunt, ſacra, vivifica & Sanctis danda. Inſuper „ Sancta Sanctis „ Hoc eſt .: Animæ, corporibus, ac menti quæ tribus ſanctificata ſunt ſanctificationibus, aquæ videlicet, igne & Spiritu, per Patrem etiam Filiumque, ac Spiritum ſanctum.

Rurſus „ Sancta Sanctis „ Id eſt : homini, qui in ſui compoſitione ſanctus eſt, & imago Dei : anima enim Patrem, corpus incarnationem Filii, ac mens Spiritum ſanctum refert, & in hoc ſimilitudinem Dei gerimus. Præterea *Sancta Sanctis.* Quemadmodum ſcilicet, myſteria a puris & ſanctis Sacerdotibus conſecrantur, ita ſolum puris & ſanctis diſtribuuntur, ac dantur. Qui enim cum purus non ſit, ſumit, reus fit, eo quod non dijudicarit corpus Domini noſtri juxta Apoſtoli ſententiam. Ad hæc : *Sancta Sanctis* illis nimirum, qui Sancti ſunt tribus. Sanctificationibus, hoc eſt : Regenerationis ſignaculo, Chriſmatis obſignatione, & crucis ſigillo, quibus velut

uti unionibus condecorati, & filii Dei ſumus effecti. *Sancta Sanctis* ſanctificationes illi ſancto deberi ſignificat, qui omnia ſancta in ſe continet, ut is nobis concedat, qui eum ſancte glorificemus, contrectemus, ac diviné cum ipſo commiſceamur. Denique *Sancta Sanctis*: Illam communem omnium Sanctorum gloriam deſignat, quæ tunc erit, cum in ſæculo futuro conſortes illius beatæ naturæ effecti eam inceſſanter ſanctificabunt, & ab ea indeſinenter ac perpetuo ſanctificabuntur.

Rurſus ſurſum attolluntur myſteria, & circumferuntur per manus Sacerdotis exclamantis & dicentis: *Sancta Sanctis*,, Quo Aſcenſio Domini noſtri in cœlum ſignificatur, ac virtutes angelicæ repræſentantur, quæ glorioſè ipſum ſanctificabant. Præterea Patenam, in qua eſt Domini noſtri corpus, & calicem ſanguinis ejuſdem, Sacerdos elevando in aera, ipſum exhibet, dum in nubibus elevatus intravit in gloriam ſuam. Item corporis & ſanguinis in altum elevatio reſurrectionem Domini noſtri a mortuis deſignat, eaque propter poſt utriuſque elevationem populus exclamat dicens,, per Chriſti Regis reſurrectionem ,, Populus autem, dum corpus in patena elevat Sacerdos, profitetur dicens ,, Unus Pater Sanctus etc. ,,

Modo ſcilicet tu, o Sacerdos, dixiſti, hæc ſancta ſanctis eſſe danda. Nos itaque fatemur, ac dicimus, Sanctum neminem eſſe, niſi unum Deum Patrem, unumque Deum Filium ejus, ac unum Deum Spiritum, qui ab ipſo eſt.

Cum verò calicem circumfert Sacerdos dicit,, etiam Domine etc.,, Eique mox populus reſpondet inquiens ,, Gloria Patri etc. ,, Senſus eſt: Sanctæ ac ſanctificanti Trinitati gloriam attollimus, ut per gloriam, quam ipſi offerimus & linguæ noſtræ ſanctificentur, & debita noſtra ante myſteriorum ſumtionem expientur. Item. *Unus Pater ſanctus*, quia nec alium Patrem agnoſcit, ut ſunt terreni patres, nec alium Filium habet niſi Dominum Jeſum Chriſtum, unde ab ipſo omnis paternitas nominatur ſive in cœlo, ſive in terra. *Unus Filius ſanctus*,

quia ſcilicet, non eſt alieni Filius, ut illi,qui in terra, qui patrum ſuorum filii & filiorum ſuorum ſunt patres. *Unus Spiritus ſanctus*, qui nimirum a Patre procedit, & a Filio accipit, ac Patri Filioque eſt conſubſtantialis, cuique ſanctitatis nomen propriè tribuitur. His,qui æqualis ejuſdemque ſunt naturæ, ac in proprietatibus ſunt diſtinſti, gloria & honor in ſæcula. Amen.

Item exclamat populus *Unus Pater ſanctus*, ut palam, ac manifeſtè demonſtret, quod etiam poſt Domini noſtri diſpenſationem, Trinitas, ut erat, permanſit, nec, ut quidam ſtulti delirarunt, quarta perſona fuit ei ſuperaddita; quinimò illa ipſa ab inferis & ſuperis glorificatur. Cæterum æquiſſimum ſane eſt, ut ante myſteriorum perceptionem, Trinitatem ſanctificemus, ſicuti Iſaias, poſtquam ſanctificationes audivit, per ardentem carbonem ori ipſius myſticè admotum, quin tamen illi communicaret, purgatus fuit. Jam ſi Propheta tunc propitiationem obtinuit per myſterium, quod tamen non comedit. Quanto magis nunc, cum veritas comeditur, hæc ſe manducantes emundabit? Domeſticis ſuis eſt myſterium, exteris autem eſt panis. Vocatur autem myſterium, quia nec comprehendi poteſt, nec ab ullo alienigena comeditur. Occluditur vero porta, ſeu velum, & abſconduntur tremenda myſteria; idque eo fit, ut Dominus noſter ab omnibus occultus, & in gloriam ſuam ingreſſus fuiſſe ſignificetur.

CAPUT XLVII.

De Fractione, ſeu Fragmentis.

SAcerdos hoſtiam in manus ſuas accipiens dicit „ Humiles Domine etc. „ Et deinde eam frangit in duas partes. Eam autem in duo frangendo, oſtendit verè paſſum fuiſſe Verbum in carne, ac immolatum, & fractum in cruce, hoc eſt: ani-

mam

mam ipſius ſeparatam fuiſſe ab ejus corpore, cum mortuum fuit ſuper lignum. Sacerdos accipit partem de corpore; quam partem intingit in ſanguinem; eademque ſignat ſuper corpus, poſtquam parte ipſa, quam præ manibus habet, illam partem, ſeu dimidium quod eſt in patena, transfigit in ejus latere, quo lancea Chriſtum in ſuo latere transfixum demonſtrat. Poſtea vero totum corpus ſignando ac dicendo „ aſpergitur etc. Indicat occiſum hujuſmodi ſuo ſanguine tinctum ac reſperſum fuiſſe, cum in cruce ex lancea transfixo ſuo latere ſanguis exivit, & aqua, quibus conſperſus fuit.

Afferendo autem de ſanguine, & in modum crucis ſignando ſuper corpus, unionem animæ cum corpore ſignificat; atque oſtendit quod poſtquam ſeparata fuit ānima Verbi ab ejus corpore, regreſſa eidem fuit unita, cum ejus divinitas nullo prorſus pacto fuerit ſeparata, aut ſeparetur ab ejus corpore, vel anima. Et panis quidem ille eſt Verbi Dei corpus, vinum verò ejuſdem eſt anima. Quia ſanguis animam repræſentat juxta illud Scripturæ „ Anima omnis carnis ſanguis eſt. „

At quam ob rem de ſanguine affert ad corpus, non verò de corpore defert ad ſanguinem? Dicimus: quia ſanguis ſymbolum eſt animæ: anima vero ipſa venit, ſeque Verbi corpori univit, cum in carne a mortuis ſurrexit, non autem corpus ad animam ivit, cumque ea ſe ſe conjunxit.

Poſtquam autem de ſanguine ſignavit corpus, conjungit, & conſociat alteram cum altera has duas hoſtiæ partes, quo facto Emanuelis unam Perſonam, duaſque unitas naturas ſignificat ac declarat, illud præterea indicat, quod poſtquam ille in cruce fuit immolatus, proprio ſanguine reconciliavit, conjunxit, & copulavit coeleſtes cum terrenis, populum cum populis, & animam cum corpore.

Quare acceptum de corpore carbonem mittit in calicem? Reſpondemus, ut hic hujuſce corporis ſanguis, & hoc hu-

jus ſanguinis corpus eſſe non autem alterius dignoſcatur. Carbonem inſuper mittit in ſanguinem , ut indicet, quod is, cujus hoc eſt corpus, & hic eſt ſanguis, ſeipſum pro nobis in cruce immolavit. Adhæc carbonem immittit in ſanguinem, ut declaret quod quamvis, duobus in vaſis corpus & ſanguis ſint repoſita, unum tamen Dei eſt corpus dominicum. Poſtquam autem corporis carbonem miſit in ſanguinem, ipſum corpus in plures frangit carbones, quo facto Dominum noſtrum imitatur, qui ſuum corpus fregit, & diviſit in cœnaculo. Præterea corpus in plures margheritas ſeu carbones frangit, ut omnibus fidelibus fiat ſatis. Illud pro ſua prudentia, advertant Sacerdotes, ut cum fideles Domini noſtri corporis participes faciunt, unum carbonem in duas, vel tres, vel ulteriores partes non frangant, ſed unum carbonem integrum uni tribuant, ac crux integra in quolibet carbone detur, neque ſignaculum crucis, quod eſt in carbone, per fractionem corrumpatur, uti Sacerdotes Chriſtianorum myſteriorum ignari faciunt. Antiqui etiam Sacerdotes carbones, qui in calices mittebantur, non ſumebant, ſed eos in ipſis calicibus educebant ad fideles, qui eos videbant, ut ſcilicet argumentum inde caperent, & intelligerent, quod ſanguis ipſe, qui eſt in calicibus, illiuſmet ſit corporis, quod antea ſumſerant. Cum autem Sacerdos carbonem in calicem mittit, ut ſupra oſtendimus, dicit „ Divinitatem etc. „

Conjunxiſti Domine. Cum ſcilicet Deus ac Dominus excelſus ſuper omnia eſſes, ad terram humilitatis noſtræ deſcendiſti, humanamque tibi naturam, quin ab eo quod eras mutareris, univiſti; & cum hominibus conjunctus, cum iiſdemque converſatus, divinam ipſos ſcientiam docuiſti, eorumque deſiderium impleviſti, quod in primis parentibus ut Dii fierent ſcientes bonum & malum, concupierant.

Vitam tuam cum noſtra mortalitate. Cum nimirum per Adæ patris noſtri prævaricationem mortui fuiſſemus, in morta-

ta-

talitatis noſtræ mundum adveniens homo factus es, aſſumſiſti quippe humanam naturam, eamque cum divina tua Perſona abſque ulla confuſione, commixtione, aut permixtione univiſti, in qua ſuper crucis lignum pro nobis mortuus, a maledictione nos liberaſti, ac ſalvos feciſti.

Quod noſtrum eſt aſſumpſiſti. Hoc eſt: humanam noſtram naturam, quam tuæ divinæ Perſonæ conſociaſti. Rurſum, *aſſumſiſti noſtrum*, id eſt: peccatum noſtrum, uti ſterilium Filius de te dixit, ubi te vidit,, ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi,,

Nobis dediſti quod tuum eſt. Nos ſcilicet deificaſti, cum adveniens naturæ noſtræ fuiſti unitus, ac nobiſcum conſociatus, atque converſatus ſuper terram. Item. *nobis dediſti quod tuum eſt.* Id eſt, gratiam tuam, per quam nos a peccati morte vivificatos, redemiſti & ſuſcitaſti, tecumque conſedere feciſti. Qua de re audiendus eſt Apoſtolus in ſua ad Epheſios epiſtola, hæc inquiens,, Deus autem, qui dives eſt in miſericordia propter nimiam caritatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis convivificavit nos in Chriſto, cujus gratia ſalvavit nos, & conreſuſcitavit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Jeſu, ut oſtenderet in ſæculis ſupervenientibus abundantes divitias gratiæ ſuæ & ſuavitatis ſuæ, quæ ſuper nos facta eſt in Chriſto Jeſu. Ipſius enim gratia ſalvati ſumus per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei eſt. non ex operibus, ut nequis glorietur, ipſius enim ſumus creatura creati in Chriſto Jeſu in opera bona, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus,,

Poſtea Sacerdos circumfert patenam a dextera ad ſiniſtram circuiens. Quo demonſtrat, quod Dominus noſter ad filios ſiniſtræ vocandos advenerit, ait enim,, Non veni vocare juſtos, ſed peccatores,, Tum circumfert calicem a ſiniſtra ad dexteram ſe convertens. Eoque ſignificat quod nos Dominus noſter a ſiniſtris, ſeu errore, ad dexteros mores revocarit.

Dein-

Deinde patenam ſuper calicē imponit, eamque circumfert per gyrum; quo facto pro totius mundi peccato Dominum noſtrum immolatum, ſuumque pretioſum ſanguinem pro omnibus, qui univerſo in terræ orbe ſunt, hominibus fudiſſe indicat atque edocet.

CAPUT XLVIII.

Theoria de iis, quæ dicta ſunt.

CUm autem iterum in ipſa Theoria progredimur ad ſpirituales delicias pervenimus. Porro Sacerdos, poſtquam populus dicit,,unus Pater ſanctus etc. pallis myſteria cooperit, ubi vero ipſa myſteria percipere, vel aliis percipienda porrigere deſiderat, eadem detegit. Pallæ, quibus myſteria Sacerdos cooperit, ſymbolum ſunt illius, qui ad Domini noſtri ſepulchri oſtium ſuper poſitus fuit, lapidis. Typus præterea ſunt Sindonis, qua ejuſdem ſanctum corpus fuit involutum. Myſteria vero cooperit, quo facto tempus illud, quod Verbi incarnationem præceſſit, ab hominibus abſconditum, & abditum fuiſſe ſignificat. Poſtea myſteria detegit, & pallas ſeorſim collocat: hoc lapidem illum repræſentat, quem revolvit Angelus, cum Dominus noſter ſurrexit e ſepulchro, & diſcipulis ſuis apparens eos confirmavit. Manifeſtationem etiam Domini noſtri in carne eo facto deſignat. Sacerdos primum ipſe myſteria ſumit, tum aliis porrigit, ſicut & Dominus noſter primum corpus ſuum, & ſangninem in cœnaculo ſumſit, deinde diſcipulis ſuis porrexit. Item ut ſeipſum quoque indignum eſſe, & infirmum Sacerdos ſignificet, ac gratis omnino ea myſteria celebrandi ſe dignum effectum. Rurſum, ut declaret, quod debeat operarius prius ipſe de agri ſui fructu ali, ac deinde alios participes efficere, doctorem pariter prius doctrina repleri oport et, ac poſtmodum alios docere.

Rur-

Rurſum Sacerdos myſteria clericis, ac populo diſpenſando, quod Dominus noſter in cœnaculo fecit, imitatur, qui corpus ſuum & ſanguinem ſuis diſtribuit diſcipulis.

Item dicimus, quod myſteria hæc corporis & ſanguinis, quæ Sacerdos diſtribuit, & fidelibus porrigit, ut erant poſt reſurrectionem Chriſti, nimirum impaſſibilia, immortalia, & incorruptibilia, non autem ut ſe habebant ante ejus reſurrectionem, ſic ab eo diſtribuuntur. Jejuni autem myſteria ſumere debemus, quia propter gulam & cibum e ligno vitæ excidimus, & per jejunium gulam vincimus, præterea jejuni participamus ob myſteriorum honorem.

Ad populum myſteria per Sacerdotem prodeunt, ſicut & ipſe filius per Apoſtolos ad populos prodiit. Et calix quidem primus prodit, non quod antiquior ſit, ſed quia ex corpore viſibili ſanguis primus prodit. Tollitur velum, & omnibus myſteria manifeſta fiunt, ſicuti & dominicæ Incarnationis myſterium abſconditum per inclytos præcones, & Evangelicam ad univerſum orbem factam annunciationem, apparuit.

Sumuntur myſteria in ſpiritualem ac indelebilem cibum, quo veri fideles a filio illuminati fuiſſe, & ſpiritualis cum ipſo gaudii digni effecti, ac ejusdem divinam ſcientiam promeruiſſe ſignificantur. Item participatio myſteriorum, quæ hìc fit, pignus eſt illius, qua in futuro ſæculo ſupra omnem captum indeclinabiliter, ac ſancte atque ſpiritualiter ipſamet Chriſti perſona perfruemur. Præterea corpori & ſanguinis ſancti participes efficimur; quia ſcilicet, per ipſius in carne manifeſtationem, illuminati ſumus, & ab ipſo veræ vitæ, ac ſempiterni gaudii ſagina alti. Tandem per myſteriorum participationem intellectum nudum, qui conſummatus ac dignus eſt effectus, ut ſanctiſſimæ Trinitatis Theoriam, ex qua ſancti ineffabile alimentum ſugunt, participet, intelligimus, ac agnoſcimus.

CA-

CAPUT XLIX.

De gratiarum Actione.

POſt ſanctorum ac vivificorum myſteriorum communionem & perceptionem, Miniſter dicit „ *Iterum Oremus &c.* Quibus populum admonet, ut pro vivificorum ac propitiatoriorum myſteriorum ineffabilibus donis confiteantur illi, qui eadem ipſis conceſſit. Sacerdos orat „ Gratias agimus tibi Domine Deus noſter etc.

Hac in oratione pro vivificis, quæ nobis dedit, myſteriis Deo gratias agit Sacerdos, illumque rogat, ut non in reatum, ſed in propitiationem ac emundationem nobis ſint. Petit inſuper ab eo, ut nos in juſtitia ac ſanctitate cuſtodiat, ita ut in futuro ſæculo illorum ſortem ac hæreditatem promereamur, qui a ſæculo illi placuerunt. Item dicitur oratio confeſſionis, & gratiarum actionis in evidens ac manifeſtum argumentum, quod fideles univerſi illi confiteantur, & gratias agant, qui horum omnium dignos nos fecit. Præterea confeſſionem perficiunt, illi, qui divino ipſos convivio dignos reddidit. Aliam inſuper confeſſionem edunt illi, qui veram nos confeſſionem docuit in fine temporum. Tandem confeſſione, & gratiarum actione illa omnium, qui in thalamum admittuntur, confeſſio repræſentatur, quam univerſim illi referent, qui ſpiritualibus deliciis, & unione cum ipſo mortales dignos fecit. Poſtea Miniſter dicit,, Coram Domino capita noſtra inclinemus,, Illis ſcilicet mandat, ut ſua coram Deo capita inclinent, quandoquidem, & hanc, quæ ſequitur, pro illis Sacerdos fundit orationem „ Deus ille magne, ſtupende etc. Hac in oratione Filium rogat Sacerdos, ut populo miſertus, ſuper hunc benedictiones effundat, eoſque ab omnibus peccatis & noxis cuſtodiat. Scire autem oportet, quod cunctæ oblationis ora-

tio-

tiones, quas Sacerdos dicit ad Patrem dirigantur. Id autem ex eo dignoſcitur, quod Sacerdos, qui offert, typum gerit Chriſti, qui factus eſt mediator Dei inter & homines, nam tamquam ex perſona Chriſti hujus Corpus, & Sanguinem ſua nominat. Præterea ex eo conſtat, quod in omnium orationum fine Deo Patri ſupplicet Sacerdos per ejus Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dicens „ Per gratiam, clementiam, miſericordiam Unigeniti Filii tui, per quem, & cum „ quo tibi convenit gloria, honor, & poteſtas cum Spiritu tuo „ In duabus tantum Orationibus Sacerdos ſermonem convertit ad Chriſti perſonam, in diſpenſationis ſcilicet Oratione, in qua totam memorat diſpenſationem, ut ſuperius cap. 31. diximus, & in hac poſtrema. In illa quidem, quia mors, reſurrectio a mortuis, in cœlum aſcenſio, ad dexteram Patris ſeſſio, & cætera, quæ nos commemorare præcepit, Filii ſunt, & non Patris. In hac vero Sacerdos Filio gratias agit; quod per ipſum nobis ad Patrem factus fuerit acceſſus, & ipſe eſt via quæ deducit, & Janua, quæ inducit nos ad Patrem ſecundum verba ejus mendacio minime obnoxia, ut illud „ Ego ſum via veritas, & vita, & nemo venit ad Patrem niſi per me „ Et illud „ Ego ſum oſtium, per me ſi quis introjerit, vivet, & intrabit, atque exiet, & paſcua inveniet „ Eaque propter illi confiteri, atque gratias agere debemus in hac oratione, qui cauſa nobis fuit, ut accederemus ad Patrem. Cum enim longe poſiti, atque deſpecti eſſemus a Patre ob protoparentis prævaricationem, per eum nos vocavit, & ad ſe accedere fecit. Poſt ultimam hanc orationem Miniſter dicit juxta conſuetudinem Orientalem „ Benedic domne: Ite in pace „ populum ſcilicet dimittit in pacem ac tranquillitate. Populus reſpondet „ In nomine Domini Dei noſtri „ Quemadmodum ſcilicet juſſiſti, diſcedimus in nomine Domini Dei noſtri: At in occidente hæc minime dicuntur, ſed dicto a Miniſtro *Benedic domne* Sacerdos illico inquit „ Benedic nobis omnibus, cuſtodi &c. „

Ac ſtatim eos Divinæ gratiæ commendat dicens „Ite in pace Fratres cariſſimi commendati &c.„

Oportet, ut cum Sacerdos prædictam commendationem dicturus eſt, dexteram ſuam ſuper Altare ponat, ac ſubito ad populum convertatur eaque ſuper illum cruces ducat, & dicant pſalmum 34. „Benedicam Dominum in omni tempore &c. ac poſtea dicunt voces laudis „Corpus tuum comedi &c. vel „Lætamini juſti „ non in judicium, neque in commendationem &c. Ac deinde obſignat populum dicens „ Benedictio Domini noſtri Jeſu Chriſti &c.

Poſtquam vero ſumſit corpus, & bibit Sanguinem, ac miniſtravit, ſeu abſterſit, dicit „Quia comedi Corpus tuum &c. Ac dat Altari pacem dicens „ mane in pace &c.

CAPUT L.

Summa Theoriæ totius oblationis.

DIcimuſ itaque veluti brevi compendio: per templum anima munda ſignificatur: per Altare cor purum repreſentatur: per Sacerdotem mens virtutem colens: per Corpus, & Sanguinem abſconditas ac inſignes divitias: per pacis apprecationem, communem concordiam exprimimus. Per Anaphoræ elevationem, abſconditorum occultorumque ſcientiam per Incurvationem, quæ fit in inclinationibus, ſpiritualem adorationem indicamus: per communem conſenſum, primariam conſecrationem: per modeſtum tremulum motum, gratiam divinam; per triſagium, Trinitatis Theoriam deſignamus per eorum, quæ in coenaculo geſta ſunt, enarrationem, opus Sacerdotale: per commemorationem mortis, Typum illum vivificum oſtendimus. Per illapſum, divina chariſmata, per Crucis ſignaculum, cogitationum perfectionem exhibemus: per myſticum viſum, unitas illa ſpiritualis: per commemora-

tionem , quæ pro vivis & pro mortuis fit , caſta oratio pro omnibus innuitur. Per fractionem,& ſignationem ſacrificium perfectum motuum rationalium ; per Crucis obſignationem , & trium Sanctorum nominum invocationem , conſummatam perfectionem , quæ per Sanctam Trinitatem fit : per Dominicam orationem , Fiduciam filialem intelligimus . Per „ Sancta Sanctis „ ſublimes exaltationes , per myſticam ſumtionem cæleſtes illas delicias ſignificamus; a ſumtione ad uſque Litnrgiæ finem , futurum ſoeculum deſignatur , in quo alio plane modo ſanctificamur , & ſanctificamus magnum ac ſtupendum myſterium .

Per confeſſionem , & gratiarum actionem , confeſſionem illam , quæ propter omnia , ac pro omnibus eſt , repreſentamus .

APPENDIX

Ad Græcam Jacobi Liturgiam.

Joſepho Aloyſio Aſſemano Viro doctiſſimo Benedictus Monaldinius Hieromonachus Cryptoferratenſis.

Legi vir clariſſime, quatuor tui Codicis Liturgici priores libros, quos ſumma cum laude Ingenii tui in lucem edidiſti. In his quid prius admirer, ignoro. Etenim in Diſſertationibus, quas ſingulis Tomis præmittis certant cum eloquentia eruditio; & cum utraque argumentorum robur, & vis, quibus Eccleſiæ & Fidem, & Ritus invicte tutaris. Quibus de rebus ita tractas, ut nec criticæ anilem crudelitatem, nec Religio poſſit temeritatem reprehendere; quod quam difficile factu ſit, ex plurium ſcriptorum exemplis compertum eſt. At de ipſo opere quid dicam? Tam multiplex perdifficilium linguarum peritia, & labor immanis, quem in colligendis, conferendis, vertendis, inluſtrandis, diſtribuendiſque hiſce Eccleſiaſticis monumentis ſubjiſti, te litterariæ Reipublicæ bono natum teſtantur. Sed hæc præclarum tuum opus intuenti cum ſint perſpecta, meæ partes erunt gratias Tibi quam maximas agere, quod exemplar Liturgiæ Hieroſolymitanæ, quod ex Meſſanenſi Contacio, ſive volumine deſcriptum Tibi communicavi, operi Tuo adjeceris, quemadmodum, ex foliis quinti Tomi, quæ mihi amice tranſmiſiſti, cognovi. Hac de cauſſa, ut grati animi pignus habeas, ecce Tibi alium ordinem Liturgiæ Jacobi mitto, quem ex vetuſto Codice noſtræ Bibliothecæ S. Baſilii de Urbe Baccanalibus feriis, cum Romæ eſſem, deſcripſi, & converti. Compendii tamen gratia ea ſola annotavi in quibus Ordo dicti Codicis a duplici exemplari edito differebat. Quin, & nonnullas varietates lectiones omiſi, quæ minus neceſſariæ mihi viſæ ſunt.

Antiquus hic Liber Membranaceus eſt, & formæ fere illorum, quos libros vocant in octavo. Leucophæa pelle contegitur, & a tergo ex auro ſignatur numero IX. Etſi principio, & fine careat, & quædam pagellæ initio male compactæ ſint, pluribuſque locis quædam folia deſint; integras tamen continet Liturgias Petri Marci, & Jacobi nomine inſcriptas, quibus Liturgia Chryſoſtomi a Miſſa Fidelium initium ducens, præponitur. Plures alias Eccleſiaſticas Functiones complectitur; unde Ritualem librum, ſive Sacramentarium Latini dicerent; Græci Euchologion appellant.

Ex

Ex noſtro Monaſterio Patirii Romam delatus eſt; ut ex ſeguenti nota, quæ paginæ 41. ſuperiori parte habetur, colligitur „ Ex libris Monaſterii S. Mariæ de Patirio Roſſanenſis, Ordinis S. Baſilii magni „ At in calce ejuſdem paginæ hæc alia nota legitur „ In hoc libro continentur Liturgiæ S. Petri Apoſtoli, S. Marci Apoſtoli, & Evangeliſtæ, & S. Jacobi Apoſtoli; cuſtodiendus diligenter; nam ex hoc libro exſcripta fuit Liturgia S. Marci, & fuit tranſmiſſa cuidam Canonico Pariſienſi, qui Typis eam mandavit cum nimio honore „ Cætera legi non potuere. Sane ex hoc Codice deſumpta eſt Liturgia S. Marci, quam Renaudotius vulgavit.

In quadam charta, quæ aſſuta eſt huic Codici, initio hæc alia notula reperitur „ Liber iſte ex his, quæ leguntur folio 255. erant Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ; nam ſæpe meminit Ordinationum, quas Patriarchæ peragunt „ At mihi Antiochenæ potius fuiſſe videtur; aut ex aliquo Antiocheno Rituali deſcriptus. Etenim memoria, quæ fit in hac ipſa Jacobi Liturgia omnium Patriarcharum Catholicorum (ſaltem ex mente ſcriptoris) Antiochenæ Cathedræ ab ipſo Apoſtolo Petro, ad Theodoſium uſque, hoc eſt ad ſæc. XII. circiter, ut id conjiciam facit. Sub hanc ætatem poſt mortem ſcilicet Theodoſii Codicem ſcriptum arbitror. Utinam viventium tunc temporis Patriarcharum commemoratio in hoc haberetur, ut in fit in Meſſanenſi Exemplari! Verum omiſſio ſummi Pontificis, & Patriarcharum Conſtantinop. & Alexandrini; & mentio quæ fit Hieroſolymitanorum a S. Jacobo ad Joſephum, & Oreſtem, utique cum Codex ſcribebatur, vita functos, indicat Antiochenam Eccleſiam ea tempeſtate cum reliquis Eccleſiis communionem non foviſſe. Et fortaſſe duo tunc Antiochiæ ſedebant Patriarchæ, Latinus ſive Catholicus, & Græcus, ſive Schiſmaticus. Sed hoc Hiſtoricorum Judicium eſto; quibus non omnino inutilem recenſionem hanc noſtri Codicis fore confido.

Coeterum has conjecturas, Vir Doctiſſime, Tuo Judicio ſubmitto; præfatumque Liturgiæ Jacobi Ordinem, qui pag. 85. Codicis laudati incipit, & pag. 127. finit, benigne, ut aſſoles, excipias; meque Tibi addictiſſimum ſcias. Vale.

Ex Monaſterio S. Mariæ de Cryptaferrata IX. Kal. Martii an. 1752.

Im-

D*Ivina Miſſa S. Apoſtoli Jacobi Fratris Domini. Diaconus* Dominum præcemur. *Populus* Kyrie eleiſon. *Sacerdos* In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, nunc, & ſemper & in ſæcula... *Diaconus.* Stemus honeſte. In pace Dominum præcemur. *Sacerdos dicit Orationem.* Gloria Patri, & Filio &c. pag. 2. *Oratio Thymiamatis Introitus* Domine Jeſu Chriſte Dei Verbum pag. 3. *Deinde incipit orationes.* Beneſice Rex ſæculorum pag. 4. *Diaconus.* Amen. *Sacerdos* Pax tibi. *Diaconus* Dominum præcemur. *Sacerdos dicit Orationem Tymiamatis in Introitu Synaxeos.* Deus, qui admiſiſti &c. pag. 5. 6. 7. 8. uſque ad lineam 25. *ante quam lineam inſertur collectæ hæc petitio.* Pro ſalute, & auxilio ſanctiſſimorum Patrum noſtrorum NN. ſanctiſſimi Patriarchæ, univerſi Cleri, & Chriſtum amantis populi Dominum (precemur) ut remittat &c. ibid. uſque ad l. 4. pag. 9. Sanctiſſimæ illibatæ, & glorioſiſſimæ Reginæ noſtræ Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ, S. Joannis Glorioſi Prophetæ, Præcurſoris, & Baptiſtæ, Divinorum, & celeberrimorum Apoſtolorum, glorioſorum Prophetarum, & victorum martyrum, omniumque Sanctorum, & Juſtorum memoriam faciamus; ut ipſorum præcibus, & interceſſionibus nos omnes miſericordiam conſequamur (*Populus* Kirie eleiſon. *Ter.*) *& Sacerdos inclinatus dicit orationem Triſagii* Clemens, & Miſericors pag. 9. & 10. poſt cujus lin. 15. ſic legitur. *Incipit Lector.* Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miſerere nobis. *Dicitur Ter.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, & nunc, & ſemper, & in... Sancta Trinitas miſerere nobis. *Et dicit Sacerdos.* Pax omnibus. *Populus.* Et Spiritui tuo. *Dicunt Lectores Propſalma, & Epiſtolam & Stichologiam. Et Diaconus.* Dicamus omnes; Domine miſerere &c. pag. 11. uſque ad 12. l. 10. *Sacerdos dicit orationem Thymiamatis ante Evangelium.* Tibi Domine Deus noſter cujuſvis odoris ſuavitate pleno & lætitiam, ex his, quæ nobis conceſſiſti, Thymiama hoc offerimus. Aſcendat, quæ-

ſumus

ſumus Te, ex pauperculis manibus noſtris ad ſanctum, & ſuper cæleſte Altare tuum in boni odoris ſuavitatem, & peccatorum noſtrorum, atque omnis populi tui remiſſionem, gratia, & miſerationibus, & benignitate Unigeniti Filii tui, cum quo (Benedictus es, una cum ſanctiſſimo, bono, & vivificante Spiritu, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen) *Oratio ante Divinum Evangelium*. Fac ut in cordibus noſtris, hominum Amator Domine, ſincerum, & immortale tuæ cognitionis lumen effulgeat. Tu ad intelligendam Evangelii tui prædicationem noſtræ mentis oculos aperi; nobiſque concede ut beata præcepta tua timeamus, quo carnalibus concupiſcentiis conculcatis, ſpiritualis vitæ inſtitutum aggrediamur, atque omnia ad Tui beneplacitum cogitemus, atque operemur. *Alta voce*. Tu es enim felix illud Nuncium, & Illuminatio, Salvator, & Cuſtos animarum corporumque noſtrorum, o Deus, & Unigenitus tuus Filius, & tuus Sanctiſſimus Spiritus, nunc, & .. *Dicit Archidiaconus*. Recti audiamus ſanctum Evangelium. *Sacerdos*. Pax omnibus. *Archidiaconus*. Attendamus ſanctæ lectioni. *Et poſt Evangelium dicit Sacerdos*. Pax tibi. *Populus*. Gloria tibi Domine. *Diaconus*. Vacemus intente. In pace Dominum oremus. Ut mittat Deus de Cælo pacem, & ut nobis benignus ſit &c pag. 21. lin. 27. ad pag. 22. lin. 2. Pro ſalute & auxilio &c. ut ſupra. *Poſt has quatuor petitiones, ſequuntur aliæ petitiones, quæ conſtituunt collectam petitionum; quam videſis apud Goarium pag. 52. editionis Venetæ*.

Populus. Tibi Domine. *Sacerdos ſic orat dicens*. Deus, qui ſanctis, ac divinis &c. pag. 14. lin. 3. ad pag. 17. *in illa verba* Alleluja. *Mox codex addit*. Alius (*hymnus*) nos, qui Cherubim myſtice repreſentamus & *reliqua hujus hymni ommittuntur in Codice, ut pote nota Choro*. *Oratio quæ dicitur dum procedunt ſancta* (dona aut myſteria) *ex S. Dionyſio Areopagita*. Domine tuum tremendum &c. pag. 73. ad pag. 74. lin. 28. *Depoſitiſque*

que donis in ſancta Menſa, myſticoque hymno per populum finito facit Sacerdos Orationem propoſitionis. Deus Deus noſter, qui panem cæleſtem &c. pag. 17. Benedictus Deus pag. 18. *Diaconus.* ſapienter attendamus. *Populus.* Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. *Sacerdos orat* apud ſeipſum. Nullus eorum, qui carnalibus cupiditatibus (*Integram dabo in Miſſa S. Johannis Chryſoſtomi*) *Et inclinatus Sacerdos dicit*, Deus univerſorum pag. 19. uſque ad pag. 24. lin. 8. *mox ſic legitur.* Sanctiſſimæ, illibatæ, & ſuper omnes glorſoſæ Reginæ noſtræ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, Sanctorum Beatorumque Johannis glorioſi Prophetæ, Præcurſoris, & Baptiſtæ, Stephani primi Diaconi, & Protomartyris, Moyſis, Aaron, Eliæ, Eliſſæi, Samuel, David, Daniel Prophetarum, omniumque ſanctorum, & juſtorum memoriam recolamus, ut ipſorum præcibus, & interceſſionibus omnem miſericordiam conſequamur. (*Populus* Kirie eleiſon) Pro propoſitis &c. pag. 24. 19. ud vocem *Ter.*

Dum Diaconus hęc dicit (ſcilicet collectam univerſalem) *Sacerdos Crucefignat dona dicens apud ſe ſtans.* Gloria in excelſis &c. pag. 24. lin. ult. ad pag. 25. lin. 17. *Et dicit ad eos, qui una cum ipſo miniſtrant*, magnificate & *reſpondent.* Spiritus (pag. 25.) obumbrabit tibi: memor ſit Dominus noſtrorum in regno Cœlorum perpetuo, nunc & ſemper. *Deinde inclinatus Sacerdos dicit apud ſe Orationem oblationis S. Jacobi.* Domine Domine pag. 25. lin. ult. uſque ad pag. 33. *Sacerdos.* Attollamus mentem, & corda. *Populus:* Habemus ad Dominum. *Sacerdos* Gratias agamus Domino. *Populus*: dignum & juſtum eſt *Saecrdos inclinatus adhuc orat.* Vere dignum &c. uſque ad lin. penult. p. 41. ubi poſt vocem *veritatis additur.* Et ex iis, qui inſurrexerunt, & inſurgunt adverſus illam, hoſtibus conſervans illam illæſam, & ſine ulla offenſione uſque ad conſummationem ſæculi. *Diaconus.* Amen, *Sacerdos crucem ſignans adhuc orat.* Offerimus tibi, Domine l. 13. dictæ p. ad l. penult. In primis

mis memento Domine Deus noſter ſancti Patris noſtri N., ſanctiſſimi Patriarchæ noſtri, univerſi Cleri, & Sacerdotii ipſius. Hunc ſanctis Eccleſiis tuis in pace ſalvum, honorabilem, ſanum fac, longævum, recteque dividentem verbum tuæ veritatis Venerandam ipſi ſenectam largire: ad longum tempus ipſum cuſtodi, paſcentem populum tuum in omni pietate, & honeſtate.

Sequuntur deinceps plures commemorationes, uti in Jacobina Miſſa pag. 81. lin. 11. 82. 83. lin. 8. Memento Domine navigantium pag. 42. d lin. 6. ad lin. 22. Memento Domine illorum qui in Virginitate pag. 83. uſque ad lin. 3. p. 84. Memento Domine pag. 42. lin. ult. uſque ad pag. 44. lin. 6. Memento Domine parentum pag. 85. lin. 10. ad pag. 86. l. 18. *ubi hæc adduntur*, quoniam Salvatorem Animarum noſtrarum genuiſti. *Diaconus recitat diptyca vivorum*. (Sacerdos dicit) Pro ſalute, pace, miſericordia, ſtabililate, & auxilio ſanctiſſimi N. noſtri Patriarchæ, cæterorumque ſanctorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporumque, qui per univerſum orbem orthodoxæ verbum veritatis diſtribuunt, omnis Eccleſiaſtici Ordinis: & pro Regibus, & omnibus in ſublimitate, & poteſtate exiſtentibus, ut quietam, & tranquillam vitam degamus in omni pietate, & honeſtate.

(*Oremus*) Etiam pro Presbyteris, Diaconis, Diaconiſſis, Subdiaconis, Lectoribus, Exorciſtis, Interpretibus, Pſaltis, Monachis, perpetuam virginitatem colentibus, Viduis, Orphanis, continentibus, atque illis, qui in venerabili Matrimonio vivunt, & pro amatoribus Chriſti. *Alta voce*.

Præcipue vero (*memoriam faciamus*) ſanctiſſimæ, & ſuper omnes Reginæ noſtræ Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ. *Diaconi dicunt*. Memento Domine Deus noſter. *Sacerdos inclinatus dicit*. Sanctiſſimæ Immaculatæ, Venerabilium incorporeorum Archangelorum Michael, Gabriel, omniſque Angelicæ militiæ, S. Joannis &c. ut pag. 86. lin. 25. ad pag.

pag. 87. lin. 5. *ubi poſt vocem* Evangeliſtarum *ſic noſter Codex proſequitur*. Sanctorum ſeptuaginta Apoſtolorum, Propheta-rum, Patriarcharum; & Juſtorum s. Ptephani &c. ut pag. 87. lin. 20. ad finem p. *mox ſic Codex* Ss. Puerorum ab Herode Rege interfectorum.

Memento Domine Procopii, Theodori, Georgii, Cyri, Joannis, Leontii, Sergii, Bacchi, Coſmæ, Damiani, Sabiniani, Pauli, Babylæ, eorumque qui una cum ipſo martyrium obierunt, Ss. Quadraginta Martyrum, Ss. Quadraginta quinque, Ss. Confeſſorum Samonæ, Guriæ, & Abibi, s. Sacerdotis, & Martyris Dometii, Ss. Panteleemontis, Frontonis, Nicetæ, Hermolai, s. Boethi, Ss. Thalelæi, Marini, & Theotimi, & s. magni Martyris Mercurii, quorum præcibus miſericordiam quæſumus conſequamur, & cuſtodiamur.

Memento Domine s. Protomartyris Theclæ, ſanctarumque mulierum, quæ ad Chriſti ſepulcrum unguenta detulerunt; Tattæ, Februniæ, Anaſtaſiæ, Euphemiæ, Sophiæ, Barbaræ, Julianæ, Irenæ, Spei, Fidei, Charitatis, Paraſcevæ, s. Mariæ Synodiæ, s. Stratonicæ, & Seleuci: : s. Patris noſtri Symeonis Taumaturgi, & s. Marthæ ejuſdem Matris, quarum præcibus miſericordiam, quæſumus, conſequamur, & cuſtodiamur.

Memento, Domine Deus, Patrum noſtrorum, & Archiepiſcoporum inde a s. Jacobo Apoſtolo, & Fratre Domini, primique Archiepiſcopi ad Joſeph uſque, & Oreſtem, qui Orthodoxe ſummum Sacerdotium ſanctæ tuæ Civitatis Dei noſtri ſuſtinuerunt.

Memento Domine Ss. Patruum noſtrorum, & Patriarcharum Petri, Evodii, Ignatii, Ironis, Cornelii, Erotis, Theophili, Maximini, Serapionis, Aſclepiadis, Philetæ, Zebini, Babylæ, Aphabii, Demetriani, Domni, Timæi, Cyrilli, Vitalis, Philogonii, Euſtathii, Meletii, Flaviani, Porphyrii, Paulini, Evagrii, Alexandri, Theodoti, Joannis, Baſilii, Acacii, Juliani, Palladii, Euphraſii, Ephræmii, Domnini, Gregorii,

Ana-

Anaſtaſii , Theophanis , Georgii , Stephani , Theophylacti , Theodori , Theodoreti , Job , Stephani , Theodoſii , Symeon , Eliæ , Theodoſii , Theochariſti , Agathonis , Chriſtophori junioris Martyris , Theodori , Agapii , Joannis , Nicolai , Eliæ , Theodori , Baſilii , Petri , & Theodoſii , qui orthodoxe Pontificatum ſanctæ , & ſupremæ Eccleſiæ , Chriſtum Amantis noſtræ Dei Civitatis Antiochiæ tenuerunt.

Memento Domine Ss. Patrum noſtrorum , & doctorum Clementis, Timothei , Titi , Ignatii, Dionyſii , Irenæi , Petri , Gregorii , Alexandri , Euſtathii, Athanaſii , Baſilii , Gregorii , Ambroſii , Amphilochii , Liberii , Damaſi , Johannis , Epiphanii , Theophili , Cæleſtini , Auguſtini , Cyrilli , Leonis , Procli , Felicis , Ormiſdæ , Eulogii , Ephramii , Anaſtaſii , Theodori , Martini , Agathonis , Sophronii.

Memento Domine Ss. magnarum , & æcumenicarum ſex Synodorum Tercentorum decem , & octo Ss. Patrum Nicææ congregatorum , centum quinquaginta in Conſtantini Civitate ; ducentorum priori vice Epheſi, ſexcentorum triginta Chalcedone , & centum ſexaginta quatuor in quinta ſynodo , & ducentorum octuaginta novem , & cæterarum ſanctarum ſynodorum , & Patrum noſtrorum Archiepiſcoporum , & Epiſcoporum , qui per univerſum orbem orthodoxe verbum veritatis diſtribuerunt.

Memento Domine S. Patrum noſtrorum , & Aſcetarum Pauli , Antonii , Charitonis , Pauli Pachomii , Amon , Theodori , Hilarionis , Arſenii , Macarii , Siſoe , Joannis , Pambo , Pæmenis , Nili , Hiſidori , Ephræm , Symeonis , Symeonis , Theodoſii , Sabæ , Sabæ , Euthymii , Theoctiſti , Geraſimi , Pantaleonis : Maximi , Anaſtaſii , Doſinæ , Joannis , Timothei , & Caritonis junioris.

Memento Domine Ss. Patrum noſtrorum a Barbaris in monte Sina , & Rhaitho interfectorum , & reliquorum Ss. Patrum noſtrorum , & Aſcetarum Orthodoxorum , atque om-

nium ſanctorum tuorum. Non eo quod nos illorum Beatitatis memoriam facere digni ſimus, ſed ut etiam ipſi terribili, tremendoque tuo Tribunali adſtantes viciſſim miſeriarum noſtrarum recordentur, & gratiam & miſericordiam eorum te Domine in tempore opportuno inveniamus.

Memento Domine, Presbyterorum, Diaconorum, Diaconiſſarum, Subdiaconorum, Lectorum, Exorciſtarum, Interpretum, Pſaltarum, Monachorum, perpetuam Virginitatem Dolentium, Viduarum, Orphanorum, Continentium, atque eorum, qui cum fide in ſancta Communione ſanctæ tuæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ deceſſerunt.

Memento Domine Religioſorum, & Fidelium Imperatorum Conſtantini, Helenæ, Theodoſii magni, Marciani, Pulcheriæ, Leonis, Juſtiniani, Conſtantini, illorumque, qui ut hi, devote, & fideliter regnaverunt, atque omnium Orthodoxorum, Chriſtique Amatorum Laicorum, qui in fide, & ſigno Chriſti jam dormierunt.

Memento Domine in Regno tuo Parentum noſtrorum, & Amicorum, Cognatorumque, & Familiarium, *Illius illius*.

Horum omnium memento Domine Deus Patrum, & univerſæ carnis, quorum memoriam egimus &c. pag. 46. lin. 13. ad pag. 47. lin. 28. *in ea verba*, quæ prudentes, & imprudendentes. *Sacerdos alta voce*. Gratia, & Miſericordia, & benignitate Chriſti tui, cum quo benedictus es &c. ut pag. 48. lin. 8. ad pag. 49. lin. 8. *Mox ita Codex*. *Populus*. Tibi Domine. *Dum Diaconus incipit hæc dicere, Sacerdos inclinatus orat*. Deus, & Pater &c. ut pag. 49. lin. 12. ad pag. 51. lin. 3. Tum ſic *Sacerdos ſtans dicit apud ſe*. Et ne nos inducas &c. *ut ibidem*. *Deinde in hunc modum Codex*. *Et iterum Saeerdos ſtans cruce ſignat dona intonans*. Et erit gratia &c. ut pag. 52. lin. 22. ad pag. 53. lin. 27. Et pro ſalute, & auxilio hujus ſanctiſſimi noſtri Patriarchæ, & pro omni anima &c. ut ibidem ad pag. 54. lin. 18.

Dein-

Deinde ſic variat Codex . Et ſignat dimidium quod eſt ad ſiniſtram , deinde Dimidium ſiniſtræ partis accipiens , tenet dextera manu , & immergit in calicem & dicit . Unio ſanctiſſimi Corporis , & prætioſi Sanguinis Domini , & Dei , & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti . *Et ſtatim incipit dividere & ante omnia diſtribuere in ſingulos Calices partem unam ſimplicem dicens* &c. ut ibidem lin. 28. ad pag. 61. lin. 3. *quo loco deeſt in Codice .* Sacerdos orat (*recte deeſt quod enim ſequitur*) ſanctiſſimæ &c. *dici debet a Diacono*) Pag. eadem poſt . Tibi Domine , *ſic Codex Et Diacono hæc dicente Sacerdos etiam orat .* Deus &c. lin. 16. ad pag. 63. *poſt* in Nomine Domine *ſic Codex* p. 63. ad pag. 64. *in voce* Sacerdos; *retro ad Ambonem dicit Orationem S. Jacobi .*

Precibus , & interceſſionibus ſanctiſſimæ immaculatæ Reginæ noſtræ Dei Genitricis , ſemperque Virginis Mariæ , S. Joannis glorioſi Prophetæ , Præcurſoris , & Baptiſtæ , S. Stephani primi Diaconi , & primi Martyris , Ss. Apoſtolorum , glorioſorum Prophetarum , & triumphantium Martyrum , & omnium Sanctorum Chriſtus verus Deus noſter ob communionem ſanctorum ſui Myſteriorum omnes nos benedicet in pace , & charitate , ſanctificabit , & cuſtodiet , celeſtiſque Regni dignos efficiet , ſuique mundi miſerebitur , nunc & ſemper , & in &c.

Oratio altera dicenda retro ad Ambonem Dominator Domine Jeſu Chriſte Deus noſter , qui nos dignos , ut tuæ gloriæ participes eſſemus , effeciſti vivifica ſanctorum tuorum participatione myſteriorum , per quæ nobis mortis , & reſurrectionis tuæ formam exhibere tribuiſti , quibus nos in tua ſanctificatione cuſtodias , ut perpetuo tuæ gratiæ ſimus memores . Tibique qui pro nobis mortuus es , & reſurrexiſti vivamus ; Liturgiam nobiſcum celebrantibus , diviniſque tuis Myſteriis Miniſtrantibus gradum bonum largiaris , & confidentiam plurimam in tuo tremendo tribunali . Da pacem mundo , Eccleſiis tuis , Sacerdotibus , Regibus noſtris , cunctoque tuo Populo . Tu enim es verus Deus noſter , & vita æterna , & tibi gloriam offe-

offerimus Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Nunc &c.

Dicit Diaconus. Ex gloria in gloriam &c. pag. *63.* lin. 22. ad. *64.* lin. 18. *in voce* ſæcula. *Deinde Codex. Oratio altera* Tu es panis vitæ, & Fons immortalis, & bonorum omnium largitor æternorum Dominator Chriſte Deus noſter. In te vivimus & movemur, & ſumus, & Tibi gloriam, & gratiarum actionem offerimus una cum tuo æterno Patre, ſanctiſſimoque, optimo, & vivificante tuo Spiritu nunc. *Diaconus dicit in Diaconico.* Etiam atque etiam &c. pag. *64.* lin. 22. *uſque ad vocem.* Amen *Hic Codex ſic Liturgiam Jacobi concludit.* Dominus benedicet & ſanctificabit, & nos omnes cuſtodiet per participationem immaculatorum Myſteriorum ſuorum gratia, & benignitate ſua perpetuo, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

FINIS.